part. perf. pass.: **concessus,** -a, -um *pro adi.* (*licitus, legitimus, probus*): CIC. inv. 1, 89 *genera argumentandi*: controversum . . . perspicuum . . . non -um *eqs.* (*cf.* 1, 90). 1, 92 non -um est, cum id, quod augetur, in controversia est. Verr. 4, 195 quaestus . . . honestus atque -s. de orat. 1, 235 ornatu . . . suo . . . -o et tradito. Tusc. 4, 70 liberi et -i sunt amores. CIRIS 205 -os ascendet ciris honores. 244 amor (EPICED. Drusi 305). HOR. sat. 1, 4, 113 *Venus.* PROP. 2, 27, 16 -um nulla lege redibit iter. OV. ars 1, 33 Venerem tutam (trist. 2, 249 nil nisi legitimum) -aque furta canemus. 3, 306 -o mollior *motus.* 3, 491 fraus. ALBINOV. carm. frg. 3 per non -as . . . ire tenebras. LIV. 25, 1, 8 -ae artis usu. 39, 15, 7 ludum. MANIL. 5, 230 -o in robore. SEN. suas. 3, 7 omnino non -am futurorum scientiam. SEN. Med. 107 -o . . . ludite iurgio. LVCAN. 2, 446 -a pudet ire via. PETRON. 127 concesso (confesso *codd.*) . . . amori. SIL. 15, 47 -i temporis aetas. QVINT. inst. 8 pr. 20 cultus -s atque magnificus. 4, 2, 85 *id* est . . . non -um modo, sed aliquando etiam necessarium. decl. 260 p. 62, 16 uti iure -o (*cf.* p. 66, 8. PLIN. epist. 10, 33, 3). p. 69, 18. FRONTIN. aq. 97 TAC. Germ. 9 ann. 1, 38 *al.* 14, 21 studiis honestis et voluptatibus -is. SVET. Tit. 7 -as . . . ac solitas conlationes. APVL. flor. 16 p. 64 amores (*cf.* Plat. 2, 14). ANTH. 21, 179 PANEG. 11, 13 -is et legitimis voluptatibus (*cf.* 6, 4). PS. HIL. libell. 3 -os terminos. RVFIN. Orig. in gen. 3, 6 p. 181^{A} non solum ab illicitis nefandisque cubilibus, verum etiam a -is et licitis temperat. COD. Iust. 4, 34, 11 pr. non -a . . . retentio. CARM. epigr. 1801, 11 (*saec. V*) praemia laeta sibi -o munere sume⟨ns⟩. *de personis*: *nota* COD. Iust. 4, 66, 3, 3 ius emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed -as et idoneas ad solvendum emphyteuticum canonem transponere. *hinc subst.* **concessum,** -ī *et* **concessa,** -ōrum: CIC. Tull. 37 ne quid . . . a me praetermissum . . . pro -o putetur (*aliter* Lael. 43 ne quis -m putet . . . sequi). Cael. 48 abhorret non modo ab huius saeculi licentia, verum etiam a maiorum consuetudine atque -is. *cf.* fin. 4, 24. Tusc. 5, 18 id sumunt pro -o et probato. div. 2, 106 ea sumi pro certis atque -is. VERG. Aen. 5, 798 si -a peto (SERV. agit . . . a possibili). OV. met. 9, 454 ament -a puellae. Pont. 3, 3, 69 fast. 3, 325 LIV. 4, 13, 4 *cf.* 4, 16, 4. QVINT. inst. 3, 6, 84 sunt . . . quaedam non laudabilia natura, sed iure -a. decl. 357 p. 389, 16 esse quaedam aetatibus -a. TAC. hist. 4, 51 tamquam . . . -a filio egrederetur *Domitianus.* 5, 4 -a apud illos quae nobis incesta. SVET. Tib. 18 ne qua deportarentur nisi -a aut necessaria. POMPON. dig. 40, 14, 3, 1 -a et donata a manu missoribus. CLAVD. 20, 205 -o . . . cupit vixisse (*opp.* rapto). AVG. civ. 8, 18 p. 348. 21, 26 quae licita sunt atque -a. *ibid.* eius imperata sive -a. serm. ed. Mai 109, 2 *opp.* inconcessa. MACR. sat. 3, 3, 12 MART. CAP. 5, 556 ENNOD. epist. 2, 27, 2 p. 69, 5 [COD. Iust. 12, 33 (34), 5, 1^{a} *v. sub* concessus *subst.*]. CARM. epigr. 665, 3*?* LIV. 28, 12, 6 *v. p. 10, 6.* CIC. part. 101 rectum esse . . . concedendumve. 106. Att. 11, 9, 1.

synon.: *ad I*: abire (PLAVT. Pers. 50 *al.*), decedere, cedere, secedere. *ad II*: addicere, aequum censere (CIC. inv. 2, 132), assentiri (SEN. epist. 90, 7), attribuere, cedere (*adde* PAVL. dig. 39, 3, 17 pr. DIFF. ed. Beck p. 45 *v. p 10, 41*), condonare, confiteri, dare (*adde* CIC. Verr. 4, 16 ac. 2, 83 QVINT. decl. 260 p. 65, 9 TAC. ann. 13, 27), donare (*adde* QVINT. decl. 355 p. 387, 25), fateri (*adde* CIC. Quinct. 93), ferre (*adde* CIC. Verr. 6, 126 leg. agr. 2, 43); fieri velle, ignoscere (*adde* CIC. Verr. 5, 125. DIFF. gramm. VII 524, 11 ignoscit qui dissimulat se nosse quod comperit *eqs.* -it qui omnia peccata condonat), indulgere, largiri (CIC. Verr. 4, 194), manus dare, morigerari, pati (*adde* TERT. nat. 2, 9 p. 112, 15), perferre (CIC. Catil. 4, 2), permittere (CIC. leg. agr. 2, 34, *ibid.* potestatem dare. epist. 3, 8, 3 *al.* LIV. 38, 32, 10 PHAEDR. app. 9, 7), probare, reddere (CIC. Sull. 84), remittere (*adde* CIC. Planc. 73 Sull. 47 *al.*), tolerare (TER. Hec. 478), tribuere (*adde* CIC. Arch. 4 Balb. 9 de orat. 1, 48 *al.* TAC. ann. 1, 25 HIER. epist. 3, 1. *nota* TEST. Dasum. 56 *et* 60: dent, tribuant, concedant), veniam dare (CIC. orat. 38), vincere. *ad* concessum est: licet (*adde* CIC. leg. 3, 30). *oppos.*: *ad I*: redire *al.* *ad II*: abnuere, adimere, adniti adversus (LIV. 4, 43, 5), adversari (*adde* SERV. Aen. 9, 651), denegare (*adde* TERT. pudic. 19), detrahere (QVINT. inst. 11, 1, 71 *al.*), imminuere (CIC. leg. agr. 2, 53), impedire (CIC. leg. 3, 42), infirmare, interdicere, negare, obvarare, parem esse, prohibere (RHET. Her. 4, 22, 31 SERV. Aen. 9, 651), removere, reprehendere, repugnare, reservare (CIC. orat. 160), resistere, retinere, servare, sibi vindicare (PANEG. 12, 40 AMM. 22, 12, 6).

derivata: concedentia, concesso, concessio, concessor, concessus. *comp.*: *ad* concessus: inconcessus. *Hey.*

concelebro, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* celebrare. NOT. Tir. concaelebrat. **1** *frequentare, complere, inhabitare*: PLAVT. Cas. 799 suavi cantu -a omnem hanc plateam hymenaeo (PS. APVL. Ascl. 9 ut *mundus* musicatis hominum cantilenis -retur laudibus). LVCR. 1, 4 Venus . . . quae mare navigerum, quae terras frugiferentis -as (*quod* NON. p. 274 *interpretatur* commovere). 2, 345 *volucres* loca aquarum -ant. AVIEN. ora 448 populi multi -a⟨ru⟩nt locos. CLAVD. rapt. Pros. 2, 59 Naiades . . . quae fontes, Crinise, tuos . . . -ant. *nota*: DON. Ter. Phorm. praef. 3, 4 quartum actum ista -ant.

2 GLOSS. συνεορτάζω. **a** *diem festum agere*: PLAVT. Pseud. 165 decet eum (*sc.* diem natalem meum) omnis vos -are (AVR. Fronto p. 48 N.). Asin. 311 omnis de nobis carnificum -buntur dies. AFRAN. com. 103 vos supremum meum -etis diem. TAC. ann. 6, 43, 6 delectum capiendo diademati diem. Q. CIC. pet. 44 in conviviis quae fac et abs te et ab amicis tuis -entur (IVVENC. 2, 128. 4, 193). OV. fast. 4, 354 indictas dapes. HIER. epist. 96, 2 passionis dominicae festa. PAVL. NOL. epist. 1, 11 sacras ferias. SACR. Leon. p. 403 festivitatem muneris dudum oblati. LIV. 8, 7, 22 quantum militaribus studiis funus ullum -ari potest (*cf.* CARM. epigr. 383, 7). 1, 9, 7 *ludos* -ant (IVL. VAL. 3, 49 certamen gymnasticum). HEGES. 1, 36, 1 *nuptias* pater unici filii exilio -bat. FILASTR. 87, 3 pascham. HIL. ad CONST. 1, 2 divina mysteriorum sollemnia. CIC. Manil. 61 eam quoque rem (*triumphum Pompei equitis*) populus Romanus . . . omnium . . . studio visendam et -andam putavit. SIDON. epist. 5, 17, 3 vigilias. *nota*: SACR. Leon. p. 295 hostias quas in honorem sanctorum tuorum *plebs* -at. **b** *numen colere, adorare*: TIB. 1, 7, 50 genium ludo geniumque choreis -a. SIL. 8, 221 ego *Anna* aeternum numen . . . -or. PAVL. NOL. carm. 27, 138 *patronum* . . . devota frequentia -at. AMBR. Abr. 1, 5, 38 patrem . . . adorans et . . . -ans. *cf.* AVSON. 317, 9. *adde* ARNOB. nat. 5, 39 phallorum fascinorumque subrectio quos ritibus annuis adorat et -at Graecia. **3** *de fama*: **a** NON. p. 274 -are diffamare dictum a celebritate. LVCIL. 970 multis indu locis sermonibus -arunt. HIER. epist. 71, 1 multum . . . tam de bonis mala quam de malis bona *fama* falso rumore -at. **b** *laudibus efferre*: CIC. inv. 2, 70 summae virtutis -andae causa. CAES. civ. 3, 72, 4 fama ac litteris victoriam eius diei -bant. CARM. epigr. 327, 2 famam patria -ant cuncti populique patresque. DECL. in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Catil. 95 Sibyllinum istum principem. AVSON. 317,9 pater quem ... -at votis animarum turba piarum. HIER. in Am. 1, 2 p. 225 Pindarum et Flaccum crebro sermone -ant *lyrici*. RVFIN. hist. 5 pr. 3 fortia gesta. 5, 28, 5 deum tota hymnorum suorum laude. PRVD. cath. praef. 36. FAVST. REI. spir. 1, 13 p. 127,19 eius magnificentiam. *cf.* 1, 7 p. 113, 6 *al.* CASSIOD. var. 1, 4, 9 Cassiodoros praecedentes famă -at. *cf.* 2, 40, 7. 8, 9, 8. or. frg. p. 467 Regulum affectata poena -at. *cf.* p. 481, 6. inst. div. 11 tanta laude. *absol.*: SIL. 11, 298 -ant plausu. *sequitur accus. dupl.*: SERV. auct. Aen. 5, 47 multa enim antiqua lectio Anchisen futurorum scientem -at. SIDON. epist. 8, 2, 1 *litterarum* assertor -aris. 8, 6, 9. 9, 9, 16. *adde* RVFIN. Orig. in cant. 8 p. 123[b] septem quos singulares fuisse in sapientia fama -at.

c *pervulgare*: LVCR. 5, 1381 levia carmina cantu -are ... aurisque iuvare. *cf.* ARATOR ad Parth. 50 versibus assiduum -are melos. Q. CIC. pet. 50 eadem ad rumorem -andum valent. DECL. in Catil. 97 -ata divinatio. *nominare*: AVIEN. Arat. 945 sic zonam Graecia sollers -at, nostro sic balteus ore notatur. **4** *studiose exercere*: SERV. Aen. 1,436 fervet opus: fervet -atur. CIC. inv. 1, 4 studia ... per otium -ata ab optimis. IVVENC. 1,108 gaudia. 1,117 laudes. DICT. 1, 23 honorem regni rursus -ant. ZENO 1, 9, 1 omnia ... mala nascuntur atque -antur. CASSIOD. gramm. VII p. 214, 3 quod (*poetam vel oratorem κατ' ἐξοχήν dici*) etiam de Homero atque Demosthene Graeca facundia -at. *dubium* AFRAN. com. 262 -as focum (*si recte* forum *Huschke, erat enumerandum ad 1*).

concelero, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* celerare. ZENO 1, 2, 5 omnes *porci* repente concelerant *i. concurrunt.*

concellānea, -ae *f. a* con *et* cella. AVG. quaest. hept. 2, 39 sic positum est (exod. 3, 22): et mulier a vicina sua et concellaria vel -a, si ita dicendum est, vel cohabitatrice sua (LXX *συσκήνου*, VVLG. hospita). *cf. l. 33.*

concellāneus, -ī *m.* ENNOD. opusc. 7 p. 413, 12 -s fiat alterius.

concellāria, -ae *f. a* con *et* cella. AVG. quaest. hept. 2, 39 *v. l. 27.* loc. hept. 2, 12 p. 543, 7 quod habet latinus: ... ab inquilina sua ..., graecus habet: a cohabitatrice sua, hoc est *συσκήνου*, quod aliqui latini interpretati sunt: a -ia sua.

concellīta, -ae *m. a* con *et* cella. SIDON. epist. 8, 14, 2 Luporum concellita Maximorumque.

concēlo, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* celare. GELL. 11, 9, 2 non id postea concelavit. 15, 2, 5 errores.

concēna, -ae *m. a* con *et* cenare, *cf.* concenare. GLOSS. concena *σύνδειπνος*, concenae *σύνδειπνοι.*

concēnātio, -ōnis *f. a* CIC. *fictum* Cato 45 bene ... maiores accubitionem epularium ... convivium nominaverunt, melius quam Graeci qui hoc idem tum compotationem, tum -em vocant. epist. 9, 24, 3 *Graeci συμπόσια* aut *σύνδειπνα*, id est compotationes aut -es, nos convivia.

concēno, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* cenare. MAR. MERC. Cyr. incarn. 34 quemadmodum nemo sibi convenire dicatur neque -are ... duarum enim personarum significationem inducit praepositio verbo praeposita.

concēnseo, -ēre *i. q. una censere. perf.* concensi: EPIST. impp. ad Ephes. (Jahresh. des österr. Inst. VIII 1905 Beibl. p. 72, *saec. IV ex.*) 3 ad instaurand[a moenia ... sumptus sustinendo]s habita aestimatione concensimus. 17 omni iugatione dispersa ... quam unicuique civitatum propria largitione concen[simus. *L.*

concentio, -ōnis *f. a* concinere. CIC. Sest. 118 caterva tota clarissima -e ... contionata est. Tim. 27 est ... *animus* unus ex omnibus rationis -isque, quae *ἁρμονία* Graece (*cf.* PLATO 37[A]), sempiternarum rerum ... compos. APVL. mund. 29 ut in choris ... concinentium vulgus ... mixtis ... clamoribus unam harmoniam resonant, sic divina mens ... varietates ad instar unius -is religat.

concentor, -ōris *m. a* concinere. ISID. orig. 7, 12, 28 concentor ... dicitur, quia consonat. *Poeschel.*

concenturio, -āvī, -āre *a* con *et* centuria. NON. p. 11 est colligere, dictum a centuriis quae ad suffragia conveniebant. GLOSS. instruit ordinat, dictum a centurionibus qui milites ordinant. PLAVT. Pseud. 572 dum -o in corde sycophantias. Trin. 1002 epistula illa mihi -at metum in corde. *L.*

concentus, -ūs *m. a* concinere. *a* CIC. *ut videtur fictum, frequentant musici.* CIC. div. 2, 34 -u atque consensu, quam *συμπάθειαν* Graeci appellant. VITR. 5, 4, 7 -us ... graece ... *συμφωνίαι* dicuntur. EXC. Bob. gramm. I 552 *συνῳδή*. SCHOL. Hor. ars 374 symphonia -us cantorum. GLOSS. *συμφωνία, σύγκρασις ᾠδῆς, σύνψαλμα, συνῳδία*; simul cantus, multorum cantus, [IV 321, 19 simul se colligentes *ubi* conventus *Loewe*], V 182, 24 -s vocis est, conventus corporis. concentum: quod hinc et inde canitur. organa.

A ***proprie:*** *de vocis cantu*: CIC. de orat. 3, 196 quid, hoc non idem fit in vocibus, ut a multitudine ac populo non modo catervae atque -us, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiciantur? off. 1, 145 *v. infra p. 20, 72.* rep. 2, 69 (*bis*) ut ... in fidibus aut tibiis atque ut in cantu ipso ac vocibus -s est ... tenendus ex distinctis sonis (*cf.* FAV. EVL. 20, 20 *syn.* harmonia). OV. met. 11, 11 -u victus vocisque lyraeque. PLIN. nat. 7, 70 vocis sermonisque regimen primores *dentes* tenent -u quodam excipientes ictum linguae (*cf.* GELL. 6, 20, 6 Catullus ... amans hiatus ... suavitatem '... ebria acina ebriosioris' dixit propter insequentis a litterae -um). STAT. Theb. 7, 285 patriis -bus exultare gregem. TAC. Germ. 3 nec tam vocis ille quàm virtutis -s videtur. CENS. 17, 9 est ... symphonia duarum vocum disparium inter se iunctarum dulcis -s. MACR. sat. praef. 9 fit -s ex dissonis (*sc.* vocibus). IVVENC. 4, 457 cantato sanctis -bus hymno (*cf.* CARM. epigr. 712, 12). AMBR. hex. 3, 1, 5 -s ecclesiae, ... consona circa dei laudes populi vox. HIER. in Nah. 3, 7 p. 569 *cf.* SIDON. epist. 1, 2, 9. 1, 21, 29. LEO M. serm. 26, 3 *pax* angelico praedicata -u (*cf.* FAVST. REI. spir. 1, 13 p. 129, 22 -um caeli. SERM. Caspari anecd. p. 326, 19 caelestem -um). serm. 75, 3 humanarum vocum exsultante -u. CORP. XII †944, 12. *de concentu laudantium*: TAC. dial. 15 -u scholasticorum et clamoribus. PLIN. paneg. 2, 6. 4, 6 principi nostro quanta concordia quantusque -s omnium laudum contigit. 46, 2. FRONTO p. 21 N. quantos in oratione mea clamores concitarit quantoque -u laudantium sit exceptum. *nota*: POTAM. tract. 1 p. 1413[C] qualis tanti miraculi potuit esse -s? *de avium concentu*: CIC. leg. 1, 21. VERG. georg. 1, 422. OV. fast. 1, 155 volucres -bus aera mulcent. SEN. dial. 6, 18, 4 avium ... -u dissono. epist. 56, 11. PLIN. nat. 4, 31. 35, 121 QVINT. inst. 5, 10, 1. APVL. met. 11, 7 canorae ... aviculae ... -us suaves assonarent. SIDON. epist. 1, 5, 4. *de sonis fidium, tibiarum, sim.*: CIC. rep. 2, 69 *v. p. 19, 80* (*cf.* GELL. 1, 11, 8). 6, 18 *sonus* acuta cum gravibus temperans varios aequabiliter -us efficit (*cf.* AMBR. hex. 2, 2, 6). fin. 4, 75 si nulla earum (*sc.* fidium) ita contenta nervis sit, ut -um servare possit (*cf.* LACT. opif. 16, 13 MACR. somn. 2, 1, 12). off. 1, 145 sonorum -s (AVG. civ. 17, 14). OV. met. 11, 11 (*v. supra*; *cf.* APVL. flor. 17 p. 80). LIV. 9, 41, 17 tubarum ac cornuum (*classicorum concentus*: SEN. apocol. 12 CVRT. 7, 11, 25. VAL. FL. 6, 166 lituum. QVINT. inst. 1, 10, 14. 9, 4, 12 IVV. 10, 215 TAC. ann. 1, 28. 4, 25 EPIST. Alex. p. 202). VITR. 1, 1, 9 symphonias musicas sive -us. 5, 4, 4 *tonorum* -us convenientes 5, 4, 7. 9. 5, 5, 3. VAL. MAX. 2, 6, 1 tibiae -u (*de tibicinis concentu*: 2, 4, 4. 2, 5, 4 tibicinum ... collegium ... -us edit). SEN. epist. 84, 10 cum ... omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit -s ex dissonis (*cf.* dial. 6, 18). PLIN. nat. 2, 84 septem tonis effici quam diapason harmoniam vocant, hoc est universitatem -us (*cf.* FAV. EVL. 10, 6). 8, 75 si misceatur fistulae et tubae -s. APVL. flor. 3 p. 11 primus ... acuto tinnitu et gravi bombo -um musicum miscuit (*cf.* HIL. psalm. instr. 7 *psalterium* ... nihil in se ... continens ..., quod ex inferioribus locis in sonum -us musici commovetur). AVIEN. Arat. 622 hanc (*sc.* chelyn) ubi ... -us superi complevit pulcher Apollo. SERV. Aen. 1, 67 excogitaverunt ... tibiae modulationem et -um symphoniae tubarumque. HIER. in Nah. 3, 18 p. 586 omnes ... operum sono atque -u insultabant. PRVD. c. Symm. 2, 68 ille prosequitur magnisque tubam -bus inflat. CLAVD. 28, 630 umbonum pulsu modulante resultans ferreus alterno -s clauditur ense. rapt. Pros. 1, 207 terribiles ... thiasi vesanaque mixto -u delubra gemunt. MART. CAP. 9, 906 Orpheus Amphion doctissimi ... testudine consonantes flexanimum ... edidere -um (*cf.* VAL. MAX. 2, 5, 4). 9, 910 vix ingressa atque eiusdem orbis sonuere -us. *de mundi concentu, quem philosophi fingunt*: CIC. nat. deor. 2, 119 *stellarum* tantus est -s ex dissimillimis motibus. PLIN. nat. 2, 6 non ... facile dixerim, ... circumactorum ... tinnitus siderum suosque volventium orbes an dulcis quidem et incredibili suavitate -s (*sc. sit*). APVL. mund. 29 una mundi conversio unusque reversionis est orbis et unus -s atque unus stellarum chorus (*in imagine*). PS. APVL. Ascl. 13 ordo ... rerum singularum in unum omnium artifici ratione conlatus -um quendam melo divino dulcissimum verissimumque conficiet (*in imagine*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 60 tradunt hoc sacrorum cantu -um mundi cursumque ab hominibus imitari. namque in hoc ... sol et luna ... iucundissimos edunt sonos per orbes suos nitentes. AMBR. Isaac 7, 63 quod ... Acylas ait: sonans sicut sol, videtur illa axis caelestis conversio solisque et lunae et stellarum cursus -sque globorum exprimi. VVLG. Iob. 38, 37 -um caeli quis dormire faciet? CLAVD. 8, 68 qui (*sc. Solis equi*) postquam rursus eriles agnovere sonos, rediit meliore magistro machina -sque poli. MACR. somn. 1, 3, 13 caelum caelique circulos conversionisque -um (APVL. mund. 29 *supra l. 54*). MART. CAP. 1, 12 etiam in caelo orbes ... -us edere. SIDON. carm. 15, 53 asserit ... Pythagoras ..., quod musica mundum temperet et certis -um reddat ab astris.

B ***translate:*** *i. q. consensus, convenientia.* CIC. de orat. 3, 21 mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum -sque. off. 1, 145 melior actionum quam sonorum -s est. div. 2, 34 (*v. p. 19, 70*; *syn.* coniunctio, consensus, convenientia). HOR. epist. 1, 14, 31 quid nostrum -um dividat, audi. SEN. benef. 6, 30, 3. nat. 7, 25, 2 alius illum (*sc.* animum) dicet spiritum esse, alius -um quendam, alius vim divinam. TAC. Germ. 3 virtutis (*v. supra l. 3. cf.* AMBR. bon. mort. 7, 27 consonum reddat morum atque virtutum consentientemque -um). GELL. 1, 11, 8 non fidicularum ..., sed mentium animorumque (*sic cod. β. om. ω*) -u conspiratuque. TERT. adv. Iud. 1 per -um disputationis minus plane potuit dilucidari. HEGES. 1, 40, 7 -u propinquorum ingravans fratrem. 4, 7 l. 57 in bello -s furoris est. AVG. ord. 1, 1, 2 universam rerum coaptationem atque -um ... complecti ... non valentes. in psalm. 43, 13 dulci ... -u fraternitatis. *de concordia laudis v. l. 12.* PLIN. nat. 12, 86 inenarrabilem quendam ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

halitum e ... paeninsula existere, tot generum aurae spirante -u. 37, 91 onychem ... habere ... omnium in transitu colore inenarrabili et in unum redeunte -um suavitate grata.

structurae: concentus assonare (*v. p. 20, 21*), edere (*p. 20, 33. 48. 67*), efficere (*p. 20, 35*), conficere (*p. 20, 57*), miscere (*p. 20, 36*), reddere (*p. 20, 69*).

syn. ad A: harmonia. harmoniae melos (EVSTATH. Bas. hex. 3, 3 p. 893[A]). concors modulatio (LACT. opif. 16, 14). symphonia. *ad B*: coagmentatio. coaptatio. concordia. coniunctio. consensus. conspiratus. copulatio. *Poeschel.*

conceptāculum, -i *n.* [*a* conceptum, concipere; *cf.* receptaculum. *Th.*] *inde a* PLIN. nat. **1** *proprie*: **a** *receptaculum*: PLIN. nat. 2, 115 in domibus etiam multis madefacta (manu facta *nonnulli codd.*) inclusa -a opacitate auras suas habent. 4, 88 pars mundi damnata a rerum natura ... neque in alio quam rigoris opere gelidisque Aquilonis -is (SOL. 15, 21). FRONTIN. aq. 22 nec Virgo (*aqua*) nec Appia nec Alsietina -m, id est piscinas, habent. GELL. 18, 10, 9 vena est -m sanguinis ... arteria est -m spiritus naturalis (MACR. sat. 7, 12, 3). APVL. met. 6, 13 undae proxumae ... -o vallis inclusae. 7, 20 recens -m aquae lutulentae (PHYSIOGN. 31 ut aqua ⟨in⟩ -o semipleno movetur). CET. FAV. 6 p. 294 *syn.* receptaculum. COD. Theod. 15, 2, 2 (*a. 369*). 15, 2, 5 *syn.* castellum. RVFIN. hist. mon. 20 congenitus enim humor in corpore, ubi propria repleverit -a. PRVD. psych. 742 nulla latet pars mentis iners, quae corporis ullo intercepta sinu per -a sese degeneri languore tegat. EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 p. 880[B] aquae congregatae ... in propriis -is. 2, 3 p. 882[C]. 4, 1 p. 903[B]. 4, 2 p. 903[D]. 4, 3 p. 904[C] *bis*. p. 905[A]. 4, 4 p. 905[C]. p. 906[B]. *de feminae utero*: PRVD. perist. 10, 781 per huius alvi fida -a. **b** *locus ubi aliquid concipitur*: PLIN. nat. 11, 138 superbia aliubi -m, sed hic (*in superciliis*) sedem habet; in corde nascitur ... hic pendet. **2** *translate*: AVG. de mend. 16, 31 scriptura, cum os dicit, -m ipsum cordis significat. conf. 10, 35, 57 huiuscemodi rerum -m fit cor nostrum. CASSIOD. var. 11, 6, 6 non te tamquam vacuam fistulam dicta perexeant ... esto potius -m, quod audita custodias, quod suscepta non fundas.

conceptē *v. sub* concipio.

conceptim *adv. i. q. concepte*: CHALC. comm. 339 ut conceptim dicatur.

conceptio, -ōnis *f.* *a* concipere. concaptio: ORIBAS. syn. 9, 40 *v. p. 23, 7*. *pluraliter*: VITR. 8, 1 PLIN. nat. 22, 83 PORPH. Hor. serm. 1, 10, 5 ARNOB. nat. 5, 10. 36 TREB. trig. tyr. 30, 12 CHAR. gramm. I 11, 11 DIOM. gramm. I 427, 8 *al.* GLOSS. *συνθήκη, ἀνδροληψία*. *legitur inde a* CIC.

A *comprehensio, complexio*: **I** *proprie*: VITR. 6, 1, 6 videtur mundi -o tota ... ad harmoniam esse composita. 9, 1, 2 mundus est omnium naturae rerum -o summa. *aquae*: FRONTIN. aq. 66 amplius quam in commentariis -is modum significari diximus (*cf.* 67. 71. 73). 72 ut ... -o eorum et erogatio esset. **II** *translate*: **1** CIC. inv. 2, 58 omnis -o privatorum iudiciorum constituitur. *verborum*: NERAT. dig. 2, 11, 14 IVLIAN. dig. 45, 3, 1, 4 POMPON. dig. 45, 1, 5, 1 GAIVS inst. 4, 139 PAVL. sent. 2, 3 INST. Iust. 4, 15 praef. COD. Iust. 8, 16, 9 praef. 6, 4, 3. 6, 28, 3. 6, 51, 9 c. GAIVS inst. 4, 160 summa -o eorum interdictorum haec est. VLP. dig. 12, 2, 34, 5 iuramenti. 12, 2, 34, 8 iurisiurandi. PAVL. dig. 3, 5, 46, 1 formularum. 4, 3, 56 stipulationis (45, 1, 132 praef. 46, 3, 98, 5 INST. Iust. 3, 19, 14). 48, 2, 3 praef. libellorum inscriptionis. VICT. VIT. 3, 8 *legum* illud videtur tenere -o. AVSON. 419, 59 votorum. **2** *dicendi genus*: PORPH. Hor. carm. 1, 12, 53 grata -e loquitur. 1, 33, 13 non ineleganti. 1, 35, 18 eleganti (2, 8, 15—16). 1, 35, 21—22 hac. 2, 2, 15—16 bella. 2, 5, 13—15 mira. 3, 24, 5—6 non mala. **3** *syllaba*: CHAR. gramm. I 11, 11 syllabae dicuntur a Graecis *παρὰ τὸ συλλαμβάνειν τὰ γράμματα*, Latine conexiones vel -es, quod litteras concipiunt atque conectunt (= DIOM. gramm. I 427, 8). 12 syllaba est -o et congregatio *litterarum*. SERV. gramm. IV 423, 12. MAR. VICTORIN. gramm. VI 197, 1 syllaba *σύλληψις* quaedam litterarum id est -o (= AVDAX. gramm. VII 327, 17). ISID. orig. 1, 16, 1. **4** *syllepsis in arte rhetorica*: DIOM. gramm. I 444, 31 syllepsis est -o, cum singularis dictio plurali verbo vel posteriori tantum vel ultimo redditur. 445, 4 syllepsis est dissimilium rerum et clausularum per unum verbum conglutinata -o (= DONAT. gramm. IV 397, 24). PS. IVL. RVF. schem. lex. 2 p. 48 haec (*σύλληψις*) Latine dicitur -o (Capp. correptio *B*). PRISC. gramm. III 13, 22 pluralia -em habent numerorum. 178, 18 in prima quidem persona licet per -em secundam assumere. 183, 22. **5** *verborum comprehensio et ambitus, periodus*: AVSON. 337, 7 in quibus (*monosyllabis*) nullus facundiae locus est, sensuum nulla -o, propositio, redditio, conclusio. MART. CAP. 5, 537 haec sunt elocutionis figurae, quas ... non oportet velut studiose copulatas in unius -is sententiam conglobari.

B *receptio*: **I** *proprie*: **1** *seminis*: GLOSS. *σύλληψις γυναικός*. CIC. div. 2, 50 -o contra naturam fortasse, sed partus prope necessarius. VITR. 8, 3, 14 cum pecora ... parantur ad -em partus. 9, 6, 2 non e nascentia, sed ex -e genethlialogiae rationes explicatas. VAL. MAX. 9, 14 praef. fortuita sors -is. CELS. 2, 10 PLIN. nat. 8, 177 -o uno initu peragitur. 22, 183 GAIVS inst. 1, 89 VLP. dig. 50, 2, 2, 3 *al.* MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 2 CENS. 7, 2. 8, 3. 8, 5 sol in

aliquo signo sit necesse est[a] et in aliqua eius particula, quem locum -is proprie appellant. *cf.* 8, 6. 8, 12 particulam -is. 11, 2. 11, 5 lacteum illud -is fundamentum. 11, 9 -is initium. SER. SAMM. 603 tit. -i et partui. TREB. trig. tyr. 30, 12 temptatis -bus. ARNOB. nat. 5, 10 tam prodigiosis -bus tamque miris. FIRM. math. 1, 5, 12 1, 5, 12 animantes, quae terrena -e gignuntur. IVST. 3, 4, 6 maturiorem fore -em. HIL. trin. 2, 24 *dei imago invisibilis* per -em, partum, vagitum, cunas omnes naturae nostrae contumelias transcucurrit (*cf.* 2, 26 PRISCILL. 4, 79. 6, 104). VVLG. Hebr. 11, 11 in -em (*καταβολήν*) seminis. AVG. civ. 5, 5 non inspecto -is horoscopo. *ibid.* cum mutet fata -is ordo nascentium. c. Iul. 6, 14, 43 quae gratia, non -e, sed regeneratione confertur. serm. ed. Mai 72, 1 *de arboribus*: fugitiva -o. VICTRIC. 15 sine -e fragilitatis. 19 quidquid ex disparili -e formatur. VINDIC. med. 2 -e declinante. CASSIAN. c. Nest. 2, 2, 6 in sacramento sacrae -is. VINCENT. LER. 15, 21 in ipsa virginali -e. SEDVL. op. pasch. 2, 3 verbi ... adspirata -o. *de terra*: VITR. 8, 1 *terram* e caelestium imbrium -bus inseminatam fetus gentium et omnium animalium in mundo procreavisse. *cf.* MACR. sat. 1, 8, 8 finis factus est procedendi de caelo semina ad elementorum -em. *in imagine; cf. l. 29*: AMBR. Iac. 2, 4, 19 quo concupiscentes ... mysteria hautquaquam decolores fetus piae mentis -e formarent. PAVL. NOL. epist. 23, 25 venit (*mulier*) in spiritus -em. *ibid.* quia et in oratione fit -o spiritalis. *cf.* 28 firmatis primum fidei -e vestigiis. *i. q. conceptum*: OROS. hist. 5, 6, 6 *in imagine* ... viperinam ... -em perditioni suae aluit sua libidine auctam. **2** *in morbis*: CHIRON. 207 nisi si scierit ... doloris signa et rationem -is et viti. VINDIC. med. 35 spasmum opisthotonum fieri ... spiritus -e sive sumptione (*B*, assumptione *Neuenar*; *cf. ibid.* ex concepto spiritu et assumptione).

II *translate*: **1** *cogitatio, sententia* (*cf. l. 19*): GELL. 11, 13, 9 quae (*verba*) nasci oririque ex ipsa rei -e debebant. TERT. nat. 2, 1 ubinam veritas collocanda? in coniecturis? sed in⟨certa⟩ -o est. IREN. 1, 25, 4 quae non tantum dicere et audire non est fas nobis, sed ne quidem in mentis -em venire. PORPH. Hor. serm. 1, 10, 5 *Laberi mimos* humiles et in verbis et in -bus materiae. ARNOB. nat. 5, 36 ut quod aliter creditis -bus aliis contrariisque prolatum sit. CHALCID. comm. 123 hoc ... antiquius esse ... naturali quadam mentis -e praenoscitur (*cf.* 345 mira quadam -e animi dicit. BOETH. mus. 5, 2 id non faciet prima sensus -o, sed sollers rationis inventio). HIL. trin. 2, 5 extra sensus intentionem, extra intellegentiae -em. SCHOL. Cic. Bob. 251, 28 Plato ... his ... verbis eandem -em sententiae posuit. MAR. VICTORIN. defin. p. 33, 17 homo est quod rationali -e exercitio praeest animalibus cunctis. rhet. p. 171, 31 in sapientia, id est rerum -e ex natura veniente. FORTVN. rhet. 1, 1 p. 81 quaestiones quae in communem animi -em possunt cadere, id est, quas unusquisque potest intellegere. POMER. 3, 34, 2. *notio*: VARRO ling. frg. 1 p. 143, 13 Wilm. res autem ipsa quae iam verbum non est neque verbi in mente -o. MART. CAP. 6, 723 communes animi -es sunt tres (BOETH. subst. bon. 17 communis animi -o est enuntiatio quam quisque probat auditam. harum duplex modus est. *ibid.* alia (*conceptio*) ..., quae ... ex talibus communis animi -bus venit. cons. 3, 10, 23 deum bonum esse ... communis humanorum -o probat animorum. PS. BOETH. geom. p. 377, 20 *graece κοιναὶ ἔννοιαι*. 379, 17. FORTVN. rhet. 1, 1 p. 81 *v. l. 43*). BOETH. cons. 5, 5, 27 inanem -em esse rationis. herm. sec. 1, 1 p. 8, 1 -es animi intellectusque (20, 18. 30, 24). COD. Iust. 4, 66, 1 ius emphyteuticarium ... -em definitionemque esse propriam. GLOSS. mentis -o *ἐνθύμημα*; *cf.* CASSIOD. rhet. 12 p. 499 enthymema igitur est, quod latine interpretatur mentis -o, quam inperfectum syllogismum solent artigraphi nuncupare. **2** *intentio, consilium*: CYPR. mortal. 17 cogitatio mala et perniciosa -o. VVLG. Sirach 32, 16 age -es tuas (*gr. ἐνθυμήματα*). AVG. serm. ed. Mai 13, 3 mala aliqua cogitatio. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 13, 2 insanientis *Cain* ... -o. LEO M. epist. 104, 4 hanc ... improbi desiderii -em numquam ... debuit intra cordis sui recipere secretum.

synonyma: *ad A*: conexio: CHAR. gramm. I 11. congregatio: CHAR. gramm. I 12. *ad B*: assumptio: VINDIC. med. 35.

conceptiōnālis, -e *a* conceptio. *ad conceptionem pertinens.* FIRM. math. 7 p. 89[r] col. 2 *fin.* in -i sole. AVG. civ. 5, 5 -is hora. divers. quaest. 45, 2 constellationem -em. FVLG. myth. 2, 5 Iuppiter -em (-e *DG deterrimi*) factum (fatum *G*, foetum *Marc. Barb.*) ei (*Tiresiae*) futuri germinis subministrat. aet. mund. p. 150, 20 Annae -is viscerum carceratus perenniter torpor.

conceptīvus, -a, -um *a* concipere, conceptus. **1** *i. q. indictus.* VARRO ling. 6, 25 Latinae feriae dies -us (*Laet.* conseptivus *codd.*) dictus a Latinis populis. *ibid.* sunt ... feriae -ae quae non sunt annales. PAVL. FEST. p. 62 -ae feriae talia (*Thewrewk*, ferialiae *codd.*) festa dicebantur, quae incertis diebus observabantur quotannis. MACR. sat. 1, 16, 5 feriae aut ... stativae sunt aut -ae aut imperativae aut nundinae. 1, 16, 6 -ae (*feriae*) sunt quae quotannis a magistratibus vel sacerdotibus concipiuntur in dies vel certos vel etiam incertos. *cf. Wissowa, Rel. u. Kultus d. Römer p. 373.* **2** *translate de rebus extrinsecus receptis nec ad ipsam naturam eius rei pertinentibus*: TERT. resurr. 40 fidem et dilectionem non substantiva animae, sed -a.

concepto, -āre [*a* concipere, conceptus. *Th.*]: *i. q.* concipio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II A 1: ARNOB. nat. 4, 21 quibus (*generationibus*) . . . -atur et genitur terrenarum proluvies bestiarum. *i. q.* concipio *II B 4*: AMM. 31, 10, 5 maiora -antes.

conceptor, -ōris *m. ad* concipio *II B 4*: ARATOR act. 2, 437 *daemon* multis ventura canendo peccati -r erat. **conceptrīx,** -īcis *f.* FVLG. aet. mund. p. 151, 1 frequentibus -x tumida puerperiis.

***conceptus,** -ūs m. *a* concipere. *legitur inde a* CIC., ORIBAS. syn. 9, 40 -s dicitur ab eo, quod captum teneat semen veluti concaptio nuncupata. *dat.* conceptui: AVG. civ. 7, 3 MACR. somm. 1, 6, 64 SORAN. p. 75, 13. *gen. plur.* conceptuum: TERT. resurr. 60 HIER. adv. Iovin. 1, 41. GLOSS. *σύλληψις, αἴρεσις.*

A *comprehensio*: **1** *i. q. conceptaculum*: SEN. nat. 3, 15, 8 ex magnis cavernis (*Gercke,* caveis *Diels,* causis *ΦΔ*) magnisque -bus excidunt omnes. 5, 15, 1 flumina ingentia et -us aquarum inertium vastos. *cf.* 4, 2, 22 *Nilus* inconcessus erumpit *ubi* in conceptus *ci. Georg Mueller.* VVLG. IV Esdr. 16, 58 qui mensus est mare et -um eius. CORP. XI 5942 fontem et -um aquae. **2** *technice*: PLIN. nat. 3, 53 *Tiberis* navigabilis . . . novenorum . . . -u dierum. *v. Nissen, Ital. Landeskunde I p. 319.* **3** *actus concipiendi*: CASSIOD. var. 2, 40, 2 quicquid . . . in -um alicuius modificationis existit. **4** POMP. gramm. V 111, *syllaba appellata est* a graeca significatione, id est a -u litterarum. *syn.* conexio.

B *receptio*: **1** *proprie*: **a** *de actu generationis tam hominum et bestiarum quam herbarum*: CIC. Tim. 39 Oceanum Salaciamque Caeli satu Terraeque -u generatos editosque memoremus. div. 1, 93 quaedam (*invisitata*) etiam ex hominum pecudumve -u et satu oriebantur. VARRO rust. 2, 1, 18 nunc appello feturam a -u ad partum. PAVL. FEST. p. 92 *Iunonem* sanguinis fluorem in -u retinere putabant. SEN. dial. 9, 15, 4 nec vitam illorum (*hominum*) magis sanctam . . . esse quam -um. ben. 7, 1, 5 quid sit, quod geminorum -um separet, partum iungat. nat. 3, 25, 11 ut quarundam viscera longa sterilitate praeclusa ad -um relaxaverint. COLVM. 3, 10, 16 quasi puerilis aetas ne ad coitum quidem, nedum ad -um habilis. PLIN. nat. 1, 7, 9 de -u hominum. 1, 16, 41 de -u arborum (*cf.* 16, 93. 17, 13. 103. 18, 56 spicae. 18, 287). 4, 116 equarum e favonio vento -u (8, 172 -um ex equo secutus asini coitus. IVL. VAL. 1, 4). 7, 41 a -u decimo die dolores capitis (*cf.* 8, 112. 23, 3 *al.* TERT. nat. 2, 11 ab ipso . . . uteri -u). 7, 48 inter duos -us. 7, 67 incipiente . . . hoc statu -us facillime traduntur. 8, 112. 10, 101 circa -um. 20, 6 -us adiuvari *al.* 31, 10 fons -us mulieribus repraesentat. APVL. Plat. 1, 1 Platonem augustiore -u (*sc. dei*) prosatum. PS. APVL. Ascl. 14 -us et partus . . . vim atque materiam. *ibid.* sine alieno -u. 41 te, totius naturae tuo -u plenissime. TERT. nat. 2, 12. anim. 25 ab initio -us. 26 singulares -us et quidem monstrosiores sterilis et virginis. 36 intercapedinem eorum -us. carn. 25 -us et praegnatus et partus virginis. resurr. 60 -uum stabula. IREN. 1, 4, 5 delectatam in -u eorum peperisse fructus (*gr. ἐγκισσήσασαν αὐτούς*). GARG. MART. med. 40 -um impedire. SOL. 15, 11 ex primis -bus ob nimiam feritatem partus iudicant. LACT. opif. 19, 5 -s ipse et corporis informatio. HIL. in Matth. 16, 2 in homine de -u virginis sumpto. trin. 1, 10 sanguinis. 2, 26 ministeria -us. 9, 4 *deum* contrahere se usque ad -um et cunas et infantiam *cf.* 6, 9. ad Const. 2, 11 spiritus sancti. in psalm. 134, 8 coitus et -us et procreationes et successiones deorum (AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 46). ZENO 2, 14, 1 -u signata *Thamar.* HIER. adv. Iovin. 1, 41 Atalantam non fastidia -uum, sed castam amasse virtutem. in Ier. 30, 8 *domino* habente originem atque -um de spiritu sancto. VVLG. Ier. 20, 17 ut fieret . . . vulva eius -s aeternus (*LXX ἡ μήτρα συλλήψεως αἰωνίας*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 153[A] in -u corporis. *bis.* AVG. retract. 2, 55, 2 in -u positae oves. FAVST. REI. rat. fid. 1 p. 454, 5 non . . . violata est, quae magis est sanctificata -u. ENNOD. epist. 4, 4, 2 p. 100, 8 qui in prole censuram neglegit, -um magis designat sibi placere quam meritum. *de terra*: PLIN. nat. 17, 134 multo maior est terrae ac satorum libido, qua tempestive uti plurimum interest -us. 18, 202 esse quosdam ad -us impetus et terrae. *in imagine*: TERT. adv. Val. 17 *Achamoth* -u intumuit spiritali. FIRM. math. 1, 5, 7 *stellae* puro divinitatis animatae -u. AVG. c. Adim. 7 est autem animae fornicatio aversio a fecunditate sapientiae et ad -um temporalium inlecebrarum corruptionemque conversio. trin. 9, 9, 14 in amore autem carnalium temporaliumque rerum, sicut in ipsis animalium fetibus alius est -s verbi, alius partus. PRVD. ham. 608 non dispar nostrae -s mentis. DRAC. Romul. 10, 149 *Luna* -us lucis adoptat. *al. saepissime.* **b** *fetus*: *v.* PAVL. FEST. p. 97 gravida est, quae iam gravatur -u (*cf.* COLVM. 3, 10, 12 membra genitalia -u atque fetu gravida). SEN. Oed. 373 -s innuptae bovis, nec more solito positus alieno in loco. nat. 3, 25, 11 quare quaedam in Lycia aquae -um feminarum custodiant. COLVM. 2, 1, 3 cum omnino nullum -um edere valet. 6, 23, 1 ne in angustiis -um altera alterius elidat (*cf.* 6, 27, 11). 7, 6, 5. PLIN. nat. 9, 107 *margaritas* inpleri roscido -u tradunt. *v.* SOL. *p. 24, 14.* 20, 248 non edendum gravidis nisi mortuo -u. 28, 248 -um leporis utero exemptum. STAT. Theb. 10, 805 quosve ego -us aut quae mala pignora fudi . . .? SVET. Dom. 22 -um a se abigere (MARCELL. med. 30, 19). TERT. apol. 9 -um utero . . . dissolvere non licet (castit. 12 dissolvas medicaminibus -um?). carn. 12 in virginis uterum -s inducitur. pudic. 5 quot adulteri -us trucidentur (AVG. epist. 166, 15 adulterinis -bus). AVSON. 369, 11 namque ubi -s genitali insederit arvo. CHIRON. 176 in qua (*matrice*) per sanguinem morbus pro -u invalescit. AVG. civ. 22, 24 mater quae -um portat et partum nutrit. SVLP. SEV. chron. 1, 30, 2 cum -um a deo peteret. ZACCH. 1, 1 -um sine semine virgo pariat? SIDON. epist. 3, 3, 1 proficiente -u. DRAC. laud. dei 2, 324 externos pariterque suos furit impia mater -us damnare. Orest. 563 -us portare meos stimulante dolore, semina naturae, blandae primordia vitae. *de terra*: EVSTATH. Bas. hex. 2, 3 p. 883[A] ut . . . -us suos proferret ad lucem *terra.* *in imagine*: AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 47 virtus animae, quae velut quodam vulvae genitalis secreto cogitationum nostrarum suscipere -us fovere partusque solet edere. **c** *concipiendi facultas, cupido*: PLIN. nat. 2, 38 *Venus stella* non terrae modo -us inplet, verum animantium quoque omnium stimulat. SOL. 53, 23 conchae . . . luxuriante -u sitiunt rorem velut maritum (*cf.* PLIN. nat. 9, 107 *v. p. 23, 78*). **d** PLIN. nat. 16, 208 *lignum* ignem . . . concipit . . . fungi vel foliorum facillimo -u. SVET. Vitell. 8 flagrante triclinio ex -u camini.

2 *translate*: PRISC. gramm. II 552, 2 vox indicans mentis -um, id est cogitationem. MACR. sat. 1, 18, 17 si -u mentis consilia nascuntur. MART. CAP. 5, 428 qualis disponendi ordo, quam pronuntiandi congruens modulatio, qui gestus in motu, quae profunditas in -u. ENNOD. dict. 9, 14 p. 454, 7 *lingua* fortiori studio -um mentis abscondit. *cf.* epist. 1, 8, 2 p. 17, 16. 3, 29, 1 p. 92, 20. CASSIOD. hist. 7, 11 malignos habere -us.

structurae: ex *cum abl. v. p. 23, 35.* de *v. p. 23, 56.* *syn.*: caverna? cavea? SEN. nat. 3, 15, 8. conexio: POMP. gramm. V 111. conceptio: HIL. trin. 2, 26. CASSIAN. conl. 5, 5. fetus: COL. 3, 10, 12. 6, 27, 11. AVG. epist. 166, 15. *Burger.*

concerno, -crēvī, -crētum, -ere *a* con *et* cernere. **1** GLOSS. *συνθεωρῶ.* HIER. epist. 106, 1 Isaiae vaticinium concernimus (cernimus *v. l.*) opere completum. **2** *miscere*: GLOSS. concretum commixtum, mixtum, -eti commixti; -eta commixta. SIL. 9, 398 -eta cruento . . . cerebro sanies. GELL. 2, 26, 12 'flavus' . . . e viridi et rufo et albo -etus (*syn.* mixtus e) *cf.* AMM. 20, 11, 27 *species iridis* postremo caerulo -eta et viridi. AMBR. in psalm. 43, 40 *triticum* paleis -etum atque permixtum. MAXIMIN. c. Ambr. 47 non confusas et -etas personas, sed discretas et distinctas. AVG. conf. 5, 10, 20 nisi *natura* carni -retur; -i autem et non coinquinari non videbam. enchir. 99 gratia redemptos discernit a perditis, quos in unam perditionis -erat massam ab origine ducta causa communis. in psalm. 49, 11 vocat et terram, non tamen -endam sed discernendam; primo enim -etos vocavit. c. Faust. 22, 31 sexus utriusque (*sc.* viri et mulieris) carnali sorte discernitur et carnali commixtione -itur. 22, 98 malis permixta atque -eta. gen. ad litt. 9, 57 p. 290, 26 ratio quam . . . concreavit atque -vit deus. MAX. TAVR. hom. 77 p. 415[a] ecclesias dei -entium haereticorum procellis perturbatas. *cf.* concresco.

concerpo, -cerpsī, -cerptum, -ere *a* con *et* carpere. *forma partic.* concarptus CHIRON 108. *lacerare*: CIC. Att. 10, 12, 3 epistulas . . . aliquando -ito (SVET. Nero 47 litteras). LIV. 38, 55, 22 librum rationis eius . . . -isse (*Sab.,* compressisse *codd.*). *cf.* GELL. 4, 18, 12 librum . . . discidit . . . et -psit. SEN. nat. 1, 2, 9 cum undique et lacerata et -pta est *corona circa solem.* PLIN. nat. 10, 41 alitem. 21, 12 coronam. 29, 35 lana. 29, 81 caro recens -pta. 32, 127 allex purgat ulcera in linteolis -ptis. 28, 216. 31, 96. 31, 100. Plin. epist. 7, 27, 10 herbas et folia -pta. CLAVD. MAM. anim. p. 136, 23 panniculos quosdam ex diversorum varia lectione. CHIRON 108 pilas marinas concarptas. APIC. 4, 171 pulpas piscis. *translate*: CAEL. Cic. epist. 8, 6, 5 ferventissime -itur *Curio.* SIRIC. epist. 7, 3 singula genera quaestionum . . . convellere atque -ere. HIL. trin. 5, 38 *furor* haec . . . rabido vesaniae suae ore -at.

***concertātio,** -ōnis *f. a* concertare. **1** *rixa, pugna, bellum.* COD. Theod. 10, 12, 2, 6 in -e pugnaque. VLP. dig. 43, 16, 3, 4 in ipsa -e qui inermes venerant. HIL. in psalm. 120, 15 non est . . . nisi ex -e victoria. AMM. 18, 5, 7 acerrima illa nocturna -e. 21, 11, 3. 22, 8, 18 *al.* IORD. Get. 97. VVLG. II reg. 3, 1 longa -o (*πόλεμος*). AVG. civ. 15, 4 de terrenae civitatis vel -e vel pace. CASSIAN. conl. 5, 27, 1 -um luctamen adripere. 4, 13, 1. c. Nest. 7, 9, 2. 7, 9, 4. LEO M. epist. 23, 2 sine strepitu -um (44, 1. 164, 5). PS. PROSP. vocat. gent. 2, 1 remotis abdicatisque omnibus -bus. POMER. 3, 33, 1 pro ancipiti dubiae -is eventu. CASSIOD. var. 1, 37, 2 videmus tauros feminas suas cornuali -e defendere. **2** *dissensio, disputatio, lis.* CIC. rep. 4 frg. 8 benevolorum -o, non lis inimicorum, iurgium dicitur (NON. p. 430). de orat. 2, 68 sine ulla serie disputationum et sine ieiuna -e verborum (Tusc. 2, 30 verborum -e sublata. part. 81 disputandi prudentiam *imitatur* -o captatioque verborum *cf.* AMM. 21, 16, 18). 3, 121 a minutis angustisque -bus ad omnem vim vos disserendi traducendos. 1, 194 infinitis -umque plenis disputationibus. fin. 1, 27 maledicta, contumeliae, tum iracundiae, contentiones -esque in disputando pertinaces (LACT. iust. 4, 30, 11 pertinaci -e. FILASTR. 139, 3). Tusc. 3, 51 nulla inter eos -o umquam fuit. *cf.* Sest. 77 Att. 14, 13[b], 4. nat. deor. 1, 62 -is studio. PLIN. nat. 20, 200 qua de causa magna -o existit. 18, 107 magna ob id -e eruditorum (LACT. inst. 1, 1, 18. opif. 20, 3). 29, 11 sententiarum -es. *cf.* SVLP. VICT. rhet. 11. 12 p. 319. CYPR. epist. 44, 3 dissensione et -e deposita. HIL. in psalm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

54,11. SYMM. epist. 6,5 si quid inter eos -is est. rel. 26,1 quadam inter se -e dissentiunt. AVG. civ. 2,19 ex philosophorum -bus. 5,9 tortuosissimae -es et disputationes philosophorum. 18,41 argumentationum. epist. 147,49. VAL. CEM. hom. 12,7 ne quid per -em simultatis accrescat (*syn.* contentio). BOETH. top. Arist. 8,3 p. 999^{D} non -is gratia, sed experimenti et inspectionis. EVGRAPH. Ter. Phorm. 894 haec scaena -em habet atque tenet Phormionis, parasiti et senum. *nota* PS. CYPR. Iud. incred. 8 scriptura -is. *de lite iudiciali*: COD. Theod. 9,45,5 habitae -is impendia. **3** *certamen, aemulatio*: MAR. VICTORIN. in Gal. 1,14 aemulus, id est imitator et quasi -e quadam. THEOD. MOPS. in Phil. 2,3 nihil secundum -em (ἐριθείαν, VVLG. contentionem) aut vanam gloriam. *equorum*: AMM. 28,4,30. *cantandi*: SCHOL. Verg. Veron. ecl. 3,37 pignus futurae -is.

concertātīvus, -a, -um *a* concertare. QVINT. inst. 7,2,9 mutua accusatio quam Graeci ἀντικατηγορίαν vocant, nostrorum quidam -am. SVLP. VICT. rhet. 9 p. 317,33 aut enim est simplex causa aut coniuncta aut -a ... in coniunctis autem et -is adhibenda stabilis est ratio. 10 p. 318,22 -ae causae aut circa rem sunt aut circa personam. *cf.* 12 p. 319,33.

concertātor, -ōris *m. a* concertare. *aemulus*: TAC. ann. 14, 29 scientia militiae et rumore populi, qui neminem sine aemulo sinit, Corbulonis -r. *commilito*: AVG serm. 297,4,6 -es tuos et in huius vitae stadio tecum laborantes atque currentes. c. acad. 3, 20,44. CASSIOD. hist. 1,14 unanimes atque -es nobiscum contra eorum estote praesumptionem.

concertātōrius, -a, -um *a* concertator. CIC. Brut. 287 *Thucydides* hoc forense concertatorium iudiciale non tractavit genus.

concertātus, -ūs *m. a* concertare. AMBR. epist. 37,37 Machabaeorum concertatus puerorum.

concerto, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* certare. GLOSS. συναγωνίζομαι, contendit confligit. **1** *rixari, pugnare*: TER. Ad. 211 te audio nescio quid -asse cum ero. CIC. Manil. 28 qui saepius cum hoste conflixit, quam quisquam cum inimico -vit. nat. deor. 3,42 *Herculem* -visse cum Apolline de tripode. CAES. Gall. 6,5,3 proelio non esse -urum (contenturum *β*). SVET. Aug. 21 de regno (MARCELL. chron. II auct. p. 106,542 de praeda). AMPEL. 14,4 Messenio bello quo centeni et quinquageni -erunt (IORD. Rom. 232. 356). APVL. flor. 6 p. 20 immensi dracones cum immanibus elephantis ...-ant. AMM. 24,4,19. RVFIN. Adamant. 4,2 duos homines adversum se invicem -antes (διαπληκτιζομένους καὶ λοιδορουμένους ἀλλήλοις). HYD. chron. II p. 27,159 in sole signum in ortu quasi altero secum -ante monstratur. AMBR. Isaac 2,3 cum utrumque in se -antem hominem declarasset. SALV. gub. 5,33 inter -antes procellas in medio mari positi. AVG. c. Maximin. 2,14,3 res cum re ... -et. *cum dat.*: CASSIAN. inst. 5,16,1 non nisi victoribus tantum ...-are dignantur. *absol.*: MART. CAP. 1,91 (vers.) nec quisquam inlicitis tollere nisibus -ans cuperet iussa. **2** *disputare*: PACVV. trag. 73 -are (concentare *Ribb.*) ac dissentire. CIC. phil. frg. II 3 ut ... inter vos de huiuscemodi rebus controversemini, non -etis (Plato Prot. 337^{A} ἀλλήλοις περὶ τῶν λόγων ἀμφισβητεῖν μέν, ἐρίζειν δὲ μή). part. 99 quae etiamsi antequam in iudicium venit aut -ata aut diiudicata aut confecta non sunt (CASSIOD. var. 3,52,8 *iudex* -antium iura discernit). Att. 3,12,2 ut cum eo verbo uno -rem. SVET. Cal. 22 reges ...-antes ... de nobilitate generis. PS. LACT. mort. pers. 12,3 inter se -bant utrum. AVG. civ. 2,13 in hac controversia Graeci Romanique -ant. AVELL. p. 716,15 superflua -antes. *contendere, affirmare*: MART. CAP. 8,858 post cuius orbem alii Mercurium ..., alii ipsius circulum Solis esse -ant. *dissentire:* ZACCH. 2,13 -antium perfidiarum. **3** *aemulari*: MANIL. 5,292 triclinia templis -ant (CORIPP. Iust. 2,394 fulvum -ans ignibus aurum. IREN. 5,13,2 -antes aliis [προσφιλονεικοῦντες ἑτέρους]). COLVM. 8,15,4 aves nandi velocitate -ent (AVSON. 300,23 sumptibus. MART. CAP. 8,853 Saturnus nimia cum mundo celeritate -ans). TAC. ann. 14,14 -are equis regium. PASS. Iren. Sirm. 1 diversis agonibus -antes christiani. *sequ. infin.*: AVG. epist. 130,29 in oratione vincere. **4** ITALA Phil. 4,3 (cod. g) quae in euangelio collaboraverunt vel -erunt mihi vel mecum (συνήθλησάν μοι; VVLG. mecum laboraverunt). Phil. 1,27 (Mar. Victorin. in Phil. 1,27) -antes cum fide euangelii (συναθλοῦντες; VVLG. collaborantes). **concertor,** -ātus sum, -ārī. *pugnare*: ISID. vir. ill. 11 de fide ... cum Maximiano -atus est. VVLG. Iudas 3 -ari ... fidei (*cod. Tolet.*, supercertari *cett.*; ἐπαγωνίζεσθαι). Sirach 38,29 in calore fornacis -atur (διαμαχήσεται). *aemulari*: VVLG. sap. 15,9 -atur (ἀντερείδεται) aurificibus. PS. CYPR. spect. 3 *animus* -atur pervenire ad terrena compendia. SERM. Hauler Archiv 10, 441 si vero festinans -etur unusquisque in omni virtute animae vel corporis. *L.*

concessātio, -ōnis *f. a* concessare. COLVM. 11,1,16 is, qui naviter et sine ullis concessationibus permeabit (*in itinere*).

concessio, -ōnis *f. a* concedere. *inde a* RHET. Her. GLOSS. συγχώρησις. *loco mutilo*: CORP. XIV 1398^{b} ex concesi⟨one⟩. [APVL. met. 9,2 *sub* congressio.] **1** *generatim*: *c. genet. obi.*: CIC. leg. agr. 3,11 -es agrorum ... facere (*de latore legis agrariae*). SALL. epist. Mithr. 6 Antiochum -e Asiae ... avortere *Romani*. TAC. ann. 3,73 Tacfarinas pace et -e agrorum redimeretur. PLANC. Cic. epist. 10,8,3 civitates ... largitionibus -busque praemiorum ... obligatae. PS. SEN. ad Paul. 13 muneris. ARNOB. nat. 6,26 p. 237,14 honoris (7,13). *c. genet. subi. vel pron. possess.* (*adi.*): CIC. or. frg. A IX 5 te -e competitorum ... e postremo in tertium locum esse subiectum. Att. 3,24,1 cum ... vestra -e omnem vim sui iuris amiserint. IREN. 2,5,3 *materialia*, quae inciperent ..., dissolvi secundum -em et ad placitum patris [AMM. 15,8,8 *lege*: vestra consensione]. AVG. mus. 5,1,1 -o interloquentium (*i. facilitas in concedendo*). COD. Theod. 15,1,5 *a. 338* (= COD. Iust. 8,11,1) immunitates operum publicorum -e iudicum adepti. COD. Iust. 3,28,35 pr. -o imperialis ..., per quam libera testamenti factio conceditur. *ap. Ictos*: POMPON. dig. 8,3,20 pr. si una ...-o facta esset (*sc. iuris aedificandi*). 15,1,4,5 (*de peculio servi*) nec est nova -e domini opus. MARCELL. dig. 15,1,16 si omni quidem modo concesserit dominus *peculium servo*, sed in nominibus erit -o. VLP. dig. 29,1,1 pr. militibus ... testamenti factionem ... Caesar concessit: sed ea -o temporalis erat. 43,24,3,4 locorum ... publicorum procuratio data est, -o tamen (*sc. operum in publico faciendorum*) data non est. VVLG. Ruth. 4,7 si quando alter alteri suo iuri cedebat, ut esset firma -o, solvebat *eqs.* hoc erat testimonium cessionis. *nota*: COD. Iust. 6,4,3,2 -o data ... patronatus (*i. q. ibid. supra*: a iure patronatus liberentur). *nota de persona*: PETRON. 91,6 quid dicis, peregrini amoris -o? *notabilis structura*: VARRO rust. 1,17,7 remissione operis -eve, ut peculiare aliquid ... pascere liceat.

2 *speciatim*: *de concessione delicti* (*venia, indulgentia*): *in iudicio*: RHET. Her. 1,14,24 adsumptivae *constitutionis* partes sunt quattuor: -o, remotio criminis, translatio criminis, comparatio. -o est, cum reus postulat ⟨sibi *add. bd*⟩ ignosci (*eisdem fere verbis* CIC. inv. 1,15. 2,71 CASSIOD. rhet. 4 p. 496,32 ISID. orig. 2,5,6 GLOSS. V 182,25. *cf.* MART. CAP. 5,454). 2,16,23 -o est, per quam nobis ignosci postulamus (CIC. inv. 2,94 MAR. VICTORIN. rhet. 2,29 p. 286,32). CIC. inv. 2, 90. 92. 94 *sqq.* 103. 124. 137. MAR. VICTORIN. rhet. 1,11 p. 191,15 factum fateri, sed veniam postulari, quae est qualitas venialis, quam -em Cicero vocavit. 2,29 p. 286,32 quarta species est in adsumptiva qualitate -o. *extra iudicium*: TERT. pudic. 2 p. 223,27 paenitentiae subsidium ... determinatur sine passiva -e. ARNOB. nat. 7,42 inprudentiae caecitatem veniali -e donaret. 7,8 hoc est ... proprium numinum liberales venias et -es habere gratuitas. AMM. 14, 10,14 -em praeteritorum ... et pacem (17,10,4). 17,12,10 -em delictorum sibi tribui ... et veniam (22,8,49 *al.*). *de concessione assumptionis* (*in argumentatione*): Cic. inv. 1,54 tertia pars *tripertiti generis argumentandi constat* ex conclusione, quae aut confirmat -em aut quid ex ea conficiatur ostendit. 1,88 ex ...-bus ... conficitur hoc. MAR. VICTORIN. defin. p. 22,13 destructio definitionis adversae partis, sed per -em, id est similium. p. 48,28. AVG. mus. 5,1,1 *v. supra l. 6.* c. Iul. op. imperf. 2,27 si -is ... paeniteret disputatorem. *similiter inter figuras sententiarum:* QVINT. inst. 9,2,51 non procul absunt ab hac simulatione (*i.* εἰρωνεία) res inter se similes, confessio nihil nocitura (*Cic. Lig. 2*) ... et -o, cum aliquid etiam iniquum videmur causae fiducia pati: (*Cic. Verr. 6,117*). SCHEM. dian. 26 p. 74,15 συγχώρησις est -o rei alicuius, ut apud Virgilium: Esto *eqs.* (*Verg. Aen. 10,68*). CARM. de fig. 70 ἐπιτροπή. fit -o, cum quidvis concedimus opte⟨t⟩. DON. Ter. Ad. 132 transit in iracundiam -emque, quae ⟨ἐπιτροπὴ⟩ dicitur (*cf.* 134). Andr. 668. 697. SERV. Aen. 1,387. 4,381 'i, sequere Italiam': satis artificiosa prohibitio, quae fit per -em. SCHOL. Stat. Theb. 1,659 artificiosa -o, quae habet quandam correctionem. MART. CAP. 5,555 proponimus ... per -em, cum gratiam facientes eius, quod diximus prius, aliquid introducimus. 5,562. *singulariter i. q. abolitio* (*cf.* concedo *intrans.*): TERT. adv. Marc. 5,13 -em eius *legis* ('*hoc est exclusionem, lex enim concessit euangelio*' *Oehler. cf. sub* concesso). *praerogativa?* IREN. 4, 26,3 *presbyteri* principalis -is tumore elati (*i.* '*principali loco concesso*' *Stieren*).

syn. cessio, venia. *opp.* correctio, prohibitio.

concessīvus, -a, -um *a* concedere. DON. Ter. Andr. 643 articulus omnis defensionis per -am qualitatem ... est constitutus. DIOM. gramm. I 395,12 species verborum sunt hae: relativa, usurpativa, adfirmativa, -a. 396,29 de specie concessiva. concessiva ... species est, qua tum demum utimur subiunctivam inserentes qualitatem, cum *eqs.* 397,7. MAR. VICTORIN. gramm. VI 199,21 modus ... -s, ut 'legerim'. CLEDON. gramm. V 17,18 EXPLAN. in Don. gramm. IV 505,3. SERV. Aen. 10,33 'neque ... iuveris ...': -s est iste modus secundum Probum; namque in artibus non invenitur. fit autem quotiens taedio contentionis quasi videmur concedere quod tamen nolumus fieri. SCHOL. Cic. Bob. p. 367 ad formam -am revocans argumentationem. ISID. orig. 2,21,20 *sententiae* sunt ... -ae, quae cum impulsione prohibeant, ut 'i, sequere Italiam' (*Verg. Aen. 4,381 cf. l. 54*).

concesso, -āvī, -ātum, -āre *a* concedo, -cessum. PLAVT. Asin. 290 sed quid ego hic properans -o pedibus, lingua largior? Poen. 219 ex industria ambae numquam -amus lavari aut fricari. FRONTO p. 96,5 N. tametsi interdum -arit aut restiterit (*sc. in via ad eloquentiam; opp.* progredei ... et pergere). TERT. adv. Marc. 1,21 fide manente in creatorem ... lex eius -are debebat. 5,8 requiescere haberet operatio gratiae et -are et finem facere. adv. Prax. 1 a proposito

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-are. fug. in pers. 6 p. 474, 12 non potest apud nos perseverare, quod apud doctores nostros -vit. *deriv.* concessatio.

concessor, -ōris *m. a* concedere. FVLG. aet. mund. p. 151, 18 *deus* oculorum lacrimantium desiccator, desideriorum concessor, dans votum optantium.

concessus, -ūs *m. a* concedere. *permissio. abl. fere casu nudo, reliquos cf. l. 16 sqq.* CIC. Cael. 28 datur ... -u omnium huic aliqui ludus aetati (de orat. 3, 7 or. 210 Att. 14, 12ª, 7 epist. 9, 14, 7 TAC. dial. 25). Brut. 84 nec ... ceterorum iudicio solum ..., sed etiam ipsorum inter ipsos -u. rep. 1, 50 populi -u. 2, 38 non iussu, sed voluntate atque -u civium. Tim. 52 deorum -u atque munere. epist. 4, 6, 3 illius -u et beneficio. CAES. Gall. 7, 20, 2 regnum ... malle Caesaris -u quam ipsorum habere beneficio. TAC. ann. 12, 44 -u fratrum. *nota*: ann. 3, 61 auctam ... -u Herculis, cum Lydia poteretur, caerimoniam templo *Ephesio*. APVL. met. 6, 22 -u deum decretum ... honorem *Iovi*. ANON. de mach. bell. praef. -u divinitatis. CORP. VI 461 (*descr.*) pro salutem impp. Severi et Antonini ... ex -u ... sacrarium dei Liberi ... marmorarunt (marmora nunc *trad.*) [BELL. Hisp. 25, 7 *lege* congressum *vel* concursum]. CAPITOL. Opil. 5, 5 si unius numeri -s accederet (*i. si unius suffragio accedente res concederetur?* concensus *ed. pr.*, consensus *vulg.*). COD. Iust. 12, 33 (34), 5, 1ª quod extra -um (*neutr.?*) admissum est. [SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 50 non in pretiosis piscibus et conviviis esse iucunditatem, sed in -u (consensu *deter. codd.*; consessu?) hominum]. *Hey.*

conc(h)a, -ae *f. a gr.* κόγχη. *forma* conca *traditur tam in codicibus quam inscriptionibus* (CORP. V 5501, 3. X 5209; concha VI 22188. 29896. VIII 8396). cuncha GLOSS. III 70, 5. conce POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 14. GLOSS. κόγχη, κόχλος; coclea. V 182, 23 concas testarum sunt. concas autem et cancros inimica inter se animalia. ISID. orig. 12, 6, 48 conchae et cochleae ex hac causa vocatae, quia deficiente luna cavantur, id est evacuantur. [*it., prov.* conca, *hisp.* cuenca '*Napf*'. *M-L.*].

I *proprie*: **1** *animal*: ISID. orig. 12, 6, 49 concharum genera multa sunt, inter quas et margaritiferae, quae celoe dicuntur, in quarum carne pretiosus calculus solidatur. PLAVT. Rud. 297 echinos, lopadas, ostrias, balanos captamus, -as, marinam urticam, musculos. frg. inc. 16 (31) -as piscinarias. AFRAN. com. 142. VARRO ling. 9, 28 non *in aqua* -ae inter se generatim innumerabili numero similes? CIC. de orat. 2, 22 -as ... et umbilicos ... legere (AVR. VICT. Caes. 3, 11. SVET. Cal. 46 ut -as legerent). nat. deor. 2, 124. HOR. sat. 2, 4, 28 mitulus et viles pellent obstantia -ae (SER. SAMM. 529). TIB. 3, 3, 17 in Erythraeo legitur quae litore -a (PROP. 3, 13, 6 venit e rubro -a Erythraea salo. VLP. dig. 34, 2, 19, 18 -a apud rubrum mare et crescit et coalescit. CLAVD. 7, 210 *cf. p. 28, 43*). *in proverbio* OV. ars 2, 519 litore quot -ae, tot sunt in amore dolores (*cf.* trist. 5, 2, 23. MART. 6, 34, 3). 3, 124. met. 4, 725 cavis ... -is. 13, 792 detritis aequore -is. 15, 264 marinae. PAVL. FEST. p. 46 clacendix genus -ae. p. 367 tragus genus -ae mali saporis. CELS. 3, 6 iure ... -arum musculorumve. COLVM. 8, 16, 7 *regio idonea* purpurarumque, tum -arum pectunculis. LVCAN. 6, 678 innataque rubris aequoribus custos pretiosae vipera -ae. PERS. 2, 66 bacam -ae rasisse. PLIN. nat. 2, 109 lunari potestate ostrearum conchyliorumque et -arum omnium corpora augeri ac rursus minui (9, 18). 9, 40. 9, 90 carent -ae visu omnique sensu alio quam cibi et periculi. 9, 94 -am esse acatii modo carinatam. 9, 102 -arum genera, in quibus magna ludentis naturae varietas (*sequitur enumeratio distinctionum*). *cf.* 9, 104 *sqq.* (SOL. 53, 23—27). 9, 115 rufi ac parvi *elenchi* in -is, quas myas appellant. 9, 130 -arum ad purpuras et conchylia — eadem enim est materia sed distat temperamento — duo sunt genera *etc.* 9, 132 clusiles mordacesque -ae. 9, 142 *de pina*. 9, 148 *spongiae* aluntur -is. 9, 184 *de dactylis*. 10, 115 *platea avis* devoratis se inplevit -is *eqs.* 11, 139 ostreis nulli *oculi*, quibusdam -arum dubii. 13, 137. 18, 361 -ae adhaerescentes ... tempestatis signa. 32, 93 -ae longae carnes (1, 32, 30). 32, 142—154 *dat locupletissimum indicem aquatilium.* 35, 36 -ae minutae inveniuntur in *Paraetonio*. 37, 161 *gemma* striata -arum modo. MART. 5, 37, 3 *puella* -ā Lucrini delicatior stagni. 10, 37, 10 levi cortice -a brevis. 13, 82, 1 (*tit.* ostrea) ebria Baiano modo veni -a Lucrino. 13, 90, 2 cui solus erit -a Lucrina cibus. FRONTO p. 224, 17 N. convivium ... regium agitares -is omnium generum. TERT. cult. fem. 1, 6 *de conchis et margaritis*. ANTH. 478, 6 et rauco trahitur lubrica -a sinu (sono *Klotz*). LAMPR. Heliog. 19, 6 primus fecit de piscibus isicia, primus de ostreis ... et aliis huiusmodi marinis -is. NON. p. 551 lopades: genus -ae marinae. AVIEN. orb. terr. 1323 bacas ... curvis excudunt -is. AVSON. Mos. 70 albentes -arum germina bacas. AMBR. hex. 5, 1, 2. HIER. epist. 22, 20 lego ... de -a margaritam. 27, 1 -arum gurgites. AVG. civ. 5, 6. OROS. hist. 1, 3, 4 *lapides* -is et ostreis scabros. CASSIOD. var. 1, 35, 3 Indici maris -ae ... labiis suis navium dorsa fixerunt (*cf.* PLIN. nat. 32, 5). 1, 35, 4 -arum morsus insatiata cupiditas. CARM. epigr. 1175, 2 nomen mihi divitis undae -a dedit (*canis cui nomen erat Margarita*).
specialiter: **a** *i. q. purpura*: GLOSS. V 566, 13 conchis (*leg.* concha) ostrea animal in ponto quo tinguitur purpura. MAT. carm. frg. 13 *tapetes* -a purpura imbuens venenavit. LVCR. 2, 374 -arumque genus ... videmus pingere telluris gremium. 2, 501 Meliboeaque fulgens purpura Thessalico -arum tecta (tacta *ci. Oudendorp*) colore. CIRIS 103 candida Thesei purpureis late ridentia litora -is. PROP. 4, 5, 22 quae sub Tyriā -a superbit aquā. OV. met. 10, 267 stratis -a Sidonide tinctis. *cf.* VITR. 7, 13, 3 *purpurea sanies* ex -arum marinarum testis eximitur, ideo ostrum est vocitatum. PLIN. nat. 9, 125 *sqq. agitur de purpuris*. 9, 128 -ae omnes celerrime crescunt, praecipue purpurae. MART. 14, 154, 1 ebria Sidoniae cum sim de sanguine -ae *lana*.
b *concha Veneris*: PLAVT. Rud. 704 *Venerem* ex -a natam esse autumant. TIB. 3, 3, 34 faveas -a, Cypria, vecta tua. PAVL. FEST. p. 52 Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur -a. PLIN. nat. 9, 80 -as ... apud Cnidiorum Venerem coli. 32, 5. STAT. silv. 1, 2, 118 nostra (*i. Veneris*) potuit considere -a. *cf.* 3, 4, 5. MART. 2, 47, 2 lēvior -is ... Cytheriacis. SIDON. epist. 4, 8, 5 vers. 1 pistrigero quae -a vehit Tritone Cytheren. FVLG. myth. 2, 1 p. 40, 21 -a etiam marina portari *Venus* pingitur, quod huius generis animal toto corpore simul aperto in coitu misceatur, sicut Iuba in fisiologis refert. *cf.* GALLIEN. anth. 711 (= TREB. Gall. 11, 8) bracchia non hederae, non vincant oscula -ae. *in nuptiis*: MART. CAP. 9, 903 (vers.) conscia iam Veneris nova serta parate Napeae ... inque torum violas certatim fundite -is. *nota nomen herbae*: DIOSC. Vind. C 99ᵛ κόγχα Βενεριϛ: δίψακοϛ. **2** *testa concharum, ostreorum, cochlearum sim*: CIC. fin. 3, 63 illa *bestia*, quae in -a patula pina dicitur, isque, qui enat e -a, qui, quod eam custodit, pinoteres vocatur *eqs.* nat. deor. 2, 123 pina vero — sic enim Graece dicitur — duabus grandibus patula -is cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi, itaque, cum pisciculi parvi in -am hiantem innataverunt, tum admonita squillae morsu pina comprimit -as. LVCR. 4, 936 res omnes aut corio sunt aut etiam -is aut callo aut cortice tectae. VERG. georg. 2, 348 lapidem bibulum aut squalentis infode -as (*cf.* SERV. *ad loc.*). OV. met. 8, 564 summa lacunabant alterno murice -ae. fast. 6, 174 ostreaque in -is tuta fuere suis. MANIL. 2, 93 -arum ... carcere clausa *animalia*. *cf.* 5, 399. CVRT. 9, 10, 10 tuguria -is et ceteris purgamentis maris instruunt. COLVM. 10, 324 implicitus -ae limax. 11, 3, 31 testulae vel -ae. CALP. ecl. 6, 68 imminet exesā velutī testudine -a. PLIN. nat. 9, 80 *murice* simplice -a utroque latere sese colligente. 9, 86 *conchyliorum* -as complexu crinium frangunt *polypi*. 9, 126 detracta -a *purpurarum* (*syn.* testa). 13, 81 scabritia *chartae* levigatur dente -ave. (MART. 14, 209, 1 [*tit.* concha] lēvis ab aequorea *papyrus* -a fiat). 32, 64 *ostrea* cocta in -is suis. 36, 192 -ae ac fossiles harenae *uruntur*. SVET. Nero 31 cuncta ... distincta gemmis unionumque -is erant. *i. q. margarita*: VARRO Men. 382 imperito nonnumquam -a videtur margarita. TIB. 2, 4, 30 e rubro lucida -a mari. PROP. 1, 8ᵇ, 39 hanc ego non auro, non Indis flectere -is *potui*. OV. am. 2, 11, 13 tenuis -as pictosque lapillos. met. 10, 260 munera fert illi -as teretesque lapillos. MANIL. 5, 404 censibus aequantur -ae. GRATT. 403 sacris conserta monilia, -is.

II *translate*: **1** *vas ad conchae formam fictum*. GLOSS. III 93, 63 conche ethmos: conca colum. II 574, 36 genus vasis. *cf. p. 29, 49. olearium*: CATO agr. 13, 2 in cellam oleariam haec opus sunt: dolia olearia ... concas maioris II et minoris II *eqs.* 66, 1 capulator -a oleum ... tollat. COLVM. 12, 50, 5 -is ... pleno vase olivis immitte defrutum. 12, 52, 8 -ae ferreae, quibus depletur oleum. PLIN. nat. 15, 22. GREG. TVR. glor. mart. 5 -a subposita, in qua oleum defluens decidebat. HOR. sat. 1, 3, 14 -a salis puri. HOR. carm. 2, 7, 23 funde capacibus unguenta de -is. PLIN. nat. 33, 88 *pulvis chrysocollae* in -is siccatur. 33, 123 *hydrargyrum* patinis ... inpositum ferrea -a. *potorium*: IVV. 6, 304 cum bibitur -ā (SCHOL. Iuv. *ad l.* non calicibus. *cf.* HIER. epist. 52, 12 non calice sorbere sed -a). PAVL. sent. 3, 6, 90 quae ad poculorum speciem comparata sunt ... veluti paterae ... et -ae. *aquarium*: GLOSS. III 70, 5. *cf.* 637, 2 adfer aquam manibus. aqua. cuncha. (ἔνεγκε ὕδωρ πρὸϛ χεῖρας. ὕδωρ. κόγχη). PAVL. sent. 3, 6, 56 pelves, conchae, aquimanilia. 3, 6, 83 *instrumentum mundi muliebris*. IVV. 6, 419 -as et castra moveri nocte iubet (SCHOL. Iuv. *ad l.* instrumenta balnearia. *cf. ad* 3, 277 pelves: -as, in quibus pedes lavant, aut vasa fictilia, ποδάνιπτρα). VVLG. II par. 4, 6 fecit quoque -as decem ..., ut lavarent in eis omnia (*gr.* λουτῆραϛ). 4, 14 (EVCHER. instr. 2 p. 147, 11 luteres in Regnorum -ae vel canthari aquarii). CLAVD. carm. min. 45, 2 (*tit.* de concha) transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais et patulo -ae divitis orbe fluat. *i. q. labrum*: PASS. coron. 2 ut facerent ei ex metallo porphyretico -as sigillis ornatas cavari. 3 cavare -as. 4 perfecta est -a. 5. ANTH. 377, 3 (versus balnearum) curvavit cameris vario pro schemate -as. LIB. pontif. Momms. p. 108, 14 *et* 15 et -as striatas duas ... aqua fundentes; et in medio lacum purphyreticum cum -a raiata[?] in medio.
ad baptismum: CONC. Eliberit. a. 305(?) Mansi 2, 13ᴱ emendari placuit, ut qui baptizantur, nummos in -am non immittant, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. *varia*: MARCIAN. dig. 33, 7, 17, 1 cauteria et -ae (*pictoris instrumenta*). ITALA Ioh. 19, 29 (Hil. in psalm. 68, 18) -a ... aceto plena (σκεῦοϛ, VVLG. vas). AMM. 16, 5, 4 aenea -a supposita brachio extra cubile protento. SCHOL. Iuv. 10, 64 sartago: -ae breves aut vasa turpia. VVLG. iud. 6, 38 expresso vellere, -am (λεκάνη) rore implevit. GREG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

TVR. glor. mart. 11 argenteam (GREG. M. epist. 2, 38 p. 138, 1). ISID. orig. 20, 4, 11 (*in capite* de vasis escariis) 'lancis gavata', quasi cavata . . . Hinc et -a, sed illa cavata, ista concava. sic et Graeci haec nuncupant. LIB. pontif. Momms. p. 99, 11 -a aurocalca. *in titulis*: CORP. VI 22188 ⟨et c⟩oncham et tectum et ollas ⟨fecerunt⟩. *fortasse huc pertinent*: V 5501, 3 matronis concam. VIII 8396 conchas de suo posuit. X 5209 concas. *pro mensura*: CATO agr. 156, 4 sumito farinae minutae concas duas. **2** *i. q. bucina Tritonis*: GLOSS. V 446, 67 conca bucit (*lege bucina*). VERG. Aen. 6, 171 *Misenus* cava dum personat aequora -a. 10, 209 Triton . . . -a exterrens freta. OV. met. 1, 333 Tritona vocat -aeque sonanti inspirare iubet. LVCAN. 9, 349 ventosa . . . -a. PLIN. nat. 9, 9 -a canentem Tritonem. SIL. 14, 374 tortae certantia murmura -ae. APVL. met. 4, 31 -a sonaci leniter bucinat. HYG. astr. 2, 23 *Triton* fertur, cum -am inventam excavasset, secum ad gigantas tulisse et ibi sonum quendam inauditum per -am misisse. fab. 274 p. 151 *Tyrrhenus* -a pertusa buccinavit et pagum convocavit. CLAVD. 10, 132. MART. CAP. 9, 915 (vers.) dum -is Galatea personantes (-te *cod. Bern.*) nantes fluctigenas chorumque Phorci . . . trahit. SIDON. carm. 11, 37 premit adiecto radiantis pondere -ae semiferi (*Tritonis*) Galatea latus. epist. 4, 8, 4 quod *epigramma* posset aptari -ae capaci, quae per ansarum latus utrumque in extimum gyri a rota fundi senis cavatur striaturis. *nota*: VEN. FORT. Mart. 4, 40 mox resoluta movet faucis lyra tinnile plectrum atque insulta canit camerati -a palati. **3** *varia*: *pudendum muliebre*: PLAVT. Rud. 704 te (*i. Venerem*) ex -a natam esse autumant, cave tu harum -as spernas. *in basilica*: PAVL. NOL. epist. 32, 12 totum . . . extra -am basilicae spatium. carm. 27, 475. 28, 42 per quinque nitentum agmina -arum series denseta coacto marmore mirum oculis aperit. 28, 277 Parias post vilia -as brassica fert. *genus fabae?* SCRIB. LARG. 233 *v. l. 38*.

conchātus, -a, -um *a* concha. *in modum conchae curvatus*: PLIN. nat. 10, 43 *pavo* -a quaerit cauda *umbrae repercussus*. 11, 270 recto vel -o parietum spatio. 31, 30 in antris -is (*Mayhoff*; coricis *codd.*).

concheus, -a, -um *a* concha. CVLEX 68 Indi conchea baca maris *i. margarita*.

conc(h)ic(u)la, -ae *f.* [*a* conchis *deminutive. Th.*]. *genus fabae*: MARCELL. med. 33, 1 faba quasi concicula (SCRIB. LARG. 233 concha [*lege* conchis?]) cum multo cumino cocta. APIC. (*in capite* ospreos) 5, 202 conciclam cum faba. 5, 203 conciclam apicianam. 5, 204 depisam. 5, 205 commodiana. 5, 207. *inde* **conciclātus,** -a, -um. APIC. 5, 207 conciclatus pullus (concicla inculcatus *vel* conculcatus *Schuch*).

conchis, -is *f.* [*a Graecis tractum, cf.* κόγχος. *Th.*]. *faba cum folliculo*. PRISC. gramm. II 26, 26 vetustissimi . . . 'cunchin' pro 'conchin' . . . quae tamen a iunioribus repudiata sunt, quasi rustico more dicta. II 169, 12 *vetustissimi dixerunt* 'hic' et 'haec conchis' (conscia *libri*). II 176, 5 semper singularia inveniuntur . . . conchis. *accus.*: -im AVR. Fronto p. 69 N. -em MART. 5, 39, 10. IVV. 14, 131. GLOSS. V 653, 41 concha dicitur a graecis olla fabae coctae (*contaminatae* concha *et* conchis? *sed cf. infra l. 53 sq.*). *cibus pauperum*: MART. 5, 39, 10 Iro pauperior forem . . ., si -em totiens meam comesses. *cf.* 7, 78, 2. 13, 7, 1 (*tit.* faba) si spumet rubrā -s tibi pallida testā. IVV. 3, 293 cuius aceto, cuius conche (concha *pω*. SCHOL. faba) tumes. 14, 131 differre in tempora cenae alterius conchem aestivam (concham aestivi *pω*. SCHOL. fabam coctam). AVR. Fronto p. 69, 17 N. cum -im . . . alios vorantis viderem.

conchīta, -ae *m.* [*a* concha; *cf. gr.* κογχίτης, *quod sensu differt Th.*]. *piscator concharum*: PLAVT. Rud. 310 fures maritimi, conchitae atque hamiotae, famelica hominum natio.

***?conchleātius,** -a, -um *a* concha *vel a* cochlea. ISID. orig. 19, 10, 8 conchleatius *lapis* (*al.* concleatius, cocleaticus, concleaticus. *Arevalus suspicatur* cochleatus) cocleis et lapillis et arena concretus.

conc(h)ula, -ae *f. a* concha *deminutive. forma* concla: PLAVT. Rud. 304 METROL. p. 133, 1. 3.

I *proprie: animal aquatile*: PLAVT. Rud. 304 nisi quid conclarum (concharum ς) capsimus, incenati sumus profecto. VAL. MAX. 8, 8, 1 -as et umbilicos lectitasse. CELS. 2, 29 alvum movent . . . ostrea . . . et omnes fere -ae. SCRIB. LARG. 104 marina. APVL. apol. 35 quaesisse de litore -am striatam. TERT. adv. Marc. 1, 13 una cuiuslibet maris -a, non dico de rubro. AMM. 23, 6, 85 uniones ideo sic appellatas quod evisceratae -ae singulas *margaritas* aliquotiens pariunt. DRAC. satisf. 74 generat pelagi -a divitias. ISID. orig. 19, 28, 2. CET. FAV. 27 p. 308, 15 conchulae (concula *libri*; conchylia *restituendum ex* Vitr. 7, 13, 3) . . . lacrimas purpurei coloris emittunt.

II *translate*: **1** *vas*: ISID. orig. 16, 19, 2 fit etiam *argentum vivum* et ex minio imposito -ae ferreae. **2** *in basilica*: PAVL. NOL. epist. 32, 13 cum duabus dextra laevaque -is intra spatiosum sui ambitum absis sinuata laxetur. **3** *mensura*: MARCELL. med. 21, 5 sisimbriae sucum ad plenitudinem -ae oblongae, quam Graeci tellinen, alii chemam macran vocant. 26, 72 ex mensura -ae unius. ISID. orig. 16, 26, 3 mensurarum pars minima cochlear . . . . Quod triplicatum -am facit. -a dragma una et dimidia adimpletur. METROL. p. 133, 1. 133, 3. 140, 14 cocleares III -am faciunt (*cf. 15 sqq. et* GROM. p. 374, 25 *sqq.* p. 375, 25).

conchus. κόγχος GLOSS. V 617, 12 conclus (*lege* conchus) est piscis, hinc conchilia unde tinguitur preciosa purpura.

conchȳliārius, -ī *m.* GLOSS. III 309, 8 πορφυρεύς. CORP. III 2115 (*Salonae*) magister conquiliarius.

conchȳliātus, -a, -um [*a* conchylium. *Th.*]. *conchylii colore tinctus*: CIC. Phil. 2, 67 -is . . . peristromatis. PETRON. 38 -um aut coccineum tomentum. 54 alba potius quam -a . . . lana (PLIN. med. 1, 6 *ubi* conquiliata, conchiliata *codd.*; *cf. l. 49*). PLIN. nat. 9, 138 veste. *cf.* 1, 9, 64 SVET. Iul. 43. HEGES. 4, 25 l. 19 sub -is chlamydibus (βεβαμμένων χλανίδων). SIDON. epist. 1, 2, 6 modo -a . . . supellex, modo byssina. 2, 13, 6 muricis Tyrii seu Tarentini -o . . . indutu. *subst.* conchyliata (*sc. vestis*): SEN. epist. 62, 3 et relictis -is cum illo seminudo loquor.

conchȳ(lio)legulus, -ī *m. conchyliorum collector*. COD. Theod. 10, 20, 5 (*a. 371*) si quis uxorem de familiis conchylegulorum acceperit. 13, 1, 9 (*a. 372*) conchylioleguli seu ex aliquolibet corpore mercatores. 10, 20, 17. COD. Iust. 11, 8 (7), 15 (*a. 427*) patre conchyliolegulo geniti.

conchȳlium, -i *n. a gr.* κογχύλιον. *in libris* conchyl- *et* conc(h)il- *saepius confunduntur*. conquilium GLOSS. V 350, 22. ISID. orig. 12, 6, 50 murex cochlea est maris . . ., quae alio nomine conchilium nominatur, propter quod circumcisa ferro lacrimas purpurei coloris emittat, ex quibus purpura tingitur: et inde ostrum appellatum, quod haec tinctura ex testae humore elicitur. 19, 28, 2 conchylium dictum, eo quod ex conchulis marinis color eius colligitur. 19, 28, 4. GLOSS. II 102, 33 cocnilia κοχλιος (*cod. c* κοχλίας). III 356, 11 conciliae λανδες (λεπάδες *Vulc.*).

1 *generatim*: VARRO ling. 5, 77 in -is aliquā *vocabula* ex Graecis ut peloris, ostrea, echinus. CIC. Pis. 67 exstructa mensa non -is aut piscibus, sed multa carne subrancida. div. 2, 33 ostreis . . . et -is omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant pariterque decrescant (HOR. sat. 2, 4, 30 lubrica nascentes implent -a lunae. STAT. silv. 4, 6, 11 PLIN. nat. 2, 109. 221). HOR. epod. 2, 49 Lucrina . . . -a (PETRON. 119, 35). sat. 2, 8, 27 VAL. MAX. 9, 1, 1 PARIS 8, 8, 1 -a et umbilicos lectitasse (VAL. MAX. 8, 8, 1 conculas). CELS. 2, 18 cochleas itemque -a. 2, 26. 3, 6 SEN. dial. 1, 3, 6. 11, 10, 2 -a ultimi maris . . . eruere. epist. 89, 22. COLVM. 8, 16, 7 *limosa regio* maxime idonea est -is, muricibus et ostreis (8, 16, 8. 8, 17, 9). SCRIB. LARG. 191 PLIN. nat. 3, 60. 6, 80. 8, 193. 223. 9, 37. 52. 65. 86 *polypi* vescuntur -orum carne. 9, 128. 22, 35. 32, 68. 32, 78 parotides . . . -orum ex mulso curantur. 32, 84 MART. 11, 52, 13 TERT. cult. fem. 1, 6. SOL. 9, 9 in latebrosis rupium cavaminibus . . . reduviae -orum resederunt. RVFIN. hist. 4, 15, 4 marinas cochleas, quae -a vocant. THEOD. PRISC. log. 61. APIC. 1, 30 (*tit.*) ciminatum in hostrea et concilia (*sic*). 9, 424 POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 30.

2 *specialiter i. q. purpura et purpureus color*: CIC. Verr. 5, 59 stragulam vestem confecit, nihil nisi -o tinctum. rep. 6, 2 cum palliis -o tinctis. CATVLL. 64, 49 tincta tegit roseo -i purpura fuco. LVCR. 6, 1074 purpureusque colos -i iungitur uno corpore cum lanae (PLIN. nat. 32, 77 -o infecta lana. HIER. epist. 107, 4 MARCELL. med. 9, 73). VITR. 7, 13, 1 *ostrum* excipitur e -o marino, e quo purpura inficitur. 7, 13, 3 *quomodo comparetur ostrum*. SEN. contr. exc. 2, 7 ex omni rupe -um contrahitur, quo vestis cruentetur. SEN. dial. 11, 11, 2 saturatam multo -o purpuram. nat. 1, 3, 12 et purpura eodem -o non in unum modum exit. PLIN. nat. 5, 76 omnis *Tyri orbis* nobilitas -o atque purpura constat. 8, 197 viventium *ovium* vellera purpura; cocco, -o . . . infecta. 9, 105. 9, 127 unde -is pretia, quis virus grave in fuco, color austerus in glauco et irascenti similis mari. 9, 130 *v. p. 27, 58*. 9, 139. 16, 73. 21, 46. 26, 102. 37, 48. 204. QVINT. inst. 1, 2, 6 nondum *infans* prima verba exprimit, iam coccum intellegit, iam -um poscit. SER. SAMM. 798 purpura torretur -i perlita fuco. 1101 -i sanguine tinctum *vellus*. COD. Theod. 10, 20, 12 (*a. 385*) naviculam functioni muricis et legendis -is deputatam. 10, 21, 3 (*a. 424*) *serica* tincta -o. EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 943^{c}. SIDON. epist. 2, 2, 7 abrupta purpurea genuino fucata -o. CASSIOD. var. 1, 2, 2. 4. 7 *de inventis purpuris*. COD. Iust. 1, 23, 6 pr. (*a. 477*) cocti muricis et triti -ii ardore. PLIN. nat. 9, 124 -a et purpuras omnis hora atterit. SVET. Cal. 17 fascias (fasces *codd.*) purpurae ac -ii distribuit. TERT. pall. 3 de cataclistis, immo omni -o pressior qua colla florent. SIDON. carm. 15, 129 spirat -a sandix. *i. q. vestis conchylio tincta*: PLIN. nat. 22, 3 ut sileamus . . . grani coccum imperatoriis dicatum paludamentis, transalpina Gallia herbis Tyria atque -a tinguit. IVV. 3, 81 *Graeculorum* non fugiam -a (SCHOL. vestem fucatam). 8, 101 Spartana chlamys, -a Coa.

herba: PLIN. nat. 22, 82 et iasine (*sic Salmasius*, lasine *codd.*) olus silvestre habetur, in terra repens, cum lacte multo, florem fert candidum; -um vocant (concy- *codd.*). *ibid. plura*. *Spelthahn.*

concibo, -āvī, -āre *a* con *et* cibare. DIDASC. apost. 42, 23 conversati sumus cum eo et concibavimus.

concibo, -ōnis *m. a* concibare *fictum voc. sermonis castrensis pro* contubernalis. CORP. VIII 9060 concibones f(ecerunt). *cf.* concivis.

concibus, -ī *m. a* concibare. GLOSS. σύνσιτος, σύντροφος. *L.*

concicla *et* **-ātus** *v.* conchicula.

concidentia, -ae *f. ab* concidere. *figura*: PRISC. gramm. III 183, 23 concidentiam, quam συνέμπτωσιν Graeci vocant.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

concīdes *v.* concaedes.

? **concīditio,** -ōnis *f. a* concīdere. PS. AMBR. serm. Sessor. 1, 5 non ruina tectorum, non conciditio (condicio *cd. Mign.*) languentium ac morientium proximorum sollicitudo discruciat.

✖**concido,** -idī, -ere [*a* con *et* cadere. *Th.*]. concado: *v. p. 33, 55.* GLOSS. καταπίπτω. concado concido: συμπίπτω. concidit: ex utraque parte cadit. concidere: incidere (*de Cassiano. cf. infra l. 51 et p. 32, 38*). concadent πεσοῦνται. concidit: simul cecidit, ruinam fecit vel discerpit (*i. concīdit*). cecidit. conciderunt: ruerunt. conciderat: acciderat. ad terras concidit: pronus ruit. V 495, 23 concido: praecido (*i. concīdo?*) vel muto vultus. PROB. app. gramm. IV 203, 31 concidit correpte: 'cecidit' ..., producte: 'scidit' (ISID. diff. 1, 119 *per ĭ* 'cecidisse' ... *per ī* 'separasse'). DIFF. ed. Beck p. 43, 7 'cadere' est in vestigio, 'decidere' ex alto, 'concidere' simul cadere (*cf. p. 33, 7*). *legitur ex coni. Buecheleri* TRAG. inc. 44; *corruptum videtur* BELL. Hisp. 23, 5 concidentis temporis. *cf.* consido.

I *de* ***animantibus*****:** **1** ***proprie*** (*ex statu suo vel in vestigio suo cadere, procidere*): ***generatim***: PLAVT. Amph. 1063 ut valide tonuit! ubi quisque institerat, -it crepitu (*cf.* SEN. nat. 2, 27, 3). Epid. 200 paene in cursu -i. Rud. 173 desiluit haec ... in terram e scapha: ut prae timore in genua in undas -it. CIC. Verr. 6, 140 plagis confectum ... civem Romanum ... -isse. 6, 142. Brut. 43 *Themistoclem sanguine* poto mortuum (VAL. MAX. 5, 6 ext. 3). div. 1, 77. 2, 67. 74 (*de moriente*). LVCR. 3, 157 ex animi terrore. 3, 489 vi morbi ... ut fulminis ictu. 5, 1333 iumenta *apri ictu* ... -ere atque gravi terram consternere casu. 6, 758. 793 CAES. Gall. 5, 44, 11. 6, 27, 2 neque *alces*, si quo adflictae casu -erunt, erigere sese ac sublevare possunt. 6, 27, 5 BELL. Afr. 88, 4. SALL. Iug. 101, 11 equi atque viri adflicti ... niti modo ac statim -ere. VERG. georg. 3, 516 Aen. 2, 532. 5, 333 *cursor* vestigia ... haud tenuit ..., sed pronus in ipso *solo* -it. 5, 448 gravis ... ad terram. PROP. 1, 3, 5 Edonis fessa choreis ... in herboso -it Apidano. OV. met. 5, 77 lapsi (*pugnantes*). 7, 538 *al.* LIV. 10, 29, 7 ut ... integris corporibus attoniti -rent. 33, 2, 2 *al.* VITR. 8, 3, 17. VAL. MAX. 4, 6, 4 exanimis. 9, 12, 6. CELS. 2, 8 p. 49 ex inproviso *in morbo comitiali* (3, 23 *saepius*). 5, 21, 6 *al.* PHAEDR. 5, 7, 7 casu gravi. app. 6, 16 SEN. Oed. 143. COLVM. 7, 7, 1 capellae ... subito -unt, velut aliqua ruina ... prosternantur. 7, 10, 1 PETRON. 22, 5 PLIN. nat. 8, 34 STAT. Theb. 11, 573. 6, 185 (*BM; aliter P*) QVINT. inst. 4, 2, 54 *al.* PLIN. epist. 3, 14, 6 *al.* SVET. Tib. 73 *al.* ALF. dig. 9, 2, 52, 2 mulae ... lapsae. APVL. met. 9, 37 exanimatus adulescens ... terrae. apol. 45 AMM. 17, 4, 4 *al.* PELAGON. 204 *al.* HIL. trin. 6, 24 consternata ad metum Petri et Iacobi ... fides -it (*in transfiguratione Christi, cf.* VVLG. Matth. 17, 6 ceciderunt in faciem suam). ITALA iud. 13, 20 (Lugd.) in faciem suam super terram (VVLG. proni ceciderunt in t.). VVLG. num. 22, 27. II Macc. 3, 27 in terram. IV Esdr. 13, 11 super multitudinem in impetu. DRAC. Orest. 787 Romul. 10, 315.
in imagine: LIV. 24, 8, 17 inponi cervicibus tuis onus, sub quo -as. VVLG. prov. 28, 18 qui perversis graditur viis, -et semel. HIER. epist. 2 labebunt gressus et in ipso conamine vestigia -ent assurgentis. *i. q. incido* (GLOSS. *cf. supra l. 7*): CAEL. AVR. chron. 1, 5, 150 ut nunc speluncas timeant *alienati*, nunc lacunas, ne in easdem -ant. *sim.* SIDON. carm. 5, 311 in vestram plus -it ille ruinam. *de hostiis*: LVCR. 1, 99 *Iphianassa* hostia -ret mactatu maesta parentis. 2, 353 vitulus ... propter mactatus -it aras. TIB. 1, 2, 62 OV. epist. 6, 76 *al.* SEN. Thy. 146 victima (*Pelops, cf.* OCTAVIA 145). dial. 1, 6, 8. *de feris*: OV. epist. 4, 94 -erant illo percutiente ferae. *sim.* MANIL. 5, 617 monstrum (*a Perseo interfectum*). *de iis qui in pugna, latrocinio sim. percussi cadunt, opprimuntur* (*interdum prorsus i. q. interfici; phrases transl. v. infra*): ENN. ann. 415 -it et sonitum simul insuper arma dedere (MACR. sat. 6, 1, 24 *comparat versum* VERG. Aen. 10, 488 corruit in vulnus *eqs.*). RHET. Her. 4, 55, 68 percutit tempus. ille ... -it tacitus. VARRO rust. 1, 69, 2 percussum cultello -isse. CIC. carm. frg. 24, 2. Phil. 14, 31 quarta *legio* ... desiderat neminem: ex Martia nonnulli in ipsa victoria -erunt (*ibid.* pugnantes occiderint). Tusc. 1, 89. 3, 66 vulneribus. CAES. Gall. 6, 40, 7. 7, 25, 2. 7, 50, 6. 7, 62, 4. BELL. Hisp. 23, 3 multitudine telorum. 31, 3. SALL. Catil. 61, 3 adversis volneribus. NEP. Pelop. 5, 4 Epam. 9, 1 Ages. 5, 2 Dat. 9, 5 PROP. 4, 1^{b}, 96 OV. am. 3, 2, 15 met. 5, 117 ARBON. carm. frg. 2. SEN. Herc. O. 164 vulnere. LVCAN. 2, 197 flos Hesperiae, Latii ... iuventus. VAL. FL. 3, 203. 4, 123 SIL. 1, 307. 2, 142 saxo. 4, 621 *al.* HOMER. 366 *al.* QVINT. inst. 6, 2, 31. TAC. hist. 3, 85 *Vitellius* ingestis vulneribus. SVET. Claud. 34 FLOR. epit. 3, 3, 17 *al.* PORPH. Hor. sat. 1, 7, 19. *nota* ANTH. 462, 35 in fratrem fraterno -it ense. PANEG. 10, 17 Franci ... sub armis tuis. 10, 28 AMM. 21, 3, 3 *al.* PRVD. psych. 537. HIER. epist. 7, 1 Hannibalis agmina *apud Nolam*. 60, 5 VVLG. Ios. 8, 25 *al.* DRAC. Romul. 9, 72. *sim.* OV. epist. 7, 196 (= fast. 3, 550) ipsa sua Dido -it usa manu. SEN. Tro. 1167 -it virgo ac puer (*Polyxena, Astyanax*). Med. 655 Mopsus. CLAVD. carm. min. 30, 156 Lucretia. *generaliter de quovis mortis genere*: SEN. dial. 6, 11, 4 numquid ... ut -at *homo*, magni res molimenti est? CARM. epigr. 219, 20 morte propera -it. 1003, 2. 1294, 2. *hyperbolice, ut videtur, de iis qui nimio metu, terrore, similibus animi motibus franguntur* (*cf.* mente concidere *etc. l. 19 sqq.*): RHET. Her. 2, 5, 8 adversarium ... erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, -isse, pollicitum esse aliquid. CIC. Catil. 2, 5 quibus ego ... si edictum praetoris ostendero, -ent. har. resp. 2 vaecors ... sine voce constitit: deinde respexit et simul atque Cn. Lentulum ... aspexit, -it in curiae paene limine recordatione ... Gabinii ... desiderioque Pisonis. Pis. 88 cum tu ..., quod tibi succederetur ..., exsanguis et mortuus -isti. Planc. 65 -i paene. Phil. 2, 107. 5, 23. Att. 1, 16, 5 iudicum vocibus ... fractus reus et una patroni omnes -erunt. 1, 16, 10 SEN. contr. 7, 1, 20. SEN. dial. 6, 20, 2 *mors* efficit, ut non -am adversus minas casuum, ut servare animum ... possim. QVINT. inst. 12, 5, 4 moveamur ..., non -amus (*in dicendo*). PLIN. epist. 7, 17, 10 *in agendo* si prima quaeque inprobari putas, debilitaris et -is. PANEG. 7, 21 velut attoniti -erunt. HIL. epist. ad fil. 3 SVLP. SEV. epist. 2, 6. *similiter de infirmis*: OV. epist. 20, 215 -imus macie (*cf.* 20, 15 gracilem). CELS. 3, 15 p. 96 etiam febre liberatus vix refectioni valebit: adeo, si febris saepius accesserit, -et. *cf.* VVLG. I Macc. 6, 10 recessit somnus ab oculis meis et -i et corrui corde prae sollicitudine (*rex aeger*). *nota* CIC. Phil. 3, 24 adlato nuntio ... mente -it. HIRT. Gall. 8, 19, 6 hostes -unt animis atque ... fugam quaerunt. VVLG. II Esdr. 6, 16 factum est ..., ut timerent ... gentes ... et -rent intra semetipsos. animus concidit: *v. II 2.*

2 ***translate*****:** **a** *de singulis* (*de amissione potentiae, auctoritatis, de damnatione etc.*): CIC. p. red. in sen. 9 nec eguissem medicina consulari, nisi consulari vulnere -issem (*in exilium pulsus*). 17 non tribunicio, sed consulari ictu. dom. 63 Sest. 44. 12 *de Catilina*. prov. 16 hac una plaga ..., ignominia senatus. Sest. 140 indignissime *L. Opimius*. Planc. 90 impiorum ferro ac manu. Phil. 2, 24 res p. staret, tu tuis flagitiis, egestate, infamia ... -isses. Att. 1, 16, 9 una plaga ... patres conscripti (*ibid.* deficerent). 3, 10, 2 ex amplo statu, ... in bona causa. 7, 25 *al.* ad Q. fr. 3, 5, 5. NEP. Phoc. 2, 4 uno crimine. CVLEX 326 dolis Ithaci virtus *Aiacis* ... icta. VAL. MAX. 7, 6, 1. 8, 1 damn. 6 populi iudicio. SEN. Tro. 867 mea ... fraude. dial. 6, 20, 5. 12, 15, 1 una ... ruina. TAC. ann. 14, 12 *Silana* inimicitiis *Agrippinae*. 16, 21 Cossutianus ... auctoritate *Thraseae* (*sc. in iudicio*. 16, 29). CLAVD. 23, 21 Stilicho, quo -it alter Hannibal. 28, 284 non funditus armis -eram. mente concidere *et similia v. l. 19 sqq.*
incidere in *aliquid*: SOL. 26, 6 matres in somnum ita -unt, ut nec vulneribus excitari queant (PLIN. nat. 8, 127 gravi somno premuntur). CASSIAN. inst. 5, 29 *al.* CASSIAN. conl. 2, 16, 2 in gulae ... desideria. 3, 5, 2 in teporem noxium ac ... mortis barathrum.
b *de familiis, civitatibus, nationibus* (*interire, debilitari*): CIC. Mil. 19 si unus ille (*Pompeius*) occidisset, non haec solum civitas, sed gentes omnes -issent. div. 1, 75 *victoria Lysandri* Athenienses. OV. met. 15, 422 illas adsumere robora gentes, -ere has. LIV. 30, 44, 7 illo ... vulnere -imus (*Carthaginienses*). TAC. hist. 4, 57 *Haedui* proeliis. 4, 17 *Galliae* suismet viribus. SIDON. carm. 5, 584 populatibus, igni. RHET. Her. 4, 39, 51 domus huius indigna -et calamitate (HOR. carm. 3, 16, 11 SEN. Herc. O. 221 VVLG. I par. 10, 6). CIC. dom. 96 rem ... p. -ere unius discessu quam omnium interitu occidere malui. Sest. 25 *patria*. Flacc. 16 *Graecia* libertate immoderata (*cf.* ANTH. 447, 2). rep. 1, 64 unius iniustitia ... genus illud totum reipublicae. div. 1, 121 quo ostento regnum patris et domum funditus -isse. VERG. catal. 3, 6 cetera *mundi* ... *Alexandri* cuspide -erant. Aen. 11, 245 *Diomedis manu* -it Ilia tellus (OV. trist. 2, 317 Argolicis ... armis ... Troia. ANTH. 431, 8 Achilleis ... lacertis). SEN. contr. 10, 5, 25 per proditores Olynthos. VELL. 1, 7, 4 urbem crevisse, floruisse, -isse, resurrexisse (*cf.* SVLP. SEV. chron. 2, 15, 7). 1, 13, 1 Carthago. SEN. Med. 879 regni status. Ag. 865. dial. 12, 14, 5 familiae *Pauli* ... -entis *morte filiorum*. PLIN. nat. 11, 270 regnum. SIL. 8, 335 Roma (*sc. Varrone consule*). TAC. hist. 5, 11 Hierosolyma. ann. 3, 4 *respublica*. VVLG. Is. 3, 8 ruit ... Ierusalem et Iudas -it. *nota* AVG. civ. 3, 14 p. 113 *Syracusae* sub manus *Marcelli*.

II *de* ***rebus*****:** **1** ***corporalibus***: *concidunt aedificia, statuae, arbores, sim.* (*cf. sub I 2 b*): RHET. Her. 4, 8, 12 urbs acerbissimo -at incendio conflagrata (CIC. Catil. 4, 11. PANEG. 11, 9 urbs ... in ruinas). CIC. carm. frg. 3, 40 (div. 2, 45) species ex aere vetus ... Nattae -it (*sc. ictu fulminis*). 3, 46 Martia *lupa* ... fulminis ictu -it atque avolsa pedum vestigia liquit (div. 2, 45. SVET. Nero 46 Lares. VOPISC. Tac. 17, 4). de orat. 2, 353 conclave. CAES. Gall. 3, 14, 7 *funibus* abscisis antemnae ... -bant. civ. 2, 11, 4 ruina pars ... turris -it, pars ... consequens procumbebat. 2, 12, 4. VERG. Aen. 5, 448 radicibus eruta pinus (PHAEDR. 4, 7, 7 bipinni. SVLP. SEV. Mart. 13, 8). OV. Pont. 1, 9, 14 domus ingenti ... lapsa ruina ... in domini ... caput. VITR. 2, 9, 16 moles. SEN. Herc. f. 998 Cyclopia eversa manibus saxa nostris. SEN. benef. 5, 19, 1 (*ex coni.*). nat. 6, 9, 3 agitata fastigia. OCTAVIA 831 tecta flammis. TAC. ann. 14, 6 navis *Agrippinae* summa sui parte veluti terrestre machinamentum. SVET. Tib. 74 turris. ALF. dig. 39, 2, 43 pr. *aedificium* per se. CAPITOL. Ant. 9, 1 oppida *terrae motu*. HIL. myst. p. 26, 20 Hierico ... ad vocem tubae (VVLG. Ios. 6, 5 corruere). AMM. 17, 7, 4. 22, 9, 4 moenia ... in favillas ... -isse (-sedisse *codd.*). 23, 4, 8 in rimas (ruinas *Petschenig*) ... structurae laxatae murorum. 24, 4, 30 in pulverem ... et ruinas (31, 8, 8). HIER. in Is. 23, 13 p. 325 in ruinas. VVLG. Is. 25, 12 RVFIN. hist. mon. 7 p. 412^{B}.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CLAVD. 7, 92 spes inrita valli -it et scopulis patuerunt claustra revulsis. SVLP. SEV. chron. 1, 22, 4 DRAC. Romul. 8, 74. *similiter de mundo*: CIC. rep. 3, 34 si omnis hic mundus intereat et -at. 6, 27 caelum. SEN. Herc. O. 1112 benef. 6, 22, 1. *venti, ignis, aqua*: HOR. carm. 1, 12, 30 -unt venti fugiuntque nubes (*cf. Theocrit. 22, 19* ἀπολήγουσ' ἄνεμοι). QVINT. inst. 5, 13, 12 flamma. HIL. Macc. 138. *nota* LVCAN. 5, 602 dubium pendet, vento cui -at, aequor (*i. cum utro vento, borea an coro, cadat*). *corpus, corporis partes* (*cf. p. 31, 50*): LVCR. 3, 585 mutatum putre ruina -erit corpus (VVLG. Is. 14, 11 -it cadaver tuum). CELS. 3, 5 p. 84 si protinus venae -erunt *in accessione*. 3, 6 p. 85. 7, 7, 9 si ea (*cartilago*) incisa est, palpebra -it, neque attolli postea potest. HIER. epist. 147, 6 caligaverunt oculi, lingua torpuit, -erunt bracchia *eqs.* VVLG. gen. 4, 5 iratus ... est Cain ... et -it vultus eius (Iudith 6, 5). Ezech. 30, 25 confortabo brachia regis Babylonis et brachia Pharaonis -ent. VINDIC. med. 24 viae *corporis* (*opp.* dilatatae *sunt*). 25 *semen* in vasculis. CAEL. AVR. acut. 1, 14, 109 pulsus. 2, 3, 17 manus. chron. 1, 4, 75 dentes. FORTVN. rhet. 3, 17 p. 131, 10 ne *vox* a clamore subito concidat (considat *al.*; *opp.* ne ... in clamorem ... prorumpat).

2 *de incorporalibus* (*cf. sub I 2 b*): *concidit animus*: TRAG. inc. 95 simul animus ⟨cum⟩ re -it (*Bern.*²; rem condidit *rell.*). CIC. dom. 135 pontifici ... mentem debilitatam metu -isse. div. 2, 119 contrahi ... animum ... et quasi labi putat atque -ere: id ipsum esse dormire. VVLG. I reg. 17, 32 non -at cor cuiusquam in eo (*Goliath*). *cf. p. 32, 19 sqq.* *malum*: CIC. Q. Rosc. 17 ut ignis in aquam coniectus ... restinguitur ..., sic refervens falsum crimen in purissimam vitam collatum statim -it et extinguitur. LIV. 28, 26, 14 ferocia. LVCAN. 4, 188 civilis Erinys. TAC. hist. 2, 57 bellum. PANEG. 5, 18 vis nauticae rebellionis in vestigiis suis. CLAVD. 19, 19 dementia. *commoda*: *potentia*: CIC. Verr. 3, 3 opes Karthaginis ... -issent. Catil. 3, 16 omnes Catilinae copias ... spes ... opes ... -isse. dom. 38 tribunatum. Pis. 79 quae ipse gesserat. orat. 148. NEP. Pelop. 2, 4 *Spartanorum* imperii maiestas ... Leuctrica pugna. TAC. ann. 12, 13 PANEG. 4, 18. *artes, virtutes*: CIC. ac. 2, 146 artificia. Att. 1, 16, 7 religio ... pudicitia ... fides ... senatus auctoritas. LVCR. 4, 507 ratio ruat omnis, vita quoque ipsa -at extemplo. OV. Pont. 4, 6, 14 morte tua ... auxilium. SEN. contr. 1, 8, 3 tantam virtutem sine successore concidere (-cedere *codd.*). SEN. dial. 6, 12, 4 divina. VVLG. sap. 3, 15 quae non -at, radix sapientiae (ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα). CLAVD. 15, 269 Pellaeo libertas ... auro. *pretia rerum, fides debitorum*: CIC. Verr. 5, 12 praeclara nomina artificum ... Verris aestimatione sic -isse (*i. pretia vilia facta esse*). Manil. 19 cum in Asia res magnas permulti amiserant, ... Romae solutione impedita fidem -isse (*cf. ibid.* ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefacta motu -ant). COD. Theod. 14, 4, 5 *a. 389* suariorum vires ea -isse occasione ..., quod fundi eorum ... donatione transcripta sunt. *sim.* COD. Theod. 8, 12, 8, 1 *a. 415* curatores ... ab huiuscemodi negotio temperare debebunt, ne tanta res eorum -at vilitate.

III ***technice:*** **1** *in grammatica*: PRISC. gramm. III 159, 3 ne -ant *genetivi primitivorum genetivis derivativorum*. *hinc n. subst.* concidentia, -um PRISC. gramm. III 4, 17 in omnibus concidentibus (*velut* amator *subst. et* amator *imper. pass.*). **2** *apud gromaticos*: GROM. p. 317, 3 ab orientali parte limes in proximum -et. 318, 17 proxime -ens de sinistris partibus. *cf.* p. 322, 21.

forma **concado**. **1** *i. q. simul cado*: SEN. nat. 6, 1, 9 nihil ... interest ... solus in illud profundum an cum magno comitatu populorum -entium ferar. **2** *i. q. concido*: CAEL. AVR. acut. 2, 10, 77 dentium -ente iunctione. diaet. pass. 42 virium -ente substantia. CASS. FEL. 51 p. 132 pulsus -it. GLOSS. *v. p. 31, 6 sqq.*

synonyma: debilitari, deficere, labi, occumbere (SIL. 12, 645), procumbere (*adde* OV. Pont. 1, 9, 14), prosterni, ruere. *opposita*: adsumere robur, attolli, se erigere, se sublevare, resurgere (*adde* PANEG. 4, 18), stare (*transl.* CIC. Att. 10, 8, 6). occidere (CIC. dom. 96).

derivatum: concasus, concidentia.

✖**concīdo,** -īdī, -īsum, -īdere [*a* con *et* caedere. *Th.*]. CIC. orat. 159 concisum, non concaesum. GLOSS. συντέμνω, συγκόπτω, κατακόπτω, διακόπτω, praecido. concidit: battuit, cancellat. concisum: laceratum. PROB. app. gramm. IV 203, 31 *et* ISID. diff. 1, 119 *v.* concido *p. 31, 11*. *de significationibus cf.* conscindo.

I ***aliquid:*** **1** *proprie* (*manibus, armis, sim.*): *carnes, sim.*: PLAVT. Amph. 85 eius ornamenta et corium uti -rent. CIC. Flacc. 73 manus quas contudit, digitos quos confregit, nervos quos -it. CELS. 2, 11 p. 55 scalpello *cutem* (5, 26, 32 ulcus. 6, 18, 2). 5, 26, 34 quidquid aridum est ... usque sanum corpus -ere. 7, 7, 14 *suffusionem oculorum* acu. 7, 29 p. 318 ut ... *infans* -sus eximi debeat *ex utero matris* (*opp.* solidus). COLVM. 12, 55, 4 *carnem* in libraria frusta. PETRON. 59, 7 Aiax stricto ... gladio, tanquam insaniret, -dit *vitulum elixum*. 121, 120 pallida Tisiphone, -sa (-scissa *al.*) ... vulnera mande. 141 si corpus ... in partes -erint. IVV. 4, 130 *rhombum*. APVL. met. 2, 7 isicium fartim -sum. AMM. 25, 3, 5 beluarum suffragines ... et dorsa. LAMPR. Heliog. 10, 5 *v. p. 35, 52*. HYG. astr. 2, 4 p. 34, 12 Lycaon *filium* ... cum alia carne. VVLG. exod. 29, 17 -sas carnes *arietis*. lev. 1, 6 artus in frusta. 8, 20 *al.* AVG. civ. 22, 8 p. 574 coquus ... piscem. OROS. hist. 4, 20, 35 -sis visceribus. TAB. devot. Audollent 287ᵃ ner⟨v⟩a illis (*equis?*) -as. CORP. XIII 10027, 149 (*in fibula*) capud Gorg⟨o⟩nis Perseus -era(t). *tropologice*: LVCIF. non parc. 14 morsibus serpentis -sum cor tuum. *holera, fruges, sim.* (*maxime in culina*): CATO agr. 119 -ito ipsas (*oleas*). 123 de iunipiro materiem semipedem crassam -ito minutim. 157, 7 *brassicam crudam* si edes -sam. POMPON. Atell. 50 far. VARRO rust. 3, 10, 6 *anseribus* obiciunt ... herbam ... teneram aliquam -sam. CELS. 4, 29 p. 156 mixtus capparis cortex -sus. COLVM. 6, 4, 3. 6, 10, 1. 8, 11, 14 *al.* 12, 9, 1. 12, 22, 2 haec minute (12, 48, 4 *al.*). 12, 59, 3 caseum ... minutatim. SCRIB. LARG. 136 *radicem* in minimas particulas. 156 *al.* CALP. ecl. 5, 6 capellas ... lascivo -ere germina morsu. PLIN. nat. 13, 106 bacas ... -sas cum alica ... doliis condi. 15, 18 *al.* 16, 54 flos ... resinae cum multa astula ... -itur ad cribrum minuta. 18, 97 grana. 18, 112 *et saepe*. 25, 117 *radices* -untur in quaternos digitos osseis cultellis. 25, 170 radicem ... -sam in aceto decoctamque. 26, 58 minute. MART. 14, 160 tomentum -sa palus Circense vocatur (PELAGON. 204 *harundinem* in partes). ITALA Marc. 11, 8 (cod. k) alii ... frondia -ebant de arboribus (κόψαντες; VVLG. caedebant). VVLG. IV reg. 4, 39 -it *colocynthidas* in ollam pulmenti. AVG. c. Faust. 6, 4 p. 288, 21 fructum ... nec ... -unt aut coquunt. p. 289, 5. APIC. 116 -si capparis minuti (*sic libri*). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 20 herbam ... in breves particulas. 4, 7, 104 *al.* 4, 8, 127 chamaeleae -sae atque contritae.

ligna: CATO agr. 37, 3 sarmenta *vitis* .. -ito minute. OV. fast. 2, 647 ligna senex minuit -saque construit arte. FEST. p. 262, 17 ruta caesa dicuntur, quae venditor possessionis sui usus gratia -it. VLP. dig. 32, 55 pr. lignum (32, 55, 2 minutatim). 32, 55, 2 arbores. ITALA iud. 9, 48 (Lugd.) sarcinam lignorum (ἔκοψε; VVLG. praecidit). VVLG. gen. 22, 3 I reg. 6, 14. LEX Sal. 34 add. 1 sepem. *hinc tropologice*: OPTAT. 1, 10 p. 12, 15 scismaticos a vite velut sarmenta esse -sos (*i. abscisos?*). 2, 9 p. 45, 4 vos esse fractos ramos ab arbore, vos esse abscisos palmites a vite, vos rivum -sum a fonte. *ibid.* 45, 6 potest ... arbor a ramo -i. *cf.* 6, 3 p. 147, 16 a qua (*ecclesia*) vos -sos esse (p. 148, 4). *lapides, metallum*: IVV. 14, 291 (*de nummis*) -sum argentum in titulos faciesque minutas. FLOR. epit. 4, 10, 10 argentum dolabris. *sim.* VVLG. IV reg. 24, 13 *al.* INSCR. christ. Rossi II 89, 42, 1 *in adnot.* PETRON. 123 vers. 192 paulo ante lues iam -enda iacebat (*sc. glacies facta*). HERM. Pal. vis. 3, 6, 1 -sos ... et longe proiectos *lapides* (κατακοπτομένους). *varias res, maxime arte factas*: LIV. 38, 39, 2 naves *regias* ... -ret cremaretque. 38, 39, 3. VAL. MAX. 1, 8, 9 *Pompeius* -sae scaphae lignis conburebatur. SVET. Claud. 16 essedum argenteum. PAVL. dig. 18, 6, 13 lectos. VIR. ill. 72, 6 sellam (73, 2). VVLG. Mich. 1, 7 sculptilia. Ezech. 5, 2 -ite aratra vestra in gladios. APVL. met. 3, 14 lorus ... prius a me -sus atque laceratus interibit ipse quam tuam ... contingat cutem. VLP. dig. 28, 4, 1, 3 si quidem illud (*testamentum*) -it ('*scrib.* conscidit; *σχίσῃ Graec.' Kuebler*). OPTAT. 7, 1 p. 162, 9 *librum* -sum minutatim ignibus imponebat. *ibid.* p. 163, 3 post legem a Moyse fractam ... et -sam et incensam ante tempora christiana. OPTAT. 6, 1 p. 144, 14 cur -istis precibus viam (*i. altaria confregistis*)? AMM. 26, 8, 10 catenam fortius bipenni -ens ita confregit, ut disiecta patefaceret aditum. AVG. civ. 15, 9 p. 75 *dentem* minutatim.

subi. res: PLIN. nat. 19, 11 Cumanae plagae -unt apro saetas. *terram, solum etc.*: CATO agr. 44 qua locus ferax non erit, id (*sc. oletum*) plus ('*quam in loco feraci' Keil*) -ito. 128 terram cretosam *rutro*. VERG. georg. 2, 260 magnos scrobibus -ere montes (*i. colles vinearum*). PS. LACT. mort. pers. 7, 4 *provincias* in frusta. OROS. hist. 2, 6, 4 fluvium per magnas ... fossas. 6, 10, 3 gladiis terram. *aliter* ITALA Dan. 7, 23 (Lucif. non parc. 30) *bestia* manducabit omnem terram et conculcabit eam et -et (VVLG. comminuet; *cf.* VVLG. Zach. 11, 6). AVG. serm. ed. Mai 6, 2. *passive, latente fere subiecto*: CAES. Gall. 3, 9, 4 pedestria esse itinera -sa aestuariis. COLVM. 4, 18, 2 hortulorum descriptio quanto est minoribus modulis -sa. PLIN. nat. 18, 47 umidiorem agrum fossis -i atque siccari. PLIN. epist. 5, 6, 16 xystus in plurimas species distinctus -susque (-sus distinctusque *Stangl*) buxo. IVST. 2, 1, 20 *Aegyptus* tot fossis -sa. HIER. in Is. 11, 6 p. 165 Nilus ... in ... rivos divisus est atque -sus (*ibid.* scissus in rivos). *sim.* PLIN. nat. 16, 184 sono deprehenditur, an torta sit materies nodisque -sa. *de anima tamquam re corporea*: TERT. anim. 14 quae (*anima*) in totum corpus diffusa ... per sensualia variis modis emicet, non tam -sa quam dispensata (*cf.* 53 p. 386, 6). *technice*: GROM. p. 322, 21 casa venientem limitem orientalem -et. *sim.* p. 338, 4. *cf.* concido *p. 33, 52*.

2 *translate*: **a** *generatim*: L. CRASS. or. frg. Cic. de orat. 3, 4 cum omnem auctoritatem universi ordinis ... in conspectu populi R. -eris (*ibid.* non tibi illa sunt caedenda). VVLG. Sirach 28, 18 virtutes populorum -it *bilinguis*. AVG. civ. 6, 10 p. 269, 13 civilem *theologian* non ausus est *reprehendere Varro*, quam iste (*Seneca*) -it. ACT. Petr. 15 ostendetur ... tua pravissima natura et -etur machinatio tua. QVINT. inst. 1 pr. 24 illae artes ... frangunt atque -unt, quidquid est in oratione generosius. 1, 7, 33 *cavillationibus* ingenia -i et comminui. 11, 1, 27 multae erunt *partes orationis* et eam (*memoriam?*) distinguent (distringent?) atque -ent. 12, 1, 7 nihil est ... tot ac tam variis adfectibus -sum atque laceratum quam mala mens. **b** *speciatim in philosophia, rhetorica* (*dicendo vel cogitando dirimere, lace-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

condēnsātio, -ōnis *f. a* condensare. GLOSS. *συνάφεια*. CAEL. AVR acut. 3, 18, 187 cataplasmatibus ... effecta constrictio atque -o. EVSTATH. Bas. hex. 8, 4 p. 950[A] *thecarum apium* -o artata.

condēnseo, -ēre [*a* con *et* densus; *cf. c.* condensus. *Th.*]. LVCR. 1, 392 quia se condenseat aer.

condēnsitās, -ātis *f. a* condensus. GREG. TVR. glor. conf. 81 inter spinarum condensitatem.

condēnso, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* densus *vel* densare. *Th.*]. GLOSS. calcat, *συνκροτεῖ*, *συνάπτει*; condensantes constipantes, adplicantes; condensati consiti, in unum conlocati, collecti, constipati. *habent* VARRO *semel*, BELL. Afr. *semel; deinde frequentius inde a* COLVM. [*hisp.* condesar. *M.-L.*]

1 *constipare*: VARRO rust. 2, 3, 9 oves quae se congregent ac -ent in locum unum. BELL. Afr. 13, 1 inter eos ... pedites interposuerant et ita -erant, ut. DICT. 2, 2 -atis utrimque frontibus ... concurritur. **2** *calcare, conspissare*: COLVM. 12, 45, 3 usque ad summum labrum vinacea -antur (*syn.* conspissare). 7, 8, 4 *caseus* rursus ponderibus -atur (*antea*: premitur, ut conspissetur). 2, 19, 1 *area* paviculis vel molari lapide -etur. 4, 1, 7 *humus* -ata subsidit (*opp.* soluta laxataque). 1, 6, 12 *horrei* solum terrenum ... velut Signinum opus pilis -atur. FEST. p. 343 navigia quae lino ac sparto -antur, a conserendo et contexendo dicta. *coniungere*: COLVM. 4, 17, 8 pampini iungantur et -ati camerae more ... obumbrent. 2, 17, 6 non sinunt herbarum radices serpere et -ari. *constringere*: CAEL. AVR. chron. 4, 1, 6 unguenta -ant corpora (*syn.* constringunt). PLIN. VAL. 5, 1 omnia, quae -antur habentve poros constrictos, inutilia sunt. *translate*: EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894[A] et saeculares quidem firmum corpus dicunt quasi -atum. 3, 8 p. 899[A] aere ... -ato (*syn.* conglomerare). MAR. VICTORIN. verb. script. 2 tenebras ... in medio orbe -atas. SCHOL. Hor. carm. 2, 3, 10 umbram ... consociare: -are et opacam facere. *nota* EVSTATH. Bas. hex. 7, 2 p. 938[C] pisces acutissima dentium acie -antur (*quasi dicas*: acie densissima armantur).

condēnsus, -a, -um [*cf. c.* condensere, condensare *et c.* densus. *Th.*]. *habent* LVCR. *septies*, BELL. Afr. *semel*, VERG. Aen. *bis*, LIV. *bis*, PLIN. nat. *ter et recentiores.*

1 *confertus, densatus*: GLOSS. condensum: conspissum, spissum, spississimum. VERG. Aen. 2, 517 hic Hecuba et natae ... -ae et divum amplexae simulacra sedebant. VAL. FL. 2, 172. SIL. 13, 599 Harpyiaeque ... omnibus haerent -ae foliis. 14, 634 infundunt ... agmen -ique ruunt (CORIPP. Iust. 3, 209). LIV. 26, 5, 13 -am aciem (CORIPP. Ioh. 4, 640 8, 266). LVCR. 1, 606 agmine -o (CORIPP. Ioh. 2, 165). SIL. 2, 447 -aque cingunt agmina. APVL. met. 11, 22 capreolatim -is apicibus ... lectione munita. PLIN. nat. 10, 202 insidunt ... pardi -a arbore (*cf.* 10, 9 maxime si -a harundo sit). SIL. 1, 364 *Poeni* -is artae testudinis armis subducti. LVCR. 1, 575 quorum *corporum* -o magis omnia conciliatu artari possint (2, 100). 6, 102 neque tam -o corpore nubes esse queunt. 4, 57 corpora ... partim diffusa solute ... et partim contexta magis -aque. CORIPP. Iust. 3, 166 excubitus -us. STAT. Theb. 4, 593 grege -o ... monstrant. CYPR. GALL. Ios. 350 -us dum ruit hostis. num. 640 videt -o in milite regem (CORIPP. Ioh. 4, 295. 1084. 8, 183 *cf.* Iust. 2, 320). IREN. 5, 3, 2 nervi undique -i et continentes membra. CORIPP. Ioh. 8, 513 nimbos. LVCR. 6, 466 uti *nubila* -a queant apparere. PLIN. nat. 11, 101 *locustae* pariunt ... ova -a (*i.* conglutinata). CORIPP. Ioh. 6, 526 phalanges. VERG. Aen. 8, 497 fremunt -ae litore puppes. GREG. TVR. glor. mart. 46 reliquiae tam -ae ... distributa. HIL. in psalm. 57, 5 rhamnus ... plures ex se -asque spinas modo rubi ecfert. LVCR. 5, 486 *ut terra* -a coiret. CORIPP. Ioh. 4, 1009 -is turbis. BELL. Afr. 14, 2 ex -is turmis pedites ... procurrunt. GREG. TVR. vit. patr. 17, 3 inter vepres -as. *nota* AVG. c. epist. fund. 23 *deum* tribus quadris infinitum atque -um, ex ima vero fissum, patentem. NOVELL. Iust. 22, 48, 1 sit ... praesens lex -a undique (*συνειλεγμένος πανταχόθεν*) et complexa sub una continuatione. *accedit ablativus*: BELL. Afr. 50, 1 olivetum vetus crebris arboribus -um. LIV. 25, 39, 1 vallis cava intererat, -a arboribus. HIER. in Ier. 4, 23 Carmelus ... vineis -us.

2 *umbrosus, frondosus*: GLOSS. condensum: frondosum, nemorosum; condensa: *δασεῖα, σύνδενδρος*. ITALA Hab. 3, 3 (Aug. civ. 18, 32 *cf.* HIER. *ad l.*) de monte umbroso et -o (*LXX κατασκίου δασέος*; VVLG. de monte Pharan). VVLG. II reg. 18, 9 subter -am quercum et magnam (*τὸ δάσος τῆς δρυὸς τῆς μεγάλης*). Ezech. 31, 3 inter -as frondes (*παραφυάσι*). 31, 10 summitatem suam virentem atque -am. HIER. in Ezech. 10, 31 p. 370 arbor pulchra ramis et -a frondibus. in Os. 3, 14 p. 161 ero quasi iuniperus -a, ut sub mea umbra

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

requiescat. SOL. 5, 3 *lacus* -us arbustis. CORIPP. Ioh. 4, 300 -is frondibus ornum. 6, 588 -os saltus. Iust. 3, 174 silvam. *cf.* ISID. diff. 1, 42 opacum -um est et umbrosum.

subst. n. **condēnsum,** -ī. GLOSS. δρυμός (*v. l. 11*); condensa: secreta, frondosa silvae. ITALA IV reg. 21, 3 (Didasc. apost. 21, 27) fecit -a (ἄλση; VVLG. lucos). 21, 7 -i (ἄλσους, luci) imaginem. TERT. virg. vel. 17 caput solum plane totum in -um abstrudere (*opp.* in aperto relinquere). AMBR. epist. 63, 67 inter alta et -a montium. Noe 15, 52 -a et opaca eorum *montium*. VVLG. Is. 10, 34 -a saltus (ὑψηλοί). HIER. in Soph. 1 p. 676 crescentes vepres et -a silvarum. *translate*: VVLG. psalm. 28, 9 revelabit -a (δρυμούς; *cf.* EVCHER. form. praef. p. 6, 7 -a scripturarum suarum. 3 p. 18, 1 condensa: opaca vel contecta scripturae divinae). 117, 27 constituite diem solemnem in -is (ἐν τοῖς πυκάζουσιν).

? subst. f. **condēnsa,** -ae. RVRIC. epist. 1, 1 prolatis de condensa scripturarum (*cf. l. 11*) pabulis (*ubi* silva *add. Petschenig*).

condentālis, -e *a* con *et* dentalis. GLOSS. II 439, 45 συγγεγομφωμένος.

condēprecor, -ātus sum, -ārī. *ex* deprecari *formatum ad gr.* συνεύχεσθαι. CANON. Migne 56, 794A ecclesiae sanctae non -antur.

[**condēprehendo**. PS. QVINT. decl. 12, 25 portus onusta classe deprehenderis (condepr- *B*, compr- *Mβδ*)].

condepso, -uī, -ere *a* con *et* depsere. NON. p. 39 condepsere commiscere, a graeco tractum (*inde* GLOSS. V 650, 10). CATO agr. 40, 2 haec una bene -ito (condeposito *cod.*). 76, 2. 76, 3. POMPON. Atell. 86 partem insipui conluxi condepsui.

condēscendibilis, -e. *is qui condescendit.* EPIST. pontif. 620 Migne 59, 15A -em me et optima dispositione revocare posse concordiam.

condēscendo, -ī, -ere. *formatum ad gr.* συγκαταβαίνειν. IREN. 1, 15, 3 qui conseminati sunt cum eo et -erunt (συγκαταβάντων) et coascenderunt. HIL. in psalm. 61, 8 (*opp.* conresurgunt). EPIST. pontif. 620 Migne 59, 15A ad meliora proficiendo -ere, non ad inferiora descendendo deficere (*v. totum locum*). AMBR. Isaac 7, 57 -at ... ad eorum inscientiam qui non intellegant (THEOD. MOPS. in Eph. 4, 26 -ens docet eos modeste). CASSIAN. conl. 17, 20, 3 -isse se et a perfectionis rigore aliquid relaxasse. *cf.* 16, 23. GREG. M. epist. 4, 43. 5, 20 -i ad eum *eligendum* potest. ISID. sent. 3, 49, 3 *debet principatus* nec dominando premere, sed -endo consulere. *c. dat. i. q. subvenire, cedere*: AMBR. Isaac 5, 44 quaerentibus frequenter occurrere et -ere ut eos elevent. EVCHER. instr. 1 p. 84, 6 inferioribus. GREG. M. epist. 5, 40 fratribus. CASSIAN. conl. 2, 13, 7 -ere infirmitatibus laborantum et conpati fragilitati iuniorum (2, 13, 9. 17, 16, 2). 17, 19, 8 utilitatibus aliorum. PAPYR. Marini 2 vestris precibus benigno -entes assensu.

condēscēnsio, -ōnis *f. a* condescendere. HIL. op. hist. frg. 12, 3 ut nec in fide retinenda nec in confutando Ariminensi concilio aliqua videretur -o. FILASTR. 93, 8 humilitas ... et bonitas et -o fragilitatis humanae. RVSTIC. c. aceph. p. 1176B. GREG. M. epist. 1, 25 -is suae patientiam. moral. praef. 7 mentem patientis bene pensare novit -o passionis. NOVELL. Iust. 42 praef. nostrae clementiae -em (*Auth.; alia interpretatio vetus habet* nostram clementiam et condescensum *ex graeco* τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν συγκατάβασιν) quam propter eius salutem habuimus.

condēscēnsōriē. RVSTIC. c. aceph. p. 1176A dispensative et condescensorie propter pacem dictum est a Cyrillo. *ibid.* B.

condēscēnsus, -ūs *m.* NOVELL. Iust. 42 praef. *v. l. 50.*

condēsertor, -ōris *m. a* con *et* desertor. TERT. carn. 1 condiscipulus et condesertor eius.

condēsperātus, -a, -um. *qui una desperat*: LVCIF. non parc. 17 p. 246, 26 angelus dei producens apostolos ex Iudaeorum condesperatorum tuorum carcere.

condētestābilis, -e *a* con *et* detestabilis. LVCIF. non conv. 9 p. 17, 31 sic est de corpore ecclesiae excisus Sabellius, ut est et condetestabilis tuus excisus Arius.

condi *v.* condy.

condiaconus, -ī *m.; cf.* συνδιάκονος. AVG. epist. 101, 4. 110, 1. 149, 1 *etc.* FVLG. RVSP. epist. 12, 14, 1. ITALA Phil. 1, 1 (Theod. Mops. in I Tim. 3, 8) coepiscopis et cumdiaconibus (*CH*, cum diaconis *r*, diaconibus *C ex corr. et* VVLG.). *L.*

condiārium *v.* congiarium.

✖**condicio,** -ōnis *f.* [*cf. c.* condicere, *dicio. Th.*]. GLOSS. αἵρεσις, lex inposita. potestas. statuto (status *v. l.*). qualitas. ingenuitas sive lex in[tem]perata. condicione lege. conditiones διακρίσεων. redinnae (*anglosax.*). *in permultis libris* (*non in* INSCR.) *forma per* t *invenitur, sed scribi per* c *oportere evincunt Corssen, Ausspr. u. Vokal. I² p. 52 et Fleckeisen, 50 Artikel p. 14. cf.* ISID. orig. 5, 24, 29 -es sunt proprie testium et dictae -es a condicendo quasi condictiones. *ibid.* conditiones, quod inter se conveniat sermo testium, quasi condiciones. *aliter* GRAMM. suppl. 298, 3. *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVT., *deest ap.* CATONEM CATVLL. TIB. GRATT. GERM. SEN. trag. ASCON. LVCAN. PERS. CALP. VAL. FL. IVV. FLOR. *singulis tantum locis legitur ap.* VERG. MANIL., *bis* HOR. carm., *saepissime ap.* CIC. LIV. SEN. *philos.* QVINT. TERT. *Icrorum locos attuli tantum gravissimos.*

I *quod proponitur (apud Icros etiam in contrahenda emptione), postulatur* (συνθήκη), *vel* ***pactio, pactum,*** *apud Icros proprie factum futurum, in cuius eventum incertum confertur vis ac potestas negotii* '*Bedingung*'. *cf.* DON. Ter. Andr. 79 est pactio certam legem in se continens. *exemplorum magnam partem invenies sub iuncturis p. 135, 47.* **A *generatim*:** ENN. scen. 344 ⟨s⟩in flaccebunt -es, repudiato et reddito. PLAVT. Bacch. 1041 duae -es sunt. Epid. 79 cum istac -e. Men. 591. Rud. 957 fero ... ei -em hoc pacto. 1030 ecquid -is audes ferre? 1032 refero -em. 1040 quam -em tetulerit. 1407. 1417 -o placet (CIC. Att. 12, 25, 1 Cluent. 155). Capt. 180 meliorem (*condicionem*) adferet, quae mi atque amicis placeat -o magis. Cas. 292. TER. Haut. 326 harum duarum -um nunc utram malis vide. RHET. Her. 4, 24, 34 hostium -em repudiarem (LACT. epit. 47, 4 innocentia nec victorum hostium -em meretur). CIC. Phil. 6, 3 quae vobis potest cum *Antonio* -is, aequitatis, legationis communitas. SALL. or. Macri 13 *otio* frui ... non est -o. CIC. Cluent. 129 supplicii. Catil. 4, 1 consulatus. Att. 5, 11, 5 profectionis. CIC. Sull. 52 manendi. Att. 12, 12, 1 delegandi. HIRT. Gall. 8, 49, 3 parendi. BELL. Alex. 65, 4 provinciae tuendae ac defendendae. LIV. 2, 34, 11 laxandi annonam. 22, 58, 5 paciscendi. 25, 28, 1 dedendae urbis. 31, 17, 2 tradendae urbis. 37, 12, 2. GAIVS dig. 36, 1, 65, 10 nominis ferendi. 35, 1, 18 non faciendi aliquid. PAPIN. dig. 35, 1, 79, 3 alicuius non faciendi (*cf.* VLP. dig. 35, 1, 7 pr. *condiciones* in non faciendo sunt conceptae). CIC. Phil. 2, 37 pacis. 4, 11 *al.* Att. 8, 11d, 7 pacis -es ad te adferri. 8, 12, 2. 11, 25, 3 nec ulla fore -o pacis *videtur*. CAES. civ. 3, 10, 8. 3, 17, 6 (HIRT. Gall. 8, 3, 4 LIV. 8, 5, 4. 24, 30, 1 inter -es pacis. *passim*. VELL. 2, 48, 5 coalescentis ... pacis). Gall. 2, 32, 1 deditionis. LIV. 27, 15, 3. 32, 39, 10 amicitiae. 44, 13, 9. 34, 31, 9 societatis. VAL. MAX. 5, 2, 8 foederis. 6, 3, 6 pugnae. CVRT. 7, 11, 27 deditionis. 9, 8, 12. QVINT. decl. 323 p. 271, 20 dedicationis. *ablat. instrumenti*: condicionibus: CIC. Verr. 4, 138 onerat te bonis -bus. leg. agr. 2, 68. Quinct. 30 -bus hunc quoad potest producit. Att. 8, 11d, 8 ego -bus, ... illi armis disceptari maluerunt. SALL. Iug. 112, 1 posse -bus bellum poni. LIV. 6, 42, 11 -bus sedatae discordiae sunt. 9, 15, 2 populos aut vi subegit aut -bus in societatem accepit. 10, 11, 11 quia -bus perlicere se nequiverint ad societatem. 24, 3, 11 -bus ad deditionem compellere Crotoniatas. 32, 32, 6 partim armis, partim -bus confectum ... bellum. 35, 42, 2 *civitates* neque vi expugnare ... neque -bus in amicitiam perlicere. VELL. 2, 3, 3 discordiae ... civium antea -bus sanari solitae. 2, 50, 1 -bus finire bellum. 2, 108, 2 *finitimos* aut bello domuit aut -bus iuris sui fecit. 2, 25, 1 aequis -bus bellum componere (*cf.* VEG. mil. 3, 18 aequa -e pugnatur). FRONTIN. strat. 1, 5, 19 *Hasdrubal* cavillatus ... -bus dies aliquot extraxit. SVET. Iul. 3 magnis -bus invitaretur. FRONTO p. 208, 15 N. bellum si, vellet, -bus poneret. APVL. Plat. 2, 15 *desideria* animam -bus suis presserint. DICT. 3, 1 dilato -bus ... bello. *nota*: HOR. carm. 1, 1, 12 gaudentem patrios findere sarculo agros Attalicis -bus numquam dimoveas (demoveas *BR*), ut ... secet mare (*parum accurate* PORPH. regiis opibus). condicione: CIC. epist. 6, 2, 2 armis ... -e positis. OV. met. 10, 569 turbam ... procorum -e fugat (HYG. fab. 126 p. 110, 13). LIV. 23, 12, 10 finitum aliqua tolerabili -e bellum. CVRT. 4, 11, 13 regnum occupare ... -e, non bello. MELA 1, 38 ad dirimendum -e bellum. SVET. Iul. 42 qua -e quarta pars fere crediti deperibat. APVL. flor. 18 p. 87 *Protagoran* mercedem nimis uberem -e temeraria pepigisse. apol. 92 molli -e. HIL. in Matth. 10, 21 *condicione* teneremur. PAPIN. dig. 35, 1, 79 pr. purum legatum est, quia non -e, sed mora suspenditur. AVG. civ. 3, 1 *terrae* vel societate coniunctae vel -e subiectae sunt. *nota*: QVINT. decl. 252 p. 30, 1 poterat brevi -e (*t. t.*) decidi, ut diceret *adversarius*. *ablat. modi*: CIC. Verr. 4, 70 his -bus ... decumas venisse. Manil. 67 quibus -bus proficiscantur *homines in provincias* (SALL. hist. frg. 1, 28 bellum quibus posset -bus desineret. LIV. 23, 14, 9. 3, 53, 1. 29, 12, 1). CAES. civ. 1, 26, 4 ut aequis -bus ab armis discedatur (TAC. ann. 2, 46 PLIN. paneg. 11 IVST. 22, 8, 15). 1, 9, 6 haec quo facilius certisque -bus fiant. NEP. Thras. 3, 1 fecit pacem his -bus. LIV. 30, 16, 13 his -bus ... placeatne pax. 32, 36, 4 iis -bus se pacem impetraturum. 34, 40, 4 *saep.* SVET. Aug. 65 lenioribus ... paulo -bus transtulit *Iuliam*. GELL. 4, 18, 3 ut -bus gratiosis et mollibus pax ... fieret. SPART. Hel. 3, 8 secretis -bus. AMM. 14, 10, 10 *pax* iustis -bus petebatur. SVLP. SEV. chron. 1, 44, 4 tam iniustis -bus. CIC. epist. 5, 21, 2 quavis (quamvis *GR*) tota (tuta ς) -e pacem accipere (quavis dura *expectatur*). Quinct. 97 qualibet, dum modo tolerabili -e (CLAVD. 28, 449 qua vellet -e). Phil. 12, 13 si quacumque -e ... venerit (LIV. 9, 9, 11. 10, 13, 3). de orat. 2, 27 ista quidem -e (*sc. ut Antonium verba facere patiare et ipse loquare*) ... me teneres (*cf.* 1, 101; SEN. contr. 1, 1, 9 ⟨ista⟩ -e). CAES. Gall. 7, 77, 15 alia -e bella gesserunt (SVET. Tib. 51). SALL. Iug. 79, 8 eadem -e (LIV. 22, 52, 4. 37, 32, 9 TERT. adv. Marc. 1, 15 INSCR. Dessau 6468, 10 CORP. XIV 2795, 14. VI 10296). CORP. XI 1436 ea ipsa -e. TERT. resurr. 49 substantias quali -e (*i. quo sensu*) exheredaverit apostolus. SERV. Aen. 3, 89 quali -e augurium peracturus sit. CORP. VIII 51 ⟨*aqua*⟩ domibus etiam certa -e concessa. *sequitur* ut, ne, si: RHET. Her. 4, 24, 34 eos videbar ea accepisse -e, ut eos ... conservarem. CIC. dom. 145 Sest. 37. 38 LIV. 5, 32, 5 *et passim*. CIC. Q. Rosc. 38 hac -e, ut. SEN. rem. fort. 2, 1. CIC. Arch. 25 ei praemium tribui, sed (sub *codd.*) ea -e, ne quid postea scriberet. SEN. contr. exc. 5, 1 PLIN. epist. 6, 14, 1 SVET. Tib. 26. CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 4 ea -e daret, si. PETRON. 141 hac -e, si. sub condicione: OV. trist. 1, 2, 109

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sub -e vocati. Liv. 6, 40, 8 sub -e ... nos reficietis decimum tribunos. Qvint. decl. 336 p. 322, 16 sub -e cessi. p. 322, 21 quaecumque sub -e traduntur. Gaivs dig. 46, 1, 70, 1 reo sub -e obligato. inst. 2, 144 sub -e heres institutus est. 2, 172 *al.* Pompon. dig. 46, 4, 4 acceptilatio sub -e fieri non potest. Iavol. dig. 35, 1, 56 res sub -e legata est. 12, 1, 36 *pecuniam* promisisti Attio sub -e. Vlp. dig. 28, 6, 8 pr. (*opp.* pure). *cf. p. 128, 56.* Pavl. Pell. 574 amissa iam proprietate conscripta adstrictus sub -e tenerem. Greg. M. epist. 9, 44 de servanda pace ... sub -e ... . *nota accusativum*: Iavol. dig. 12, 1, 36 sub contrariam -em *obligationem* mihi spopondisti. Pompon. dig. 35, 1, 111 sub *condicionem* data est libertas. Papin. dig. 35, 1, 79, 3. *sequitur* ut, ne, si: Phaedr. 4, 5, 8 matrem fecit heredem senex sub -e, ... ut. Svet. Tib. 44 *tabulam* legatam sibi sub -e, ut. 13 sub -e, ne. Iul. 68 concessam sibi sub -e vitam si. Vit. 6 sub -e si ... exisset. Claud. 24. Sidon. epist. 5, 19, 1 sub -e concedo, si. *additur attributum*: Ov. fast. 4, 320 accipe sub certa -e preces (Sen. contr. 9, 3, 9 *aliquid promittere.* Sen. benef. 7, 12, 4). Liv. 21, 12, 4 sub -bus iis de pace ageret (Papin. dig. 34, 4, 24 pr. *legatum* sub eadem -e transferri. Vlp. dig. 23, 3, 43, 2. Corp. XIV 431, 12 sub eadem condicionem (*sic*) stipulatus est. 2795, 11). Qvint. decl. 343 p. 355, 3 sub -e hac. Gaivs inst. 2, 200 sub aliqua -e liber esse. 3, 98 legatum sub impossibili -e relictum (Vlp. dig. 28, 7, 1). *ibid.* si quis sub ea -e stipuletur, quae existere non potest. Tert. pudic. 18 sub ⟨qua⟩ -e damnasset. Pompon. dig. 28, 5, 27, 2 sub diversis -bus (Florent. dig. 28, 7, 17). Vvlg. lev. 25, 24 sub redemptionis -e vendetur. *sequitur* ut, ne, si: Plin. epist. 4, 13, 10 (ne). 8, 18, 4 (si). Svet. vita Verg. p. 94, 6 sub ea -e, ne. Gaivs dig. 18, 1, 35, 5 quasi sub hac -e, ut. Pavl. dig. 24, 1, 57 sub ea -e, ut (Avson. 423, 5 Avg. civ. 6, 7 Corp. XIV 246 II 24). Inscr. christ. Rossi 1125 (*a. 584*) sub illa ... -em (*sic*), ut hoc ... non bioletur sepulcrum. Cod. Iust. 6, 51, 1, 7 sub -e ... vel casuali vel potestativa vel mixta. cum condicione: Plavt. Epid. 79 abi in malam rem ... cum istac -e. Sen. suas. 7, 11 vitam cum -e promittere. Gaivs inst. 1, 102 *adoptare* cum quibusdam -bus permissum est (Inst. Iust. 1, 11, 3). Pavl. dig. 40, 1, 23 cum ea -e ancillam emptam domino adquisitam, cum qua -e venisse proponeretur. 16, 2, 9, 1 est admittendum ... sed cum -e. Inscr. Röm. Mitt. 1904 p. 148 cum supra dicta -e. *cf.* Cic. Verr. 4, 118. *nota*: Lex Visig. 3, 2, 8 si puella ... ad ... ingenuum venerit in (*i. sub*) ea -e, ut eum sibi maritum adquirat. sine condicione: Qvint. inst. 5, 6, 1 offerre suum *iusiurandum* sine illa -e, ut. Marcell. dig. 35, 1, 47 hereditatem sine -e ei dedit. Avg. civ. 21, 18 factum non est ... quod sine ulla -e praedixit. Vlp. dig. 29, 1, 15, 4 *heredem facere* ex -e. Iavol. dig. 35, 1, 67 cui ex sequenti -e legatum debuerit.

cum praepos. per, in, ad *sim.*: Sall. Iug. 61, 5 per -es ad supplicium traderetur. Liv. 6, 3, 10 *oppidum* non vi captum, sed traditum per -es fuerat. 25, 25, 1 (Tac. hist. 3, 65. Gaivs dig. 40, 7, 31 pr. per eam -em eum iussum esse legatum accipere. Papin. dig. 35, 1, 77, 1 Pompon. dig. 36, 2, 22 pr.). Liv. 29, 12, 14 in has -es cum pax conveniret. 29, 12, 15 ut populus in has -es pacem iuberet. 32, 39, 1 in quam -em *civitatem* accepisset. 42, 62, 3 ut secunda fortuna in -em (-e *V*) honestae pacis uteretur (Pavl. dig. 40, 7, 1, 1 destinatam in tempus vel -em libertatem. 38, 2, 44 Vlp. dig. 29, 1, 15, 4). Svet. Otho 9 quasi ad -em pacis militibus eductis. Pavl. dig. 45, 1, 8 *tota obligatio* ad -em committi videatur. Papin. dig. 8, 1, 4 *servitutes* ad certam -em constitui *non* possunt. Mart. Cap. 4, 328 ambitu multiplici circumactum *hominem* ad -es propositas coartabat (*anguis i. dialectica*). Vlp. dig. 12, 1, 9 ante diem vel -em non potero agere (Inst. Iust. 4, 6, 33^{b} Marcian. dig. 20, 1, 13, 5). Scaev. dig. 34, 3, 26 contra -em faceret. Pavl. dig. 12, 6, 65 pr. propter -em. Marcell. dig. 40, 1, 15 propter mortis causae tacitam -em. Scaev. dig. 5, 3, 58 filius a patre emancipatus secundum -em testamenti. *non raro accedit ad notionem modi, imprimis in huiusmodi exemplis*: Cic. fin. 5, 55 *ut* neque ulla -e quietem ... possit pati *animus* (*cf.* Verr. 2, 137. 5, 16 Flacc. 43 epist. 11, 14, 2). Pollio Cic. epist. 10, 31, 4 perferri litterae nulla -e potuerunt. Bell. Afr. 79, 1 nulla -e cogere adversarios poterat, ut ... descenderent. Hirt. Gall. 8, 40, 1 neque ab oppugnatione recedi ... ulla -e posse. Bell. Hisp. 5, 3 pari idem -e Pompeius facit. 5, 7 si qua -e posset adversarios in aequum locum deducere. *cf. p. 133, 62 sqq. 135, 16. notio dubia*: Lex met. Vipasc. (Corp. II 5181) 18 qui mancipia ... de -e vendiderit (8). *cf. Hübner, Corp. II p. 796.*

B ***speciatim*** *de -e uxoria, de sponsalibus vel nuptiis contrahendis, sive agitur de re uxoria sive de concubinatu* (*cf. Köhm, Altlat. Forschungen [Lips. 1905] p. 22 sq.*): *cf.* Pavl. Fest. p. 62 conventae -o dicebatur, cum primus sermo de nuptiis et earum -e habebatur. Cic. Lael. 34 *amores adulescentum* dirimi ... interdum contentione vel uxoriae -is vel commodi alicuius. *fortasse huc pertinet fabula Atellana Pomponii* Condiciones (Non. p. 507). Plavt. Trin. 488 -em hanc, quam ego fero et quam abs te peto, dare atque accipere ... te volo. Aul. 237 tu -em hanc accipe ... atque eam desponde mi. 476. Mil. 952 tibi -o nova et luculenta fertur (Ter. Phorm. 579 hanc -em si cui tulero extrario). Truc. 849 ut aliam -em filio inveniat suo (Sen. contr. 1, 6, 9 honestam -em nuptiarum inventam). Stich. 138 vos capitis -em ex pessuma primariam. Trin. 455 -em hanc repudies (Iulian. dig. 23, 2, 11 cuius -em ... patrem non repudiaturum). 159 ut eam in se dignam -em conlocem. Aul. 476 narravi ... consilium meum de -e hac (Cic. Att. 6, 4, 2 *Tulliae* de -e ... scripsi. Svet. Claud. 26 de -bus continuo tractaret. Arnob. nat. 4, 20). Cic. Cael. 36 hinc licet -es cotidie legas. Phil. 2, 99 filiam eius ... eiecisti, alia -e quaesita et ante perspecta (Lavd. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 35 tu ipsa di⟨gnam con⟩dicionem quaereres p⟨ara⟩resque. Liv. 3, 45, 11 -em filiae quaerendam esse. Svet. Aug. 69 -es quaesitas per amicos *esse.* Marcian. dig. 23, 2, 19 Arnob. nat. 4, 20). Nep. Att. 12, 1 nullius -is non haberet potestatem. Liv. 3, 48, 8 eamne liberorum procreandorum -em *esse*? 36, 11, 2 invitum *patrem* se gravioris fortunae -i illigantem. Sen. contr. 7, 6, 1 qui (*adv.*) ... aliter -em matris nostrae habere potuisset? 7, 6, 9 fastidiebam iam eas -es. Qvint. decl. 309 p. 216, 21 amiseram puellae optimae -em. Plin. epist. 1, 14, 9 in -bus deligendis 1, 10, 8 *Pompeius* inter altissimas -es generum ... elegit. Svet. Iul. 27 Octaviam ... -em (-e *codd. dett.*) ei detulit. Aug. 63 multis ac diu, etiam ex equestri ordine circumspectis -bus. Galba 5 *Galba* remansit in caelibatu neque sollicitari ulla -e amplius potuit. Apvl. apol. 73 me ad aliam -em reservarem. Gaivs dig. 24, 2, 2, 2 -e tua non utor (*formula dissolvendi sponsalia*). Vlp. dig. 23, 1, 18 plerumque -es interpositis personis expediuntur. 50, 14, 3 -is vel amicitiae ... proxeneta. Capitol. Aur. 19, 7 *Faustinam* -es sibi et nauticas et gladiatorias elegisse. Lampr. Heliog. 8, 6 -es bene vasatorum hominum. *cf.* 5, 3. Ivst. 11, 7, 8 tam pulchra -o prima regni felicitas videbatur. Don. Ter. Hec. 509 magna fiducia -em filiae asserit: quando iam si Pamphilus nolit, paratum alterum dicit esse (*maritum*). Cod. Iust. 5, 4, 18 in -is delectum mulieris voluntas repugnat sententiae propinquorum. 5, 1, 1 renuntiare -i. Sidon. epist. 2, 4, 3 te -i huic meritorum ratio praefecit. Plavt. Trin. 501 pro di immortales, -em quoius modi! 746 ea -o huic vel primaria est. Stich. 118 utra sit -o pensior, virginemne an viduam habere. 51 me quidem haec -o nunc non paenitet. Ter. Hec. 241 quae vobis placitast -o datur. Ps. Ter. Andr. alt. exit. 5 non nova istaec mihi condiciost. Brvt. Cic. epist. 1, 17, 6 quae -es essent Atticae nostrae. Sen. frg. 39 quosdam *deos* caelibes relinquimus, quasi -o defecerit. Mart. 11, 52, 2 -o est melior si tibi nulla, veni. Avson. 163, 14 *Arborium* pauperis Aemiliae -o implicuit. *metonymice*: Ter. Andr. 79 *mulier* accepit -em. Mart. 3, 33, 2 libertina mihi proxima -o est. 5, 17, 2 tibi noster eques sordida -o est. Qvint. decl. 257 p. 52, 5 coepi bona esse -o.

II *i. q.* ***potestas, optio:*** Val. Max. 1, 5, 1 paucis verbis de domicilio futuri summi imperii confirmata est -o. Plin. nat. 36, 20 *Praxiteles duas Veneres* fecerat simulque vendebat, alteram velata specie, quam ob id praetulerunt, quorum -o erat, Coi. Sen. contr. 7 praef. 7 non detuli -em. Vlp. dig. 5, 2, 8, 12 -o ei deferri debet, utrum ... volet (38, 5, 1, 12 utrum ... an). 38, 5, 1, 13. Papin. dig. 36, 3, 5, 1 defertur -o cavendi. Marcian. dig. 29, 2, 55 -o coheredi ... defertur, ut aut ... aut .... Pavl. dig. 26, 7, 16 eam -em adulescenti deferre, ut. Vlp. dig. 26, 2, 17 pr. *praetor tutoribus* detulit hanc -em, si et ipsis velint satisdare. Sen. contr. 7 praef. 6 iurisiurandi -o aliquando delata ab adversario (Vlp. dig. 12, 2, 34, 7. 22, 3, 19, 4 Pavl. dig. 12, 2, 26, 2). Qvint. decl. 312 p. 229, 18 lex talem -em iudicii facit ... ut. Vlp. dig. 12, 2, 34, 7 -e iurisiurandi non utetur. Ivst. 1, 6, 6 rogat, si -o ponatur, utrius vitae sortem legant.

III ***status*** (*cf.* Tert. adv. Marc. 1, 29 p. 332, 26 -es statuum *dei*): **A** ***animantium*** *i. q. fortuna, sors, dignitas*: *cf.* Qvint. inst. 5, 10, 26 (unde argumenta sumi possunt) ... -is etiam distantia: nam clarus an obscurus, magistratus an privatus, pater an filius, civis an peregrinus, liber an servus, maritus an caelebs, parens liberorum an orbus sit, plurimum distat. Fortvn. rhet. 2, 1 p. 103. **1** *generatim*: Cic. Catil. 3, 27 non eadem est fortuna atque -o illorum (Mil. 92 ⟨in⟩ infimi generis hominum -e atque fortuna. epist. 6, 6, 11 ut non in causa pari eadem sit et -o et fortuna omnium. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 pudet -is ac fortunae. Liv. 22, 59, 10). Mur. 56 ea -e erat in hac civitate natus, ut ... deberet (div. 2, 93 omnes eodem tempore ortos ... eadem -e nasci. epist. 5, 16, 2. 5, 18, 1 qua -e omnes homines et quibus temporibus nos nati simus. Sen. dial. 4, 10, 3 hac -e nati sumus. *cf.* Lvcr. 2, 300 Cic. leg. 1, 22. Sen. dial 11, 5, 1 *p. 131, 67*). Mil. 79 imaginem huius -is meae. Phil. 4, 12 qua -e victuri simus. epist. 7, 17, 3 ubi sis hibernaturus et qua spe aut -e. Vatin. Cic. epist. 5, 10^{a}, 3 longe alia -e ego sum quam ceteri. Caes. Gall. 7, 19, 3 iniquitatem -is (Liv. 39, 36, 8). Bell. Hisp. 29, 7 ut tali -e contenderent ad victoriam. Hor. epist. 2, 1, 152 fuit intactis quoque cura -e super communi (*i. periculo*). Liv. 5, 44, 1 -is meae oblitum (8, 21, 1. 8, 28, 4. 9, 5, 14 Sen. dial. 6, 11, 4 *al.*). 21, 42, 4 inter eiusdem -is homines (*i. captivos; cf. p. 133, 48*). 25, 6, 6 non de -e nostra queror (Sen. dial. 11, 18, 6 nihil de orbitate, nihil de -e mea querar). Sen. contr. 2, 2, 4 o -em meam! Val. Max. 3, 4, 2 prosperum -is suae eventum. 9, 12, 1 in eam -em redactum ut ... haberet. 9, 13 ext. 1 specie alienam, re vera suam -em deplorasse (Schol. Hor. sat. 1, 1, 108 omnes alienas -es laudant, suas vituperant). Sen. dial. 6, 11, 1 quae deinde ista suae publicaeque -is oblivio est. 7, 15, 6. 9, 10, 4 adsuescendum est -i suae. 9, 11, 10 omnem -em versabilem esse. benef. 6, 20, 2 nostra et horum -o dissimilis est. epist. 30, 11 in ea -e se esse in qua nemo non est. 94, 8 conspectum suae -is. 99, 8 omnes *homines* eadem -o devinxit. Phaedr. 3, 7, 7 eadem est -o tibi (*i. opulenta vita*). Plin. epist. 9,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2,2. SVET. Aug. 17 pro -e cuiusque sustinuit ac fovit *liberos*. Dom. 2 quo magis et aetatis et -is admoneretur. QVINT. inst. 4, 1, 13 multo magis *contingit ad benevolentiam* sexus, aetas, -o (*cf.* TERT. apol. 1 omnem sexum, aetatem, -em, etiam dignitatem transgredi ad hoc nomen *christianum*. resurr. 55 CAPITOL. Aur. 18, 5. MAX. epist. p. 2 nullam apud Christum distantiam et -em...haberi nec sexum). inst. 3, 8, 50 -em vitamque. decl. 254 p. 43, 22 litem iniustam -e (*sc. litigantium*). APVL. flor. 22 p. 103 neque in ea re *dives* quicquam efficit -e. CALL. dig. 47, 21, 3, 2 poena plectendi sunt pro persona et -e et factorum violentia. TERT. apol. 48 ut eadem qualitas animae in eandem restauretur -em, etsi non effigiem. AMM. 22, 7, 8 sine -is discrimine (26, 10, 10 aequatio). PORPH. Hor. carm. 4, 11, 25 ne quid avide et supra -em nostram appetere conemur. CLAVD. 18, 31 maculam minorem -is. VEG. mil. 3, 25 in simili -e. SVLP. SEV. chron. 2, 39, 7 Rhodanium . . . eadem -o (*i. exilium*) implicuit. *nota*: SIDON. epist. 3, 3, 6 eo -is accesseras, ut. *c. gen.*: CIC. Verr. 4, 59 de decuriis, de civium Romanorum -e in arationibus disputo. 4, 70 haec -o fuit . . . aratorum, ut (*cf.* CAES. Gall. 3, 22, 2 LIV. 28, 34, 5). Rab. Post. 35 testium. Cael. 22 -i omnium civium providisse. VAL. MAX. 2, 7, 15 cum eos . . . ultra mortuorum -em relegasset. 6, 9, 14 quid *Marii* -e inconstantius aut mutabilius? SEN. benef. 3, 11, 2 alia -o parentum est (QVINT. inst. 10, 3, 8 oratoris). epist. 85, 32 dissimilis esset gubernatoris -o et sapientia (102, 12 horum et illius. PLIN. nat. praef. 6 publicantium et nominatim tibi dicantium). QVINT. inst. 3, 8, 36 duplex -o *deliberantium*. 6, 1, 34 rei. 3, 10, 2 nisi sí -o personarum quaestiones variaverit (PS. QVINT. decl. 14, 5 abstulit fidem -o personae. TERT. bapt. 18 pro cuiusque personae -e ac dispositione, etiam aetate, cunctatio baptismi utilior est). SVET. Vit. 1 nisi . . . de familiae -e variatum esset. TERT. nat. 2, 3 quae -o eius (*mundi*), eadem utique erit et elementorum et membrorum. ARNOB. nat. 7, 5 ira ab his (*deis*) longe et ab eorum -e disiuncta est. DICT. 4, 3 quoniam *Penthesilea* naturae sexusque -em superare ausa esset. VVLG. eccl. 3, 19 aequa utriusque (*hominis et iumentorum*) -o (*συνάντημα ἕν*). AVG. serm. ed. Mai 4, 3 omnium canum una -o. *adde*: CALP. decl. 52 neque . . . -e gladiatoria quicquam est humilius. *c. dat.*: SALL. epist. Pomp. 7 meo et hostium exercitui par -o est. AVG. civ. 5, 17 nonne Romanis et ceteris gentibus una esset eademque -o? CLAVD. 8, 220 altera Romanae longe rectoribus aulae -o. *accedunt adiectiva*: VAL. MAX. 6, 9 praef. ex -e abiecta atque contempta emersisse claritatem (SVET. Cal. 35 nullus tam abiectae -is fuit). CIC. epist. 6, 1, 6 non afflictiore -e quam ceteri *sis futurus*. IVST. 32, 1, 3 quae -o tanto amarior illis quanto serior fuit. TERT. apol. 27 desperata -o *daemonum*. PLANC. Cic. epist. 10, 24, 8 duriore -e bellum sustinemus (HIRT. Gall. 8, 7, 7 miseriore ac duriore . . . -e decertare. VAL. MAX. 4, 7 praef. durae atque asperae -is sodalicium. VLP. dig. 3, 3, 35, 3 durior -o procuratoris. AVG. civ. 13, 19 in hac durissima -e constituit etiam bonas animas). QVINT. decl. 266 p. 87, 28 iniquiore -e dicturus sum hodie causam (AVSON. 417, 26 iniqua ferendo -o est oneri). VELL. 2, 23, 5 homines miserrimae -is (SEN. contr. 7, 1, 9. CVRT. 7, 1, 37 o miseram -em meam. SEN. dial. 10, 19, 3 omnium occupatorum -o misera est. SVET. Dom. 21 principum. GALLICAN. Avid. 2, 5 imperatorum. *cf.* SEN. contr. 7, 5, 15 miserabilem . . . pueri -em esse. EDICT. imp. Diocl. 1, 10 ad sensum miserrimae -is). SEN. contr. 9, 6, 1 victoris -o pessima (exc. dura) est (SEN. epist. 115, 17 ullos esse -is peioris. clem. 1, 17, 1 pessima autem -e sub ⟨homine⟩ hominem esse. *cf.* LIV. 25, 6, 15 deteriore -e sumus. SVET. Iul. 86. TERT. nat. 2, 13 deterioris -is . . . esse voluerunt *Caesares*). SVET. Aug. 2 a quibus . . . familia defluxit -e diversa. Nero 57 cum . . . extitisset -is incertae qui . . . iactaret (*cf.* CIC. Catil. 3, 2). CIC. epist. 12, 22, 1 bellum gessimus . . . non pari -e, contra arma verbis (LACT. epit. 54, 5). CIC. epist. 4, 4, 2 melior est tua quam nostra -o. div. in Caec. 25 ut meliore et honestiore -e sit quam qua ipse vult. Cato 68. BRVT. Cic. epist. 1, 17, 1 eo meliore -e . . . vituperabit. CAES. Gall. 6, 12, 6 meliore -e atque aequiore imperio se uti. civ. 1, 85, 2 bona -e et loco et tempore aequo confligere. LIV. 4, 60, 4. 42, 30, 6. SEN. contr. 7, 6, 5 melioris -is sunt vitiatae quam virgo. SEN. epist. 79, 6 -o optima est ultimi *sc. eandem rem describentis*. dial. 11 (12), 5, 1 bona -e geniti sumus. CIC. leg. 1, 22 hominem praeclara quadam -e generatum esse. *nota*: PLIN. epist. 1, 10, 8 Pompeius provinciae princeps, inter altissimas -es. ARNOB. nat. 5, 44 *quae allegoriae esse possent* in mercennariis -bus ac servitutibus *deorum*?

2 *fere i. q. natura, saepissime sic coniungitur* humana condicio (*fere i. q. infirmitas hominis*): CIC. Tusc. 1, 15 quantum mali de humana -e deieceris. nat. deor. 2, 36 non sit deterior mundi potius quam humana -o. epist. 6, 6, 12 communis quasi legis et humanae -is recordatio (Tusc. 3, 34 meditatio). LIV. 23, 5, 11 expertem omnis iuris et -is et linguae prope humanae. SEN. contr. exc. 8, 1 hoc -o humana vel pessimum habet. VAL. MAX. 6, 3, 1 supremus . . . humanae -is honos. 8, 13 pr. longissimos humanae -is terminos. *cf.* 3, 4 ext. 1. 4, 7 ext. 2. 9, 2 ext. 11 habitum . . . caelestis roboris humanae -i denegatum. SEN. epist. 71, 6 maiora . . . quam recipit humana -o. 110, 4 omnia humana -e metire. SCAEV. dig. 34, 2, 38, 2 si mihi per -em humanam contigerit, ipsa faciam (*cf.* PS. APVL. Ascl. 32 quantum possibile est per -em sensus humani). ARNOB. nat. 5, 12 Agdestis -is habebatur humanae. TERT. adv. Marc. 1, 3. nat. 1, 10 p. 79, 4 *Homerus* divinam maiestatem humana -e tractavit. scorp. 6 imbecillitas -is humanae (VLP. dig. 29, 2, 30, 6 naturam. HIER. epist. 96, 20 fragilitas. AVG. civ. 14, 9 infirmitas). HIL. trin. 10, 47 *deus* habens in se . . . constitutionem humanae -is in partu. EDICT. imp. Diocl. 2, 17 rarum . . . est humanam -em sponte beneficam deprehendi. HIER. epist. 98, 8 quod *Christus* ex omni parte temperatum humanae -is exhibens sacramentum perfectam similitudinem nostrae -is assumpserit. AVG. civ. 4, 27 quod *Hercules et alii* homines fuerint et humana -e defecerint (*cf.* PORPH. Hor. carm. 3, 2, 22). 9, 12 humanae -is (*opp.* deorum). PHYSIOGN. 33 cupidum gloriae ultra -em humanam. SCRIB. LARG. 122 quod dicturus sum, supra hominis spem -emque est. HIL. in Matth. 16, 2 contra -em hominis . . . incorruptus emergens *Iesus*. CIC. Tim. 41 ut igitur *genera* mortali -e (*Plato 41c θνητά*) generentur. *cf.* Phil. 14, 33 pro mortali -e vitae immortalitatem estis consecuti. VELL. 2, 2, 2 quantas *virtutes* perfecta . . . mortalis -o recipit. 2, 104, 3. AVG. civ. 19, 27 in hac -e mortali et corpore corruptibili (PLIN. nat. 7, 173 haec est -o mortalium. PLIN. paneg. 5 AVG. civ. 22, 19). AVG. serm. ed. Mai 6, 1 carnalis. TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 24 in homine corruptoriae -is. *adde* VAL. MAX. 9, 12 praef. humanae vitae -em praecipue primus et ultimus dies continet (*hinc explicatur* ELEG. in Maec. 1, 118 cur nos *homines* angusta -e sumus). SEN. epist. 91, 8 tota sortis humanae -o. dial. 4, 2, 2 *vitia* -e quadam humanae sortis eveniunt. CIC. Tusc. 3, 59 de hac communi hominum -e (*cf.* Mur. 55 Balb. 18 Flacc. 6). TERT. apol. 23 *Christus* homo communis -is (ARNOB. nat. 1, 37). AVG. civ. 15, 4 -em cogitans casusque communes. 22, 22 poenae ad -em pertinent communem. *absolute ponitur*: TERT. bapt. 10 p. 209, 10 Iohannem a domino missum . . . ceterum humanum -e. AMM. 25, 3, 15 quotiens -o melior (*i. animus*) a deteriore (*i. corpore*) secernitur. AMBR. apol. Dav. I 4, 15 quod peccavit -is est, quod supplicavit correctionis. Iob 1, 6, 17. 2, 3, 10 infirmitas -is est. SALV. eccl. 1, 7 *homo* his in futuro adhaereat -e, quibus hic adhaesit affectu. CORP. III 3551 qui suscitabit, cui⟨u⟩s -o (*i. potestas*) est. PAPYR. Britann. 229, 16 (*a. 166*) tradedisse ei mancipium . . . bonis -bus (*i. sine vitiis*). PAPIN. dig. 21, 1, 54. *cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 18 illa *mancipia* cum -e emisti. TERT. anim. 15 p. 321 dispositionem animae humanae de -e bestiarum praeiudicarint. *cf.* HIER. epist. 126, 1. APVL. Plat. 2, 20 anima deorum se -i conciliat.

3 *in iure*: **a** *civili*: CIC. Verr. 4, 147 qui verbo decumas vendiderit, re et -e et lege . . . decumas aratoribus nullas reliquas fecerit. Mur. 60 iniquam legem et miseram -em instituet periculis hominum. SEN. benef. 4, 39, 1 alia -o est in credito, alia in beneficio. 4, 39, 4 cum -o promittentis mutata sit (MACER dig. 48, 19, 10, 1 -em suam permutant. MOD. dig. 37, 14, 12 statum -is). QVINT. inst. 5, 10, 116 ut alia sit -o heredis, alia victoris, quia ad illum ius, ad hunc res transeat. decl. 372 p. 411, 16 pater tuus eram iure praesentis -is. PLIN. epist. 10, 56, 5. 10, 70, 2 est huius domus -o talis. TERT. virg. vel. 5 mulier non natura nomen est uxoris, sed uxor -e nomen est mulieris. *ibid.* maritorum. *ibid.* futurae -is nomen. ARNOB. nat. 4, 29 cuius fuerit -is Venus, cuius operae, cuius quaestus. *saepissime ap. Ictos*: GAIVS inst. 2, 113 videntur ergo melioris -is esse feminae quam masculi (PAPIN. dig. 1, 5, 9). 3, 118 sponsoris vero et fidepromissoris similis -o est, fideiussoris valde dissimilis. VLP. dig. 19, 1, 13, 17 emptoris. 28, 1, 22, 1 testium. 49, 14, 29 eius qui delatorem corrupit, ea -o est ut pro victo habeatur. 14, 1, 1 cuius -is sint vel quales. 27, 6, 11, 1 cuiuscumque -is fuerit vel sui iuris vel alieni. 18, 7, 1 in ea -e est, ut (10, 2, 49 ne. 42, 8, 6, 1 *al.*). SCAEV. dig. 18, 1, 81, 1 quo iure quaque -e *praedia sunt*. LABEO dig. 32, 29 pr. quia alia -o esset in uxore. PAPIN. dig. 46, 1, 49, 2 in duriorem -em acceptus. IVLIAN. dig. 41, 1, 37, 2 diversa -o est fructuarii et servi communis. *nota*: QVINT. decl. 320 p. 255, 27 quid est iustius quam compositum patrimonium habere *socios* -e unius? *adde* LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 21 *te* sub -em tutelae legitumae venturam.

b *publico*: *cf.* ARNOB. nat. 3, 39 servi milites magistri non sunt personarum nomina, sed officiorum, -um et munerum. CIC. rep. 1, 43 inest in ea -e populi similitudo quaedam servitutis. 1, 49 cum par non sit -o civium. leg. 3, 41 qua quisque sit lege, -e (Quinct. 50 Verr. 6, 180). Verr. 6, 49 *populorum* ius varium et disparem -em fuisse (*cf.* 4, 12. LIV. 8, 14, 11 Cumanos . . . eiusdem iuris -isque cuius Capuam esse). 6, 50 sustulisti ius imperii, -em sociorum. 2, 81 *hominibus* populi R. -e sociis, fortuna servis, voluntate supplicibus. Planc. 11 est enim haec -o liberorum populorum praecipueque huius principis. CAEL. Cic. epist. 8, 9, 2 *Galliae* in eandem -em quam ceterae provinciae vocantur. CAES. Gall. 1, 28, 5 quos . . . in parem iuris libertatisque -em atque ipsi erant receperunt. LIV. 2, 29, 8 si alia aliorum sit -o (32, 10, 4). 8, 2, 13 Campanorum aliam -em esse. 23, 35, 9 qua ex -e quisque esset miles factus. 25, 40, 4 dispar ut causa *civitatium*, ita -o erat. 36, 28, 6 cuius -is essent, senserunt *Aetoli* (*cf.* VAL. MAX. 3, 2 ext. 9 QVINT. inst. 3, 6, 100). EDICT. imp. Claud. de Anaun. (Corp. V 5050, *a. 46*) 22 -o Anaunorum et Tulliassium et Sindunorum. SEN. benef. 3, 11, 1 parentium -em sacravimus (*i. privilegiis auximus*). epist. 47, 16 qui hominem aut ex veste aut ex -e quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat (= MACR. sat. 1, 11, 10). LEX Malac.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Corp. II 1964) 1, 15 eiusdem -is (2, 44 QVINT. inst. 6, 3, 81. 11, 1, 66 SVET. Nero 23 GAIVS inst. 1, 29. 30). QVINT. inst. 6, 3, 34 si aut nationes totae incessantur aut ordines aut -o aut studia multorum. TAC. hist. 2, 72 -e fugitivus, nomine Geta. SVET. Aug. 40 cum et de numero et de -e ac differentia eorum qui manu mitterentur, curiose cavisset. Claud. 18 commoda constituit pro -e cuiusque: civi . . ., Latino . . ., feminis. 25 nihilo deteriorem virtutem aut -em suam praedicantes (MARCIAN. dig. 40, 15, 1, 4 si in deteriorem -em quis statum retractaret . . ., si in meliorem, veluti pro servo libertus dicatur. PLIN. paneg. 70). FRONTIN. strat. 1, 1, 3 occultandae -is eius (*centurionis*) causa. GAIVS inst. 1, 78 qui nascitur . . . matris -i accedit (IVLIAN. dig. 1, 5, 26 sequitur. *cf.* GAIVS inst. 1, 67 ad patris -em accedit). TERT. orat. 22 p. 194 mulieres omnis ordinis, omnis -is. idol. 18 p. 51. VLP. dig. 40, 7, 9, 3 statuliberi -o . . . immutabilis est. 48, 22, 7, 13 si ex diversis provinciis oriri videatur propter -em vel suam vel parentis. 40, 1, 4 in eam -em redigitur, ut libertatem adipiscatur (*cf.* LEX Malac. 3, 26). OPTAT. 3, 4 p. 82, 15 inter dominos et servos -o mutabatur. AVG. civ. 10, 1 p. 402, 25 coloni . . . -em debent genitali solo. VINCENT. LER. 17 p. 26, 31 non solum privatae -i, sed ipsi quoque reverendus imperio *Origenes*. PLIN. nat. 4, 36 Thessalonice liberae -is (4, 46. 57). MOD. dig. 1, 5, 21 libertinae (PORPH. Hor. sat. 1, 2, 47). CONST. veteran. 23 p. 859 *cives* qui peregrinae -is probati erant (SVET. Claud. 25 PLIN. epist. 10, 5, 2 GAIVS inst. 1, 128. CORP. III 12283, 8 [*Athenis, a. 121*] peregreinae -is [*gr.* Ἑλλήνα]). PLIN. nat. 3, 91 Latinae -is Centuripini (SVET. Vesp. 37).

servorum: CIC. off. 1, 41 infima -o et fortuna servorum (*cf.* Balb. 24 Rab. perd. 15; Cael. 57 communi -e servitutis uti. parad. 39 -em durissimae servitutis. SEN. epist. 80, 4 mancipia -is extremae). CAES. Gall. 3, 10, 3 -em servitutis odisse. SEN. benef. 3, 18, 1 *servum* -o sua eo loco posuit. dial. 5, 14, 3 *illum* animo magis quam -e mancipium (TERT. idol. 18 p. 52 illi etiam -e servi erant). CALL. dig. 48, 20, 1 pr. servilis -o irrogatur. TRAIAN. Plin. epist. 10, 32, 1 *damnati* in -em ministrorum retrahuntur. SVET. gramm. 21. TAC. Germ. 24 servos -is huius (*i. dediticios, de quibus* GAIVS inst. 3, 75 pessimae -is homines). VVLG. lev. 25, 42 non veneant -e servorum (*οὐ πραθήσεται ἐν πράσει οἰκέτου*). AVG. civ. 19, 16 ut . . . filiorum sortem a servorum -e distinguerent. *cf.* 19, 15 -o . . . servitutis . . . imposita peccatori. 4, 5 servilis -is vincla. COD. Iust. 1, 19, 1 (*a. 296*) licet servilis -o . . . capax non sit. *hinc saepius est fere i. q. servitus*: CLAVD. 8, 616 tristis -o pulsata fronte recedit. PAVL. NOL. epist. 29, 4 si *servus* tantum -is officia dependerit (MACR. sat. 1, 11, 10 -em casus adsignat, *ex* SEN. epist. 47, 15 *qui* ministeria). AVG. conf. 9, 9, 19 *matronas* memores -is superbire adversus dominos non oportere. serm. ed. Denis 21, 4 *puer* incurrit in -em. civ. 19, 15 ut homo homini -is vinculo subderetur. EVGRAPH. Ter. Andr. 28 p. 176, 7 neque in -e vivit neque in turpi officio servitutis. ENNOD. opusc. 3, 158 p. 372, 9 cum se ad -em liberator inpelleret. COD. Iust. 1, 12, 6, 9 persona domestica vel -i subdita. ALC. AVIT. epist. 35 -is personae ipsae (*i. captivi, cf.* AMBROSIAST. in Eph. 4, 8 *Christus* captivos, quos . . . propriis captos peccatis in -e tenebant, abstulit). GREG. M. epist. 9, 144 nulli . . . -i obnoxium *puerum* (2, 37). 5, 26 si nulli -i vel corpori (*sc. militiae*) teneris obnoxius. *meton. de ipso servo*: GREG. TVR. Mart. 2, 4 *qui* corpus a debilitate et -em absolvit ab onere.

III ***comminuere, consumere,*** *rei vel hominis statu qualibet ratione mutato*: **A *caedendo, premendo, molendo*:** Inscr. mél. d'arch. et d'hist. 10 p. 303 (Corp. I² n. 560) -e piscim. cofeci. Cato agr. 16 ligna -it ad fornacem (Liv. 26, 46, 6 caedendo -ctis ac distractis ... foribus. Colvm. 11, 2, 7). 64 *oleam* quam citissime -es. Varro rust. 1, 55, 6 Colvm. 11, 2, 95. 7, 1, 3 -endi frumenti ... labor. Plin. nat. 7, 191 frumenta ... molere et -ere in Attica *instituit Ceres*. Apvl. met. 9, 30 cum esset iam -ctum omne frumentum. Avg. civ. 6, 9 neque far -itur sine pilo. Edict. imp. Diocl. I 35 sinap⟨i⟩s -ctae. *adde de homine*: Plavt. Truc. 626 ego te hic offatim -am. *cf.* 613.

B *dentibus vel ore mandere,* ***comedere,*** *consumere*: Gloss. confectum *δεδαπανημένον*. Plavt. Men. 469 -cto prandio vinoque expoto. Lvcil. 80 carnaria fartim ... -ret. 1091 -it ipse comestque. Cic. nat. deor. 2, 134 *dentes escas* -unt, qui genuini vocantur (Liv. 2, 32, 10 dentes -rent *cibum*. Plin. nat. 11, 160). 2, 125 -i *pisces* a ranis atque consumi. 2, 123 ut *araneolae*, si quid inhaeserit, -ant. epist. 9, 18, 3 pluris iam pavones -eci quam tu pullos columbinos. div. 2, 37 vis aliqua *cor* -et aut exedet. Colvm. 5, 6, 4 pecudes fortius iusta cibariorum -ent. 6, 2, 14 *boves* in *cibo* -endo lenti. Hier. epist. 14, 8 *clerici* Christi corpus sacro ore -unt. 146, 1 ad *presbyterorum* preces Christi corpus sanguisque -itur.

C *ventre* ***concoquere*:** Cic. nat. deor. 2, 137 -ctus iam coctusque *cibus* perlabitur. Tim. 18 -cti et consumpti cibi. Liv. 2, 32, 11 -cto cibo. Plin. nat. 11, 180. 201 *in ventre* -untur cibi. 26, 43 *alvus cibos* non -it. 30, 60 *homines* qui cibos non -ant. Hil. in Matth. 16, 2 *Ionas a ceto* non cibi condicione -ctus. Marcell. med. 20, 116 *aliquis* cibum melius -et. Anthim. praef. p. 7, 17 quando stomachus cibos crudos -ere non potuerit. 12 carnes ... non bene -untur *et saepius*. Cic. nat. deor. 2, 136 spiritu omnia cocta atque -cta. 2, 121 ad eum pastum capessendum -endumque. Colvm. 2, 14, 4 *asinus* bene -ctum atque idoneum protinus arvo fimum reddit. Scrib. Larg. 122 cibi ... exiguum, quod facile -atur. Plin. nat. 8, 72 *crocotas* devorata -entes ventre. 30, 63. Marcell. med. 28, 51 *ossifragus* omnia devorata

citissime -it. *in imagine*: Qvint. inst. 10, 1, 19 lectio non cruda, sed multa iteratione mollita et velut -cta.

D *debilitare, cruciare, enecare aliquem*: Gloss. *καταπονῶ*. confectus *κεκμηκώς* (*cf.* II 115, 41). *συντετριμμένος*. debilitatus vel male tractatus. finitus vel vulneratus. maceratus. confectum fatigatum. confectos maculatos (Cassian. inst. 11, 11 victoriis). confectum esse *κεκοπῶσθαι συντετελέσθαι*. Gramm. suppl. 265, 6 conficio i. excrucio vel punio. Non. p. 268 confectum defessum. **1** *formae activae*: Enn. ann. 395 quae me fortuna ... bello -ecit acerbo! Plavt. Pseud. 464 -et iam te hic verbis. Pacvv. trag. 276 aerumna corpus -it. Acc. trag. 564 -it animam vis volneris, ulceris aestus. Cic. fin. 1, 59 *maerores* exedunt animos -untque curis hominum. Tusc. 3, 26 impudens luctus maerore se -entis. 3, 27 aegritudo ... lacerat, exest animum planeque -it. 5, 117 *dolores* per se ipsi plerumque -unt hominem. Att. 3, 8, 2 meus me maeror cotidianus lacerat et -it. 11, 4, 2 me -it sollicitudo. 11, 15, 3. de orat. 1, 78 *nos* in foro ... res ipsa ante -ecit. epist. 9, 20, 1 quem (*virum*) tu es solitus promulside -ere. 14, 16 alia ... quae me ita -unt. Phil. 2, 6 *vitae cupiditas* me manens -ret angoribus (*cf.* off. 2, 2). Planc. Cic. epist. 10, 17, 2 *frater* illa valetudine magis -ere se ... posset. Verg. Aen. 11, 824 vulnus acerbum -it *me*. Liv. 5, 19, 11 sub terra continuus labor eosdem -ret. 22, 2, 7 vigiliae *Gallos* -bant (36, 23, 5). 42, 54, 3 oppidanos ... non vulnera modo, sed etiam vigiliae et continens labor -bat. Val. Max. 1, 7 ext. 4 *imago* Croesi regis animum maximo prius metu, deinde etiam dolore -ecit. Cels. 2, 1 *autumnus* alios novis morbis -it. Sen. benef. 3, 26, 1 *accusandi rabies* omni civili bello gravius togatam civitatem -ecit. nat. 6, 2, 5 scissura *unguiculi nos* -it. Plin. epist. 7, 19, 3 reliqua ... me ... non metu tantum, verum etiam dolore -unt. 8, 16, 1 -erunt me infirmitates meorum, mortes etiam. Apvl. met. 8, 30 *me* verberantes paene ad extremam -erant mortem. Arnob. nat. 7, 40 *lues* continua populum contage -ens. Hil. op. hist. frg. 2, 11 (*a. 347*) *cum alios* squalore et putore -rent. Vvlg. lev. 26, 16 *ardor* -at oculos vestros (*τὸν ἵκτερα σφακελίζοντα τοὺς ὀφθαλμούς*). Bachiar. repar. laps. 16 carnem tuam ... ieiunii disciplina -at, ut ... tenuetur.

2 *formae passivae*: Pacvv. trag. 128 animum aegritudine (-em *codd.*) in re crepera -i. Cic. Tusc. 3, 77. 80 *sapientem* excruciari luctuque -i. fin. 1, 60 -untur et angore et metu maximeque cruciantur. 2, 93. 5, 80 summis doloribus (Att. 3, 5 maximo dolore. epist. 6, 1, 1 *dolore* maxime te -i audio). off. 3, 29 si fame ipse *sapiens* -atur. orat. 33 *desiderio*. epist. 4, 13, 2 curis (Att. 11, 8, 1 quantis curis conficiar [afficiar *M*]). 14, 3, 1 maerore. 14, 3, 2 cum dolore -ar (-or *H*), tum etiam pudore. 14, 4, 1 lacrimis sic ut ferre non possim. Att. 1, 2, 46 *admonitionibus* adsidue. 13, 33, 4 te ... in via -i minime volo. *seq. acc. c. inf.* Att. 10, 18, 3 -or (*dolore*) venisse tempus. Caes. civ. 3, 92, 2 lassitudine. Cels. 2, 1 longa statura ... matura senectute -itur. Plin. nat. 2, 108 tempestatibus -i sidus. 32, 117 *cachectorum* corpus macie -itur. *sensu obscaeno*: Svet. Nero 29 *ut Nero,* cum affatim desaevisset, -retur (*i. constupraretur*) a Doryphoro liberto. *part. perf. pass.*: Enn. ann. 375 senio -ctus (Cic. Tusc. 3, 27 senio et aegritudine. Mil. 20 Val. Max. 5, 1 ext. 1. 7, 3, 6 senio -cta manus. Svet. Cal. 26 vilissimos senioque -ctos gladiatores. Clavd. 15, 446 Bachiar. repar. laps. 21 Drac. laud. dei 2, 626). Cic. Pis. 84 *comitem* summa senectute -ctum (fin. 5, 32. 52 Rab. perd. 21 off. 3, 100. Val. Max. 3, 2, 18 ultima senectute -ctum ... corpus. Cels. 1, 3. Vvlg. Ruth 1, 12 [*γεγήρακα*]. Avg. civ. 13, 15. 20). Catvll. 68, 119 -cto aetate parenti (Verg. Aen. 4, 599 Rvt. Lvp. 2, 6. Sall. Iug. 9, 4 morbo atque aetate). Lvcr. 3, 947 annis ... artus -cti languent. Sall. Iug. 11, 5 -ctum annis Micipsam (Colvm. 1, 8, 20 nec erit ulla *domini* aetas annis ita -cta, ut spernatur a servis). Verg. Aen. 11, 85 aevo -ctus Acoetes (Sacr. Leon. p. 323 mater ... sterilis aevoque -cta). Ov. met. 6, 37 mentis inops longaque (tardaque *N, fort. recte*) venis -cta senecta. Colvm. 2, 1, 2 terram sicut muliebrem sexum aetate anili iam -ctam. Lvcil. 639 doloribus -ctum corpus. Cic. Mur. 86 *hominis* cum corporis morbo tum animi dolore -cti. fin. 1, 41 aliquem -ctum tantis animi corporisque doloribus. Tusc. 5, 23 omnibus oppressum corpus et -ctum doloribus. Att. 11, 11, 1 -ctus iam cruciatu maximorum dolorum (Catvll. 65, 1 me adsiduo -ctum ... dolore. Hier. epist. 60, 1 *senes* intolerabili dolore -ctos). 3, 8, 4 me adflictum et -ctum luctu. Tusc. 3, 75. Ter. Andr. 304 *animus* cura -ctus stupet. Verg. Aen. 6, 520. Ov. Pont. 1, 1, 74 mea perpetuos curarum pectora morsus, fine quibus nullo -antur, habent (Ivst. 11, 13, 1 -ctum curis Alexandrum). Cvrt. 3, 11, 25 virgines non suo tantum, sed etiam *aviae* maerore -ctae. Vvlg. thren. 1, 13 posuit me desolatam, tota die maerore -ctam (*ὠδυνωμένην*). Val. Cem. hom. 15, 3 adflictis et maerore -ctis subvenias. Cic. Mur. 86 idem squalore et sordibus -ctus (Oros. hist. 3, 1, 23). Verg. Aen. 3, 590 macie ... suprema (Phaedr. 3, 7, 2 macie -ctus lupus. Plin. epist. 7, 27, 5 senex macie et squalore -ctus. Amm. 24, 8, 1. Vvlg. gen. 41, 3 *boves* -ctae ... macie [*λεπταὶ ταῖς σαρξί*]. Drac. laud. dei 3, 648). Sall. Iug. 65, 1 *Gauda* morbis -ctus (Phaedr. 1, 14, 5 *sutor* cum iaceret morbo -ctus gravi. Apvl. apol. 43 morbo comitiali). Sen. contr. 10, 5, 4 senex longa miseriarum tabe -ctus (Capitol. Opil. 12, 8 ad mortem cogebat longa tabe -ctos. Lampr. Alex. 48, 2 tantae con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scientiae tabe). HIER. epist. 74, 6 *nos* longa . . . aegrotatione -cti. CIC. Verr. 6, 140 plagis -ctum . . . civem (PLIN. nat. 8, 142 *canem* -ctum . . . plagis. TAC. ann. 14, 35 -ctum verberibus corpus). off. 3, 29 *vir* frigore -atur. Tusc. 2, 41 *gladiatores* volneribus -cti. p. red. ad Quir. 15 me -ctum consularibus volneribus. CAES. Gall. 2, 23, 1 civ. 3, 9, 3 *et saepius*. SALL. Iug. 60, 7. LIV. 6, 3, 3 -cta . . . paucitas oppidanorum opere, vigiliis, volneribus. 24, 26, 14. 31, 17, 11 volneribus ac lassitudine. VAL. MAX. 1, 7, 2. 4, 7, 2 CVRT. 4, 6, 25 ASCON. Mil. p. 33. CAES. civ. 3, 95, 3 *milites* lassitudine -cti. 3, 28, 4 *tirones* salo nauseaque -cti. 2, 39, 6 *equites* itinere totius noctis -cti. 3, 106, 2 reliqui volneribus ex proeliis et labore ac magnitudine itineris -cti (SEN. epist. 123, 1 itinere -ctus [confestus *BA*] incommodo magis quam longo. TAC. ann. 15, 17 pedes -ctus spatiis itinerum). 2, 41, 1 -cto iam labore exercitu. 2, 41, 3. 3, 97, 4. TIB. 1, 7, 39 magno -cta labore pectora. LIV. 5, 10, 9. 31, 46, 14 praesidium . . . labore adsiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque et vulneribus -ctum. 42, 33, 3 *al.* CIC. epist. 7, 26, 1 -ctus languore et fame (PLIN. nat. 8, 33 *elephanti* fame et maeroris tabe -cti. VVLG. deut. 25, 18 eras fame et labore -ctus [ἐπείνας καὶ ἐκοπίας]. AVG. civ. 22, 20). BELL. Afr. 53, 1 siti inopiaque -cti. SEN. benef. 5, 24, 2. TAC. hist. 3, 22 -ctum algore atque inedia hostem profligare. AMM. 31, 13, 7 Romanos . . . inedia sitique -ctos. HIER. epist. 54, 16 viduam -ctam ieiuniis (22, 27). RVFIN. hist. mon. 16 p. 436[B] inedia miseriaque -cta *mulier*. SVLP. SEV. chron. 2, 44, 1 iniuria hiemis et inopia -ctis. CIC. Sest. 20 *hominem* vino, ganeis, lenociniis adulteriisque -ctum (Phil. 2, 6 vino lustrisque. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 60). LIV. 23, 45, 2 *Poenos* vino et scortis omnibusque lustris per totam hiemem -ctos. PHAEDR. app. 7, 6 -ctus (*i. irritatus*) *Aesopus* pessimo volumine. COLVM. 1, 9, 2 boves non -cti vexatione simul operum verberumque. FRONTIN. strat. 2, 5, 25 Romanis . . . statione ac pluvia . . . inquietatis -ctisque. 2, 5, 4 multitudine telorum -cti (*i. vulnerati*) *elephanti*. STAT. silv. 3, 1, 41 *Herculem* -ctum thiasis. SER. SAMM. 258 causis . . . -ctus agendis *Hortensius*. CYPR. GALL. iud. 405 *Iudaea* pressa duellis bis nonas hiemes traxit -cta periclis. MART. CAP. 2, 139 virgo . . . exhausto pallore -cta. EVGRAPH. Ter. Ad. 229 p. 174, 40 si in ipso articulo quis aliquem teneat rigore -cto. *adde*: LIV. 22, 61, 9 proxumis censoribus adeo omnibus notis ignominiisque *eos* -ctos esse. *nota varios ablativos additos*: BELL. Alex. 23, 2 multitudinem . . . -ctam taedio puellae, fiduciario regno, dominatione crudelissima Ganymedis. *de rebus*: RVT. LVP. 2, 7 -ctis viribus. PLIN. nat. 18, 207 serenitate reddita -ctum sidus (*i. solem*) *esse*. VAL. FL. 6, 384 machina muri, quae scopulis trabibusque diu -ctaque flammis procubuit. PRVD. cath. 8, 54 spreto . . . pastu sponte -ctos . . . artus. SER. SAMM. 182 annosis -cta doloribus auris. *deest ablat. causae*: CIC. dom. 59 *filium* lacrimantem -ctumque vidit. Catil. 2, 24 gladiatori illi -cto et saucio. epist. 14, 4, 3 mulierem aegram et corpore et animo -ctam. Phil. 13, 17 quam abiectus, quam -ctus *Lepidus* esset. PRIAP. 28. LIV. 1, 23, 9 fessos -ctosque. RVT. LVP. 1, 21 haec me . . . recogitatio prope -ctum confirmabat. HIL. in Matth. 5, 2 ieiuniorum profectum docet extra iactantiam -cti corporis esse oportere. trin. 10, 14 in emortuam sensus sui oblivionem mens sucis violentioribus occupata -itur. SVLP. SEV. epist. 2, 1 peccatorum recordatio tristem me -ctumque reddiderat. COD. Theod. 7, 1, 5 (*a. 364*) morbus et corporis valitudo -cta.

E ***perdere***, *διαφθείρειν* (*cf.* RVFIN. hist. 4, 6, 1): **1** *animantia interficere, pessum dare*: *cf.* DON. Ter. Eun. 926 proprie *conficere* convenit gladiatoribus, qui gravissimis vulneribus occubuerunt. NON. p. 268 confectum dicitur occisum, exanimatum. *formae activae*: AFRAN. com. 371 homo mulierosus -ecit (confert *codd.*) me ilico ālio. VARRO rust. 1, 20, 1 ne in opere firmior *quadripes* inbecilliorem -at. CIC. Font. 36 qui nationem Allobrogum . . . suis iterum armis -at atque opprimat. Verr. 6, 151 (*syn. concidere*). nat. deor. 1, 101 ibes maximam vim serpentium -unt. inv. 2, 111. LVCR. 4, 639 serpens . . . sese mandendo -it ipsa. SALL. epist. Pomp. 1 quem . . . fame, miserruma omnium morte, -istis (*cf.* AMPEL. 14, 7 *Pausanias* fame -ctus est). NEP. Alc. 10, 4 ut incendio *Alcibiadem* -rent. LIV. 5, 10, 6 ut plebis partem militia, partem tributo -rent. 6, 13, 5 iusta caede -cre hostem. 25, 26, 11 *ut* aegri validos cum metu tum tabe ac pestifero odore corporum -rent. VAL. MAX. 6, 3, 5. CELS. 2, 10 prioris febris accessio paene -ecit *aegrum*. SEN. dial. 5, 19, 5 *Caligula patres* dimissis per domos centurionibus -ecit. 5, 30, 4 divum Iulium plures amici -erunt quam inimici. nat. 6, 28, 2. MELA 1, 114 *feminae* quos laqueis intercepere trahendo -unt. LVCAN. 6, 131 pavor attonitos -erat hostes. PLIN. nat. 15, 91 *scorpio* genitores superne -at. 8, 18 (*absolute*: PLIN. nat. 11, 86 *scorpiones* graviore supplicio lenta per triduum morte -unt). PS. QVINT. decl. 13, 19 *apes* pestiferis succis exquisita per fraudem morte *aliquis* -ecit? FRONTIN. strat. 2, 5, 41 *Melanthus* aversum *Xanthum* uno ictu -ecit. 4, 2, 9. 4, 7, 32. TAC. ann. 1, 6 quem . . . centurio aegre -ecit. SVET. Dom. 19 feras (TERT. nat. 2, 14 LAMPR. Comm. 13, 3). Claud. 21. Cal. 58 ceteri vulneribus triginta -erunt *Caligulam*. Tit. 5 propugnatores totidem sagittarum -ecit ictibus. FLOR. epit. 3, 1, 8 Massivam inmisso percussore -ecit. 3, 7, 5 ut veneno se plerique *captivi* -rent. APVL. met. 4, 3 me . . . caedendo -issent. 4, 18 ianitorem ipsum gladio -it. TERT. mart. 4 qui se gladio -erint animo suo ducti. PROB. Verg. georg. 3, 113 *Centauri* tauros telis -rent (*syn. paulo infra* figere). ITALA iud. 5, 26 (Lugd.) *Iael* -ecit Sisara (ἐσφυροκόπησε Σισάρα, VVLG. percussit Sisaram). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 24 Romani se ipsi -erunt. PANEG. 5, 17. LAMPR. Comm. 9, 6 sagittis. HIL. c. Const. 7 conclusos . . . fame debilitas, hieme -is. in psalm. 67, 4 peccatores morte -ere. AVSON. 466, 2 *Vlixes* plerosque vino saucios *procos* . . . -it. AMM. 25, 4, 10 hostem ictu. 31, 10, 19 sagittarum pulsibus bestias. COD. Theod. 9, 16, 5 (*a. 357*) malis artibus inimicos. 9, 16, 11 (*a. 389*) inimicum . . . consilio atrociore -erit. VAL. CEM. hom. 18, 2 si singulos in quaestione positos poena -erit. CARM. epigr. 98, 6 quam . . . Fata -unt malo. 984, 4 (CORP. IX 5041, *saec. I.*) ut quoi (*puero*) octauom ingrediens sidera -rent (*Buecheler ad l. requirit*: ut quem octavum ingredientem annum sidera -erint). *nota*: ITALA iud. 5, 26 (Lugd.) *Iael* -ecit caput *Sisarae* (διήλωσε κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπάταξεν, VVLG. perforans). *formae passivae*: *additur a quo vel qua re*: PLAVT. Truc. 892 istum . . . -ctum fallaciis. CIC. har. resp. 42 *ut* civitas, si cadet, a viro tamen -cta videatur. 2 a gravissimo viro . . . -ctus ac trucidatus. Catil. 1, 26 quibus (*sc. fame, frigore, inopia*) te brevi tempore -ctum esse. p. red. in sen. 7 *corpus* volneratum ferro -ctumque. har. resp. 39 corpus tenuissima de causa saepe -itur. Sest. 53 scelere consulum rem publicam esse -ctam. Att. 11, 9, 1 lege etiam sim -ctus et oppressus. BRVT. Cic. epist. 11, 10, 4 ut *Antonius* inopia potius quam ferro -retur. HIRT. Gall. 8, 19, 7. SALL. Iug. 50, 1 ne siti -retur exercitus. LIV. 10, 35, 11. SEN. contr. 1, 7, 9 adulter uno ictu breviter -ctus est. SEN. Herc. f. 1160 nati cruenta caede -cti iacent. Oed. 1045 *mater* scelere -cta est meo. dial. 10, 3, 6. MELA 3, 82 *serpentes* ab avibus . . . pugna . . . -i. PLIN. nat. 9, 92 *polypus* aegre . . . multis tridentibus -i potuit. 8, 156 *hostem* ab equo . . . ictibus morsuque -ctum (*esse*). PS. QVINT. decl. 4, 22 -ctum magnis vulneribus cadaver. TAC. ann. 14, 5 Acerronia . . . navalibus telis -itur. 14, 8 multis vulneribus. SVET. Vit. 17 *Vitellius* minutissimis ictibus excarnificatus atque -ctus est. TERT. nat. 2, 14 *Aesculapium* ignis ex (et *A*) divini vi -ctum. ARNOB. nat. 7, 11 *homines* incendiis, naufragiis et ruinis mergi, obrui, -i. FIRM. math. 1, 7, 21 *animus* morbi continuatione -ctus. 1, 7, 22 valitudinis acerbitate -ctus. HIL. in Matth. 24, 8 *prophetae* vario poenarum genere -cti sunt. *deest abl. instr.*: CIC. Sull. 33 quinque hominibus comprehensis atque confectis (confessis *codd.*). Sest. 79 quem cum . . . extremo spiritu exsanguem et -ctum viderent. LENT. Cic. epist. 12, 14, 4 -ctum esse iam et (iam -ctum esset et *HD*) oppressum Dolabellam. HIRT. Gall. 8, 23, 5 (*incerta lectio*). BELL. Alex. 53, 3 LIV. 1, 25, 10. 3, 70, 6. 6, 8, 7 -enda multitudo tanta fesso militi erat. 26, 6, 1 *al.* MON. Ancyr. 4, 42 -cta sunt bestiarum circiter tria millia (SVET. Claud. 21 Dom. 19. SYMM. epist. 6, 43 -cti sunt *crocodilli*). PLIN. nat. 9, 91. SIL. 17, 649 -cta mole Gigantum. PANEG. 10, 17 nisi . . . quos ipse affeceras -endos filio reservasses. COD. Theod. 9, 45, 5 (*a. 432*) illum -i (configi COD. Iust. 1, 12, 4) in concertatione pugnaque.

2 *res delere, extinguere, absumere*: NON. p. 268 frangere. PLAVT. Capt. 673 opes -isti omnes, res ac rationes meas. TER. Phorm. 839 me -ere credant argentum suom (NON. p. 269). Trin. 408 *argentum* confit cito. CIC. Flacc. 90 patrimonium satis lautum. div. 2, 117 quae vetustas est, quae vim divinam -ere possit? Marcell. 11 nihil est . . . opere et manu factum, quod non -at et consumat vetustas. Sull. 76 vi (*i. morbo*) -cta et eiecta. LVCR. 1, 238 res omnis eadem vis causaque volgo -ret. 2, 1002 sic interemit mors res ut materiai corpora -at. 1, 906 ignes -re⟨n⟩t volgo silvas. 1, 535 *umore, frigore, igni* omnia -untur. LIV. 1 praef. 4 populi vires se ipsae -unt (TAC. dial. 40 donec *civitas* se partibus et . . . discordiis -ecit). VITR. 7, 11, 1 *aeris et harenae* rebus (*i. proprietatibus*) per ignis vehementiam -ctis. SVET. Cal. 1 *cor* tinctum veneno igne -i (PLIN. nat. 11, 187 cremari). APVL. met. 10, 28 delicata ac tenera praecordia -it protinus virus infestum. ITALA I Cor. 6, 13 (Tert. pudic. 16) cibi ventri, et venter cibis, deus et hunc et illos -it (καταργήσει, VVLG. destruet). LACT. inst. 3, 4, 10 se ipsa philosophia consumit et -it. 3, 4, 2 *philosophia* suis armis . . . -cta. HIL. trin. 5, 28 ut praesentium impietatem futurae sitis ac famis poena -at.

3 *accedit ad notionem vincendi, subigendi*: LIV. 2, 40, 13 fortuna populi Romani duos hostium exercitus haud minus pernicioso quam pertinaci certamine -ecit. FLOR. epit. 3, 5, 22 *Pompeius regem* uno proelio -ecit. CYPR. GALL. iud. 440 *hostes* caede cruenta -ens. EVTR. 2, 9, 3 consules contra Samnites missi ingentibus proeliis eos -ecere. CIC. Att. 4, 18, 5 -cta Britannia. Manil. 28 qui . . . pluris provincias -ecit quam alii concupiverunt. BELL. Alex. 42, 2 erat provincia . . . finitimo bello ac dissensionibus -cta et vastata. LIV. 26, 21, 2. 27, 5, 3. 28, 24, 7 si debellatum iam et -cta provincia esset. 40, 35, 13 facilius est provinciam ingenio ferocem, rebellatricem -isse *al.*

part. praes. act. **cōnficiēns,** -tis. *absolute positum (pro 'efficiens') v. p. 201, 11.* CIC. part. 94 -ens . . . causa alia est absoluta (soluta *pE*) et perfecta per se. *cum genetivo iunctum*: CIC. fin. 5, 81 haec cum corporis bona sint, eorum -entia certe in bonis numerabis. *pro adicetivo*: CIC. Flacc. 44 cum civitate mihi res est acerrima et conficientissima litterarum (*i. quae diligentissime omnia acta perscribit*).

syn.: *ad I*: facere, perficere, efficere; comparare (CIC. inv. 1, 5). finire, terminare, absolvere. perpolire (CIC. de orat. 2, 121), expedire

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Cic. Brut. 154), agere (Cic. epist. 6,21,1). *ad II*: colligere, cogere. conciliare. *ad III*: consumere (Cic. Tim. 18 nat. deor. 2,125), comedere, exedere (Cic. fin. 1, 59 Tusc. 3, 27). dissipare (Cic. Flacc. 90). concoquere. debilitare. cruciare (Cic. fin. 1,60 Lact. inst. 3,8,34), excruciare (Cic. Tusc. 3,80), lacerare (Cic. Att. 3,8,2), laniare (Ps. Qvint. decl. 12, 1), opprimere (Cic. Tusc. 5, 23 Font. 36), perdere (Cic. Verr. 6, 134). interficere, occidere, concidere, delere, vastare (Bell. Alex. 42, 2). excarnificare, exstinguere. vincere.

deriv.: confectio, confectito, confector, confectura, confectus. *Hoppe.*

cōnfictio, -ōnis *f. a* confingere. Gloss. *σύνθεσις. σύμπλασις. dolosa excogitatio*: Cic. S. Rosc. 35 criminis -em accusator suscepit. Cael. Avr. acut. 1,11,81 erit -is argumentatio adhibenda. *i. q. formatio*: Avg. civ. 7, 24 crepitus cymbalorum, -o leonum (*in sacris Magnae Matris*). Avell. p. 238, 3 qui . . . plasmatus est et -em (*gr. σύστασιν*) in muliebri accepit ventre. *dub.* Tert. nat. 1, 11 professus interim con⟨fessi⟩onem temporalem (con⟨ficti⟩onem *Hartel*). Aqvila rhet. 3 *προσωποποιΐα* est personae -o. 4 *ἠθοποιΐα* moralis -o.

cōnficto, -āre. Varro ling. 7, 107 Naevius . . . in Technico (com. 93) confictant (*Turnebus*, conficiant *T*) a conficto convenire dictum.

cōnfictor, -ōris *m. a* confingere. Pavl. Nol. epist. 21, 4 Manichaeus, veri creatoris negator et falsi -r. Avg. civ. 4, 26 merito displicuit viro gravi divinorum criminum poeta -r *Homerus.*

cōnfictūra, -ae *f. a* confingere. Tert. idol. 8 *artium* species quae sine exorbitatione disciplinae id est sine idoli confictura spem victus praestent.

? **cōnfida** dubitator Gloss. IV 322, 3. V 543, 24. 594, 55. dubitator confida IV 334, 6 (confidit indubitanter committit *Löwe*). *L.*

†cōnfideiussor, -ōris *m. a* con *et* fideiussor. *qui simul cum alio fideiussit*: Vlp. dig. 46, 1, 10 pr. si dubitet creditor, an fideiussores solvendo sint, et unus ab eo electus paratus sit offerre cautionem, ut suo periculo -es conveniantur, in parte dico audiendum eum esse, ita tamen, et si satisdationes offerat et omnes -es, qui idonei esse dicuntur, praesto sint. *cf.* Pompon. dig. 46, 1, 43 Afric. dig. 46, 1, 21, 1 *etc.*

cōnfidēlis, -e *a* con *et* fidelis. *eiusdem fidei*: Cassiod. hist. 9, 3 confidelium suorum numerum gubernavit.

cōnfīdentia, -ae *f.; cf. c.* confido, confidens. Gloss. *πεποίθησις. θάρσος. παρρησία.* confidentiae: audaciae. V 183, 5 -a in malis rebus esse solet, fiducia in bonis (Non. p. 443 Mar. Victorin. rhet. 2, 54 p. 302 Serv. Aen. 1, 132 Philarg. georg. 4, 445 Isid. diff. 1, 217 Diff. ed. Beck p. 58, 24 Diff. gramm. suppl. 287, 26). Non. p. 262 -a est fiducia . . . temeritas, audacia. *primum legitur apud* Naev. *et* Plavt., *deest apud* Caes. Hirt. *poetas praeter scaenicos.*

1 *in malam partem*: *nimia audacia, superbia, impudentia*: Naev. com. 88 (Charis. *v.* rursus) qua pro -a rusus (usus *codd.*) verbum cum eo fuerim facere (*fort.* ausus *vel tale quid supplendum*). Plavt. Capt. 523 nec -ae usquam hospitium est nec deverticulum dolis. 805 in ventrem sumpsit -am (812). Mil. 189 os habet linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam, -am, confirmitatem, fraudulentiam. 229 tu unus sid recipere hoc ad te dicis, confidentiast nos inimicos profligare posse. Persa 39 qua -a rogare tu a med argentum tantum audes, impudens Rud. 645 quis homo est tanta -a, qui sacerdotem violare audet. Caecil. com. 246 tanta -a estis? aufertin superbiam? Cato or. frg. 1, 2 nequeo desinere mirari eorum audaciam atque -am. Ter. Andr. 876 o ingentem -am (*cf.* Don. *ad l.* Schol. Ter. p. 92, 32). Eun. 839. Pacvv. trag. 36 ferocem et torvam -am. 47 atrocem coerce -am. Acc. trag. 15 iram infrenes, obstes animis, reprimas -am. Rhet. Her. 2, 5, 8 quae signa -ae, non innocentiae sunt. Cic. Caecin. 2 quasi vero . . . idem possit in iudicio improbitas, quod in vi -a. Flacc. 10 iam videte, quo voltu, qua -a dicant. Phil. 2, 104 causam . . . -ae et temeritatis tuae. Att. 9, 13, 4 Bell. Alex. 52, 4. Rvt. Lvp. 1, 16 -am ostentabat. 1, 21 incredibili -a armatus. 2, 18. Petron. 107 vide ne deteriorem facias -a causam. Qvint. inst. 11, 3, 160 perfricare faciem et quasi improbam facere, tendere -a vultum. 12, 5, 2 vitia -ae, temeritatis, improbitatis, arrogantiae. decl. 343 p. 355, 13. Tac. ann. 6, 24 huc -ae venisse, ut. Svet. Cal. 51 diversissima in eodem vitia, summam -am et contra nimium metum. Gell. 16, 6, 5 indocti hominis -am demiratus. Herm. Pal. sim. 9, 22, 3 audacia et -a inanis. Itin. Alex. 53 iuvenilis -a. Paneg. 4, 2 tanta me aut neglegentia aut -a tenet. 9, 1. 12, 30 non illud -a, sed amentia; non temeritas sed necessitas erat. Amm. 14, 11, 2 antequam effundendis rebus incumberet -a. 16,12, 2 -am caput altius adtollentem. 20, 5, 4 dispersa gentium -a. 22, 12, 6. 26, 2, 4. 27, 3, 2. 29, 2, 9 praecipiti -a. Vvlg. Ier. 2, 37 obtrivit Dominus -am tuam. Ezech. 29, 16. 30, 9. Soph. 2, 15 civitas gloriosa, habitans in -a (*κατοικοῦσα ἐπ' ἐλπίδι*). Epit. Alex. 3 Alexander . . . eius -am admiratus. *nota*: Ivl. Val. 2, 26 ad hanc -am dicti (*fere i. q. audax responsio*). *c. gen. obi.*: Min. Fel. 25, 3 quid ipsa sceleris -a turpius? Itin. Alex. 13 ardentior fit audacia e -a praeiudicii. Hil. in Matth. 19, 6 *dives adolescens* in eo quod bona sua vendere et dare pauperibus iubetur, -am legis relinquere admonetur (*fere i. q. nimis secura fiducia quod legem recte observavisse sibi videbatur. cf. p. 210,24*). 20, 9 -a privilegii sui. Amm. 21, 13, 13 levium -a proeliorum ut vecors elatus.

2 *in bonam partem*: **a** *fidentia, fiducia*: Naev. trag. 4 excidit orationis omnis -a. Enn. trag. 23 nemo est tam firmo ingenio et tanta -a. Plavt. Amph. 1054 neque ullast -a iam in corde quin amiserim. Pseud. 763 -a est inimicos meos me posse perdere. Persa 231 at -ā illa militia militatur multo magis quam pondere. Caecil. com. 247 si am adhibes, confide omnia. Pacvv. trag. 174 par fortitudo, gemina -a. Qvadrig. hist. 8 simul forma factis eloquentia dignitate acrimonia -a pariter praecellebat. Cic. rep. 3, 42 duas sibi res, quo minus in vulgus et in foro diceret, -am (Non. p. 262 *i. q.* constantia) et vocem defuisse. Cael. Cic. epist. 8, 8, 9 -am attulerunt hominibus. Apvl. apol. 2,5 audacia . . . -ae fit abundantiā. Treb. Valer. 6,9 Itala Eph. 6,19 (Mar. Victorin. in Eph. 6,19, Vvlg. fiducia). Veg. mil. 1, 8 -am militarem. 3, 18. 4, 18. Ambr. hex. 6, 5, 33 omnium perturbant -am. Isaac 4, 37 hortatur ad -am, ut. in Luc. 2, 70 -am . . . habemus in (Rvfin. hist. 5,18, 8 Pavl. Med. adv. Cael. 5 Vvlg. Phil. 3, 4; ad: Hier. in Eph. 6,20 p. 682). Hier. epist. 96,12. Vvlg. II Cor. 1,15 et hac -a (*πεποιθήσει*) volui prius venire ad vos. 10,2 Eph. 3,12. Hebr. 10, 35 amittere -am. Rvfin. hist. 4,15, 25 -a simul et laetitia replebatur. Ps. Avg. serm. 237,1 magna credentibus oritur -a. Bachiar. repar. laps. 18 Naaman Syrus, virtus -ae contemptorque formidinis. Sidon. epist. 4, 23, 2 libera -am meam. *c. gen. obi.*: Apvl. Plat. 1, 2 carminum -a elatus. Itin. Alex. 10 hac belli fortuna in -am consequentium eruditus. Novell. Valent. 9, 1 roboris -a. Hil. in Matth. 5, 12 fidei . . . -am (Maximin. c. Ambr. 139). trin. 10, 61 commendatio spiritus commendantis -a est. in psalm. 54, 2 naturae . . . eius -am. Amm. 22,15,16 *crocodilus* diebus humi versatur -a cutis. Avg. c. Iul. 3, 21, 42 divinae opitulationis. Cod. Theod. 3, 16, 1 (*a. 331*) sui -a. Cassiod. var. 11, 8, 9 sub dei -a iusta promittere. *cum praep.* in: Vvlg. II Cor. 8, 22 -a multa in vos (*πεποιθήσει πολλῇ τῇ εἰς ὑμᾶς*). *nota iocose dictum*: Plavt. Asin. 547 scapularum -a, virtute ulmorum freti (Non. p. 262 duritia, patientia). **b** *fere i. q. constantia* (*cf. l. 9*): Gell. 1, 19, 8 Tarquinius . . . eam constantiam -amque non insuper habendam intellegit. Amm. 29, 5, 36 hac inopina sequendi -a territus. Itin. Alex. 31 Spartani . . . custodiri mandantur suspecti simplicis -ae. **c** *i. q. confessio fidei*: Cod. Theod. 16, 5, 37 (*a. 400*) catholicae -ae stabilita constantia.

syn. et iuxta posita: audacia, temeritas; arrogantia, impudentia, superbia. fidentia, fiducia, constantia. *opp.* nimius metus.

cōnfīdentiloquus, -a, -um. *qui confidenter loquitur.* Plavt. Trin. 201 nihil est profecto stultius neque stolidius neque mendaciloquius . . . neque confidentiloquius neque peiurius.

†cōnfīdo, -fīsus sum, -ere. *a* con *et* fidere. Gloss. *πέποιθα, θαρρῶ, καταπιστεύω*; meliora sperare. *legitur primum apud* Plavt., *raro apud poetas praeter scaen.*: Verg. *ter* (fido *15ies*), Tib. *bis*, Prop. *semel*, Phaedr. *semel* (fido *semel*), Lvcan. *quater* (fido *quater*), Val. Fl. *bis* (fido *6ies*), Mart. *semel*, Ivv. *bis* (fido *semel*); *saepius apud* Ov. (*9ies*), Sil. (*7ies*), Stat. (*6ies*). *deest apud* Catvll. Hor. (*adi.* confidens sat. 1, 7, 7; fido *8ies*), Gratt., Manil. (fido *ter*), Pers. *forma perf.* confiderunt *traditur* Liv. 44, 13, 7, *sed* -rent *edd. deponens* confideretur Avg. civ. 17, 7 *cf. p. 208,21*; *pass.* confiditur Avg. civ. 12, 14 *cf. p. 208, 33.*

fidere, fidem habere, credere, sperare: **a** *absolute*: Plavt. Merc. 856 eundem ex -ente actutum diffidentem denuo (*facis, cf.* 855). Rhet. Her. 2,4,7 utrum diffidendum an -endum fuerit. Cic. Cluent. 156 sicuti vestra aequitate nixi -imus. Mil. 78 quem ad modum -o. Phil. 6, 14 quia non -bant. or. frg. A XIV 9 animose confidens. inv. 1,25 sine causa -ere. de orat. 3,229 recte -is (*sic Bake*, vides *codd., plerique edd.*). ac. 2, 36 ut . . . -ant, notum eis esse debebit insigne veri. Tusc. 1,78 nihil nimis oportet -ere. 3,14 discrepat . . . a timendo -ere. 4, 66 cavere, -ere, providere decet, timere non decet. off. 1, 73 ne aut temere desperet propter ignaviam aut nimis -at propter cupiditatem. Att. 9, 3, 2 ille -bat et eo magis, quod. 10, 8, 2 ut -ere videtur. ad Q. fr. 2,14,2 ut -am, faciunt (epist. 12,18,1). epist. 3,9,2 quod et tu -is et ego opto (4, 13, 6). 6, 14, 1 quid sperem aut -am et exploratum habeam. 13, 6, 4 ut -o (15, 10, 1. Sidon. epist. 3, 1, 3 ut -imus). 13, 17, 3 quantum scribens -bam. Sall. Iug. 13, 9 ubi legati satis -unt. Carm. epigr. 68,12 (Corp. I 1019 = VI 30105) nihil timeo nec -o: moriundum scio. Liv. 4,32,6 satis -ere. 21,4,4 neque milites alio duce plus -ere aut audere. Qvint. inst. 9,1,23 quapropter in dicendo irasci, dolere, misereri, timere, -ere, contemnere non sunt figurae. decl. 280 p. 144, 8 haec, si -rem: illud vero ad metus pertinet. Itin. Alex. 6 Alexander . . . constans excipere, qui -ret. Amm. 16, 4, 1 ideo -entes, quod . . . didicerant. Vvlg. prov. 14,16 stultus transilit et -it (*ἑαυτῷ πεποιθώς*). Sirach 32,2 curam illorum habe et sic -e. II Macc. 15,7 Machabaeus . . . semper -bat. Matth. 9,2 -e, fili, remittuntur tibi peccata tua. 9, 22 -e (*θάρσει*), filia, fides tua te salvam fecit. Marc. 6,50 -ite, ego sum, nolite timere. Ioh. 16,33 sed -ite, ego vici mundum. Hebr. 13,18 -imus enim, quia bonam conscientiam habemus. Svlp. Sev. epist. 2, 8 ut spero, credo et -o.

b *coniungitur cum dat. et abl.*: **1** *cum dat.*: Serv. Aen. 1, 452 fido et -o dativum regit. Rhet. Her. 1, 5, 8 veritati eos -ere aperiemus. Cic. Cluent. 63 eum certe potius *corrupisse*, qui sibi alia ratione diffideret, quam eum, qui omni ratione -ret. Flacc. 5 cur sibi -at is qui . . . curavit? har. resp. 35 hoc et tu

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tibi -is magis et nos prope iure diffidimus. Q. Rosc. 11 alter causae -it, alter diffidit (Verr. 3, 69 Cluent. 10 Sest. 135 Mil. 61 inv. 1, 22 fin. 1, 31 *al.*). Verr. 4, 155 malitiae suae. Phil. 5, 1 constantiae (Att. 16, 16, 5). Phil. 10, 1 virtuti (Bell. Alex. 61, 1 Liv. 3, 67, 5 Tac. ann. 14, 36 Vvlg. Sirach 16, 8). rep. 3, 23 sibi -it. leg. 1, 10 vacationi. fin. 3, 29 vitae (Ov. epist. 16, 173). ac. 2, 36 Lael. 17, 30. Att. 1, 9, 2 arcae nostrae. 12, 18, 3 de sorte mea Sulpicio -o et Egnatio. 16, 9 aetati. 16, 16, 15 quod parum -am aut liberalitati tuae aut nostrae amicitiae. epist. 6, 6, 4 divinationi. 6, 18, 3. 15, 21, 3. 16, 24, 1 diligentiae tuae. Planc. Cic. epist. 10, 18, 3. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 16, 6. Q. Cic. pet. 35 quantum cuique -as. Caes. Gall. 7, 33, 1 sibi (civ. 3, 7, 2. 3, 10, 7). 1, 40, 15 legioni (1, 42, 5). civ. 2, 40, 1 partem, cui maxime -bat (civ. 3, 94, 5). Bell. Afric. 19, 3. 60, 4. Verg. Aen. 5, 849 mene huic -ere monstro. Ov. ars 2, 143 figurae (met. 10, 69. Lvcan. 10, 82 formae). Liv. 21, 19, 10 nequis fidei Romanae aut societati -at (39, 51, 4 fidei regum). 22, 18, 9 fortunae (Cvrt. 7, 11, 27. 3, 13, 4 felicitati. 7, 7, 28). Liv. 40, 12, 15 meae tantum apud eos gratiae (Tac. ann. 1, 81 gratiae aut meritis. Cvrt. 4, 10, 16 Graecorum erga se benevolentiae). Rvt. Lvp. 2, 17 cum alicui rei vehementer -imus. Vitr. 6 praef. 2 pecuniae. Sen. contr. exc. 8, 6 Cels. 5, 26, 23 Sen. dial. 9, 14, 2. epist. 4, 7 tranquillitati. 72, 7 Cvrt. 7, 9, 1. 8, 2, 24 turbae. Lvcan. 5, 554 ardea sublimis pinnae -isa natanti. Sil. 9, 342 linguae. 17, 335 vobis. Stat. Theb. 5, 292 Lyaeo. Tac. hist. 1, 14 militi. 4, 34 victoriae. Plin. epist. 9, 29, 1 nulli satis -isus. Fronto p. 214 N. parum amicitiae. Hil. c. Const. 27 audi humanae spei -entem securitatem. Avson. 257, 7 Galba senex, frustra socio -isus inerti. Evstath. Bas. hex. 6, 10 p. 933^{B} temporali potentiae. 8, 6 p. 852^{A} pullos ... iam volatui -entes. **2** *c. abl. (aliqua re)*: Qvadrig. hist. 10^{b} animo magis quam arte -isus (Cic. Tusc. 5, 8). Cic. Q. Rosc. 2 copia et facultate. Cluent. 1 altera mihi niti et magno opere -ere videbatur invidia iam inveterata. Tusc. 5, 40 aut corporis firmitate aut fortunae stabilitate. Pomp. Cic. Att. 8, 12 d, 1 voluntate. Cic. Att. 8, 13, 2. 13, 29, 3 repraesentatione. Lent. Cic. epist. 12, 14, 4 nulla alia -isus urbe. 12, 15, 2 auctoritate vestra. Caes. Gall. 3, 9, 3 natura loci (Hirt. Gall. 8, 15, 1). 3, 27, 2 anni tempore. 7, 50, 1 cum ... hostes loco et numero, nostri virtute -rent (civ. 3, 24, 1 Bell. Alex. 13, 6 Bell. Afr. 79, 1 Veg. mil. 3, 26 Amm. 16, 12, 9. 23, 6, 83 equitatus virtute. Clavd. carm. min. 25, 133). Caes. Gall. 7, 68, 3 equitatu qua maxime parte exercitus -bant (civ. 3, 24, 1). civ. 1, 42, 3 munitione (civ. 3, 80, 3. Vitr. 2, 9, 15 naturali -e). 1, 58, 1 celeritate navium et scientia gubernatorum. 1, 75, 3 castrorum propinquitate. 3, 83, 1 adfinitate (Amm. 27, 9, 2). Hirt. Gall. 8, 3, 3 privatis hospitiis -isi aut societate (Svlp. Sev. chron. 1, 42, 3 societate regis). Bell. Alex. 10, 5 locorum notitia (gnaritate: Amm. 27, 10, 9. 30, 1, 12). 43, 1 virtute et scientia sua -isus. 45, 1 sua classe. Bell. Afr. 1, 5 animoque et spe. 15, 2 suorum multitudine. 49, 1 magnitudine copiarum. Ov. epist. 9, 99 pedibus formaque bimembri. met. 13, 240 socio semper -it Vlixe. Liv. 28, 42, 12 -isi Carthaginienses consensu Africae. Vitr. 7 praef. 17 magna scientia. Sen. epist. 75, 9 bono suo frui, nondum -ere. Lvcan. 4, 406 bellaci -isus gente. 4, 668 robore (Stat. Theb. 12, 743 Lact. opif. 4, 19). Sil. 16, 405 primaevae flore iuventae. Plin. paneg. 68 patientia nostra. Flor. epit. 3, 16, 1 consulatu suo. Gell. 17, 19, 3 lingua. Apvl. apol. 87 magia. Paneg. 5, 1 maiestatis tuae recordatione (Lact. inst. 5, 20, 9 maiestate). Arnob. nat. 1, 48 scientiae veritate (Lact. inst. 3, 14, 17 philosophiae veritate). Amm. 14, 2, 9 vigore corporum ac levitate. 22, 15, 8 textu librorum. 29, 5, 7 proeliorum stabilitate *al.* Hier. epist. 126, 1 stulta persuasione. Vvlg. iud. 20, 22 fortitudine et numero. Is. 36, 4 fiducia, qua -is. Clavd. carm. min. 49, 10 sorte. Avg. civ. 7, 26 vera religione. 22, 11 elementorum ordinem, quo -unt. Inscr. christ. Rossi II p. 150, n. 21, 1 Iosaphat sola -ens laude Tonantis. **3** *utrum dat. sit an ablativus, dubium in his*: Plavt. Capt. 536 quia rebus -am meis. Merc. 363 nec qui rebus meis -am, mi ulla spes ... certast. Pseud. 1204 nugis. Lvcil. 1010 neminis ingenio tantum -ere oportet. Acc. trag. 84 ut tam obstinato animo -isus tuo. Varro ling. 9, 81 ab tressibus virilia multitudinis 'hi tresses' et 'his tressibus -o', singulare 'hoc tressis habeo' et 'hoc tressis -o' (*i. minimi habeo. cf. Marx ad* Lvcil. 1153). Rhet. Her. 4, 45, 58 fortunis. Cic. Verr. 1, 15 his rebus. *ibid.* eorum praesidio (Caes. civ. 1, 42, 3. Hirt. Gall. 8, 19, 5 cohortium. Clavd. rapt. Pros. 3, 229). Flacc. 97 imperitae multitudinis iudicio (ad Q. fr. 3, 1, 15 his iudiciis). Planc. 55. Phil. 2, 46 gladiis. 10, 10. de orat. 3, 228 omnibus istis laudibus. ac. 2, 29 iis. 2, 80 testibus. Tusc. 5, 40 suis bonis (Sen. Phaedr. 774 bono fragili). Att. 7, 8, 4 rei publicae copiis (Caes. civ. 3, 109, 2 copiae nequaquam erant tantae, ut eis ... -ret. Veg. mil. 3, 26 pedestribus copiis). Pomp. Cic. Att. 8, 12 c, 4 legionibus. 9, 5, 3 optimatibus vero tuis nihil -o. Cic. epist. 7, 3, 2 militibus (Caes. civ. 3, 74, 3 Liv. 2, 45, 4). 11, 24, 1 exercitibus. Caes. Gall. 1, 53, 2 viribus (Ivv. 10, 11 Tac. hist. 4, 33 ann. 12, 33. Ivst. 3, 2, 3 propriis viribus). 3, 25, 1 auxiliaresque, quibus ... non multum ... -bat. 5, 17, 3 subsidio. 6, 14, 4 litteris (Vitr. 1, 1, 2). civ. 1, 12, 3 voluntatibus. 2, 4, 4 inusitatis atque incognitis rebus. 2, 5, 5 ut ... vel domesticis opibus vel externis auxiliis de salute urbis -rent (opibus: Sall. Iug. 83, 1 Apvl. met. 9, 36 Svlp. Sev. chron. 1, 40, 1). 3, 10, 9 armis (Ivst. 1, 10, 19 Vvlg. II Macc. 8, 18). Sall. Catil 16, 4 amicis sociisque. 52, 28 dis inmortalibus (Fronto p. 90, 7 N. divis. Sil. 12, 686). Iug. 112, 2 Mario. Verg. Aen. 1, 452 salutem sperare ausus et adflictis melius -ere rebus (*cf.* Serv. *ad l.*). 5, 870 pelago sereno (Sen. Ag. 682 pelago tranquillo. Sil. 3, 153). Tib. 2, 1, 21 plenis ... agris. Prop. 1, 11, 9 remis -isa minutis. Ov. am. 3, 9, 39 carminibus. fast. 3, 569 hospitio regis. Liv. 4, 42, 4 auxilio. 6, 22, 9. Vitr. 2 praef. 1 naturae muneribus. 7 praef. 10 auctoribus. 10, 2, 11 non -isus carris, ne rotae devorarentur. Sen. Med. 221 regnis (Val. Fl. 1, 176. 6, 625). Thy. 615 nemo -at nimium secundis (nat. 3 praef. 7 Porph. Hor. carm. 2, 10, 21. Clavd. 5, 440 elatis). benef. 6, 31, 1 caducis (Sil. 14, 90 fluxis). Colvm. 10, 55 tuto necdum -isus Olympo. Ascon. Mil. p. 32 bonorum studiis. Mart. 2, 47, 3 -is natibus? Ivv. 12, 58 dolato ligno. Plin. epist. 9, 13, 11 quid praesentibus -is, incertus futurorum. Svet. Iul. 86 senatus consulto. Tib. 19 -ens ... ostento sibi a maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Apvl. apol. 46. Priscill. tract. 10, 126 deo (Lact. inst. 5, 13, 14 Svlp. Sev. chron. 1, 50, 5). Amm. 16, 7, 8 aetatis nostrae testimonio locupleti -isus. 18, 3, 4 hoc indicio *sim.* Vvlg. Phil. 1, 14 -entes (*πεποιθότες τοῖς*) vinculis meis. Clavd. 17, 71 hic -it aquis, hic procreat omnia flammis. rapt. Pros. 1, 142 ingenio loci *al.*

nota: *coniungitur c. accus. pronominis*: Caecil. com. 247 si confidentiam adhibes, -e omnia. Vvlg. Phil. 1, 6 -ens hoc ipsum (*πεποιθὼς αὐτὸ τοῦτο*), quia. Avg. civ. 17, 7 cum id -retur Saul et veniam precaretur. *cf. p. 207, 66.* *ex Graeca consuetudine fluxisse videtur*: Stat. Theb. 2, 573 Theron terrigenas -isus avos (*gr. εὐχόμενος*; *cf.* Schol. Stat. p. 125, 21 qui gloriaretur avos se promeruisse terrigenas).

c *cum praepositionibus*: de: Apvl. Plat. 2, 20 de animae immortalitate. Tert. fug. 10 de tutela Domini. Vlp. dig. 1, 3, 34 de consuetudine provinciae. Hil. in Matth. 31, 4 de se. Lvcif. de non parc. 23 p. 259, 18 de infatigabili pietate (Leo M. serm. 41, 2). Hier. epist. 22, 12 de sanguinis propinquitate. Vvlg. II Thess. 3, 4 -imus de vobis in Domino (*ἐν κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς*). Hebr. 6, 9. Pavl. Nol. epist. 51, 3 de animorum vestrorum piissima affectatione. Avg. adult. coniug. 2, 13, 13 de viribus (epist. 276, 1). civ. 12, 14 quo modo enim vera beatitudo est, de cuius numquam aeternitate -itur. 21, 27 de hac oratione. c. Iul. 5, 3, 9 de sua virtute (Avell. p. 481, 2). Pavl. Med. bened. 6, 1 de ... velocitate et fortitudine. Evtych. Leo M. epist. 21, 1 de mea in Dominum ... spe et fide. Avell. p. 72, 2 de praesumptis per vim parietibus. Greg. Tvr. glor. mart. 5 de Domini misericordia (Caes. Arel. testam. l. 65). Bened. reg. 68 de adiutorio Dei *et saepius apud scriptores recentiores.* in *c. abl. (gr. ἐπί, ἐν)*: Itala deut. 32, 37 (Lugd.) in quibus -bant in ipsis (*ἐφ' οἷς ἐπεποίθεσαν ἐπ' αὐτοῖς*, Vvlg. in quibus habebant fiduciam). Hil. in Matth. 19, 5 in lege. Lvcif. non conv. 2 p. 6, 24 idololatriam, in qua -bat. Dares 7 in deorum benignitate. Ambr. serm. 24, 6 qui -unt in phylacteriis et characteribus. Hier. in Ezech. 21, 18 p. 249 in ... fortitudine (c. Pelag. 2, 27 Salv. gub. 7, 45). epist. 52, 5 in praeterita castitate. Vvlg. II par. 16, 12 in medicorum arte. Iudith 4, 13 in virtute (psalm. 48, 7 I Macc. 10, 71 Avg. correpт. 1, 2 epist. 155, 9. 157, 29 Prosp. epist. 2, 20). psalm. 24, 2 *et* 56, 2 in te (*ἐπὶ σοί*). 117, 8 in Domino (*saepe apud script. eccl. ut etiam* in Deo). 117, 8 in homine. *al.* Is. 36, 9 in Aegypto. 59, 4 in nihilo (Lib. iubil. 20, 8). Ier. 7, 4 in verbis mendacii. *al.* Am. 6, 1 in monte Samariae. II Cor. 2, 3 in omnibus vobis (*ἐπὶ πάντας ὑμᾶς*). 7, 16 in omnibus -o in vobis (*ἐν παντὶ θαρρῶ ἐν ὑμῖν*). 10, 1 in vobis (*εἰς*). Gal. 5, 10 in vobis in Domino (*εἰς ὑμᾶς ἐν κυρίῳ*). Cassiod. hist. 9, 19 in antiquis expositionibus. in *c. acc.* (*ἐπί, εἰς*): Itala iud. 8, 11 (Lugd.) et percussit castra, castra autem erant, in quas -bant (*καὶ ἐπάταξεν παρεμβολήν, καὶ ἡ παρεμβολὴ ἦν πεποιθυῖα*, *rectius* Vvlg. percussit castra hostium, qui securi erant et nihil adversi suspicabantur). psalm. 2, 13 (Aug. epist. 153, 7) in eum (Vvlg. in eo). Lvcif. Athan. 1, 35 p. 127, 17 ab eo, in quem solum -endum esse atque sperandum docens dicit David. Vvlg. IV reg. 18, 21 omnibus, qui -unt in se (*ἐπ' αὐτόν*). sap. 16, 24 in te (*εἰς σέ*). Avg. gen. ad litt. 11, 8 p. 341, 14 in Deum (Apring. in apoc. 3, 2). c. Cresc. 3, 9, 9 in hominem. epist. 656, 33 in eum. Pass. coron. 1 in fidem. 4 in quem (*Iesum Christum*) -imus. super: Itala deut. 28, 52 (Lugd.) -bas super ipsos (*ἐπ' αὐτοῖς*, Vvlg. in quibus habebas fiduciam). Tert. scorp. 7 super summos autem muros -isa dicit. Vvlg. Is. 31, 1 et non sunt -isi super sanctum Israel (*ἐπὶ τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραήλ*). 36, 6 -is super baculum harundineum (*ἐπὶ τὴν*).

d *c. inf. vel acc. c. inf., plerumque futuri (i. q. sperare, expectare), praes. et perf. inde a* Cic. (*i. q. pro certo habere*): Plavt. Amph. 935 -o fore. Aul. 687 istuc -o ⟨a⟩ fratre me impetrassere. Capt. 167 illum -o domum in his diebus me reconciliassere. 171 hoc illum me mutare -o pote (fore *codd.*). 575. 696 Cist. 73. Curc. 143 -o parasitum hodie adventurum. Merc. 746 nos -o onustos redituros domum. Mil. 941 -o confuturum. Persa 286. 456 proventurum bene -o mihi. 627 Poen. 1165 Rud. 633. Stich. 454 -o quam potis, me meum obtenturum regem. Trin. 460. Ter. Ad. 826 ut -am fore. Haut. 160 salvom adfuturum esse hic -o propediem (*cf.* Evgraph. Ter. Haut. 160 -o: fiduciam gero). Rhet. Her. 3, 15, 27 verum nec hoc -isus sum posse fieri, ut. Cic. *saepe ex. gr.* Verr. 1, 10 se -at aliquid proficere posse. 3, 105 effugere te posse -is. 3, 108 omnibus improbitatem perspicuam esse -o. 4, 144 non ... quo vobis magis hoc persuadeatur, quam iam persuasum esse -o. 6, 177 ego mei rationem iam officii -o esse omnibus iniquissimis meis persolutam. Cluent. 152. 194 cuius ego furorem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atque crudelitatem deos . . . aspernatos esse -o. Catil. 1, 8 cum te Praeneste . . . occupaturum . . . esse -res. Arch. 32 ea -o probata esse omnibus. Balb. 62 animos certe -imus . . . humanitate vestra esse placatos. Rab. Post. 45 quos aequissimos esse -imus. Deiot. 41 *regnum* posteris etiam suis tradituros se esse -unt. Phil. 14, 34. de orat. 1, 19 se id, quod expetunt, consequi posse -ant. 2, 232 aut recta esse -amus aut prava intellegamus. 2, 364 similiter se unquam dicturum esse. orat. 76 frg. inc. I 5. fin. 2, 86 quis . . . -it semper sibi illud stabile et firmum permansurum. ac. 2, 18 ut plane -as perceptum id cognitumque esse. Tusc. 2, 3 se imitari posse. 3, 38 qui praesentibus voluptatibus frueretur -retque se fruiturum. nat. 3, 9 esse id perspicuum. off. 3, 5 haec te assidue audire atque accipere. Att. 1, 10, 2 magno opere -o illum fore in officio. 1, 10, 5 de fratre -o ita esse, ut semper volui. 1, 17, 2 -bam ac mihi persuaseram fore (epist. 13, 7, 3). 9, 11, 2 et illum in ea sententia esse -bat et se auctorem fore pollicebatur. 15, 6 quem adhuc bonum fuisse sciebant neque eum -bant fore. epist. 7, 14, 2 nosque a te amari cum volumus tum etiam -imus. Cael. Cic. epist. 8, 13, 1 celeriter sublatum iri. Cic. epist. 11, 8, 1 sperant atque -unt, . . . regno te rem publicam liberaturum. 12, 19, 1 quod ita fore -o fretus . . . prudentia tua. epist. frg. V 11 (Non. p. 371, 7) tu si meam fidem praestiteris, quod -o te esse facturum. Q. Cic. pet. 19 haec tibi omnia parata esse debebant, sicuti parata esse -o. Lvcr. 5, 390 siccare prius -unt omnia posse, quam. Caes. Cic. Att. 9, 6ª me celeriter ad urbem venturum. Gall. 1, 23, 3 intercludi posse. 2, 30, 4 turrim . . . sese conlocare posse -rent. 3, 9, 5. 4, 30, 2 neminem . . . in Britanniam transiturum -bant. 5, 27, 4. 7, 80, 4 suos pugna superiores esse. civ. 1, 26, 4. 1, 43, 2 se interclusurum adversarios -bat. hoc sperans . . . 2, 31, 5 quae . . . aut omnino falsa aut certe minora opinione esse -o. 2, 31, 8 magnaque ex parte iam me una vobiscum de re iudicium facturum -o *al.* Bell. Alex. 17, 2 urbem . . . temptari posse. 18, 3 pares esse. Sall. Catil. 17, 7 facile apud illos principem se fore. Iug. 26, 1 inviolatos sese fore. Nep. Milt. 1, 1 ut non iam solum de eo bene sperare, sed etiam -ere cives possent sui, talem eum futurum, qualem cognitum iudicarunt. Tib. 1, 9, 45 stulte -isus amari. Ov. met. 9, 256 meum laetabile factum dis fore -o. trist. 3, 3, 79 quos ego -o . . . daturos nomen. Liv. 1, 41, 5 -ere propediem ipsum eos visuros. 6, 15, 4. 34, 60, 5 magno opere -ere et Carthaginienses ad rebellandum ab se conpelli posse. 44, 13, 7 nocte †moenia modo, sed agros etiam -rent (-runt *V*, -re *Scioppius*) se a populationibus tueri posse. 44, 22, 13 qui . . . suadere se mihi . . . -at. 45, 5, 8 innoxium se . . . argui *al.* Vell. 1, 17, 5 quas esse veras -am. Val. Max. 3, 7, 11 se superiorem esse. 3, 8 praef se aliquid ordine ac recte mente complexum -it. Phaedr. 1, 18, 6 illo posse -o loco malum finiri. Sen. clem. 2, 2, 1 futurum hoc, Caesar, ex magna parte sperare et -ere licet. Sil. 13, 176 -isum nullo comitante irrumpere tectis. Qvint. inst. 5, 12, 17 sedes non me quidem omnes ostendisse -o, plurimas tamen. Plin. epist. 3, 15, 3 -o tamen non sic auribus duci, ut. 3, 18, 10 -o in hoc genere materiae laetioris stili constare rationem. 7, 16, 3 spero, immo -o facile me impetraturum *al.* Svet. Iul. 29. Otho 10 sine bello rem transigi posse. Fronto p. 91, 29 N. -o salubriter sponte provenisse alvum tibi. p. 94, 8 N. 153, 11 N. Tert. anim. 25 infantem et vivere -atis et ludere. ieiun. 3 orat. 1. test. anim. 1 nam et quod relatum est, neque omnes sciunt neque, qui sciunt, constare -unt. Paneg. 7, 23 me -o placuisse. Ps. Hil. libell. 9 ut his solis beatitudinem habere -ant. Priscill. tract. 2, 54 aliquid probare de nobis -o. Amm. 25, 9, 2 adfuturam Iustitiam dimicaturis. Hier. in Is. 15, 1 p. 185 quia sibi -bat in muris, insidiis eam et cuniculis fuisse superatam. Vvlg. II Macc. 9, 27 -o (*πέπεισμαι*) enim eum moleste . . . acturum. Rom. 2, 19 -is (*πέποιθας*) te ipsum esse ducem caecorum. II Cor. 10, 7 si quis -it sibi Christi se esse. Avg. civ. 7, 32 quae . . . et impleta credimus et impleri cernimus et implenda -imus. 21, 15 nec quisquam se debet ab isto ad illum transisse -ere. Svlp. Sev. dial. 2, 2, 4 nihil illi impossibile -isus. Corp. X † 4494 (*a. 489*) -imus . . . te vivere semper.

e *sequitur enuntiatum*: ut: Plin. epist. 2, 5, 7 sicut veremur, ne . . . probetur, ita videmur posse -ere, ut universitatem omnibus varietas ipsa commendet. quod: Amm. 30, 8, 1 -isi, quod nec metu nec adulandi foeditate constricta posteritas incorrupta praeteritorum sòlet esse spectatrix. Svlp. Sev. Mart. 16, 4 -o, quod per te reddenda sit sanitati. Avell. p. 473, 11 -imus in domino nostro Iesu Christo, quod. Sidon. epist. 1, 1, 3 -o, quod . . . consequetur causa victoriam. Alc. Avit. epist. 50 p. 79, 13 -o de misericordia dei nostri, quod etiam mihi . . . praestabit. Cod. Iust. 10, 44, 4 pr. eos . . . -ere volumus, quod posteritas eorum . . . huiusmodi fortuna libera manebit. Carm. c. pag. 64 hinc tua -isus possent quod facta latere. Vita Caes. Arel. 2, 46 -o . . . in domino, quod. quia: Pelag. in Rom. 8 p. 686ᴮ.

synonyma: audeo, credo, expecto, nitor, opto, mihi persuasi, spero. *opposita*: diffido, despero, metuo, timeo.

derivata: confidentia, confidentiloquus, confisio.

diligenter fovere, recreare, reficere, curare: **1** *proprie*: Afran. com. 143 iubeo hominem tolli et conlocari et -eri. Pavl. Fest. p. 84 fomites sunt assulae . . . dictae quod in eo opere occupati cibis potuque -entur, . . . alii vocari putant scintillas . . . dictae autem ita quia igni sunt -tae. p. 75. Apvl. met. 8, 7 membra lavacro, cibo denique -ret. Hil. in Matth. 28, 1 indicans se in minimis suis . . . -eri et nudis contegi (Vvlg. Matth. 25, 35 colligere; *cf.* Hier. epist. 66, 5 in his Christum -et. Orient. comm. 1, 579 visitor in clausis curor -tus in aegris). Ambrosiast. in Rom. 14, 21. in I Cor. 9, 20 magna industria -et illos et compatitur. Hier. in Ion. 1, 15 p. 404 *mare Ionam* in visceribus suis desideratum tenens gaudet et -et. 2, 6 p. 410. in Ier. 15, 10 p. 946 in sanctis atque pauperibus -endis. epist. 22, 35 tanto senum ministerio -etur *aegrotus* (108, 19 aegrotantes. 108, 27 manu stomachum -ere. Favst. Rei. spir. 2, 4 p. 140, 15 pes -etur et caput se fomentum sentire testatur. Alc. Avit. epist. 45 dolores internos medici illius manus . . . -et). epist. 23, 3 Abrahae sinibus -etur. 77, 10 navigaturos litus molle -eat. Ps. Rvfin. in Os. 3, 1 -eat sauceatos. Prvd. perist. 11, 138 reverendam canitiem mollit, -et in gremio. Pavl. Nol. epist. 23, 34 quibus vel fratres iuvantur vel inopes -entur. Ps. Avg. serm. 188, 4 blandiori eum requie. Victric. 28 *fides* in carceribus -et confessores. Zacch. 3, 1. Cod. Theod. 7, 18, 4 pr. (*a. 380*) qui *desertorem* in perniciem domini aut sceleris participatione -vit (*ibid.* latebram praebere; *cf.* Ps. Ambr. act. Seb. 69 nullus inveniri poterat locus ad latebram -endam. Avell. p. 144 nonnullarum domorum latebris -etur). Prosp. carm. de ingrat. 491 damnatos. Sidon. epist. 2, 2, 14 -endo sopori tuo. Drac. laud. dei 2, 697 *dextra dei* -et abiectos et semper pascit egentes. Fvlg. Rvsp. serm. dub. 8 p. 868^{A} *pueros tres* angelus amplexabat et ulnis opacantibus -bat. *i. q. calefacere* (*cf. l. 45*): Hil. trin. 10, 14 ea natura corporum est, ut . . . algens rideat et -ta gaudeat. Hier. epist. 85, 6 pileolum . . . senili capiti -endo. Rvfin. symb. 3 *imbribus et tepore* terra -ta. Pavl. Nol. carm. 24, 321 qui maluisset -eri excalcius quam calciari frigidus. Isid. nat. 15, 3 sol illuminat et exurit et opaco tempore -et sanos. *de semine*: Hil. in psalm. 57, 5 *sentium genus* florescit cum ceteris vere -tum. Hier. in Ion. 4, 6 p. 426 si sementem in terram ieceris, cito -ta consurgit in arbore. c. Ioh. 22 terra receptum *semen* -et, confotum corporat. adv. Rufin. 3, 28. *de ovis*: Hil. in Matth. 24, 11 parentis (*sc. gallinae*) sedulitate -ti exeunt in volatum. *ibid.* alterius generationis ortu et calore -entis renati. Vvlg. Is. 59, 5 et quod -tum est (*ovum*), erumpet in regulum. Avg. civ. 19, 12 *milvus* nidum congerit, ova -et, pullos alit. serm. 385, 2 passeres nidos faciunt simul ova -ent. *de infantibus*: Chalc. comm. 165 aqua calida -eantur recens nati. Pavl. Nol. carm. 6, 138 caelestem dominum pia -et alvus. Avg. serm. ed. Mai 91, 2 cum primitus natus esset infans *Christus*, pannis obvolutus est et in praesepio reclinatus, quasi homo nutritus atque -tus est. Gild. Brit. 12 chron. III p. 32, 19 omnes exultant filii gremio ac si matris ecclesiae -ti. *adde*: Ven. Fort. carm. 3, 17, 10 implumes fetus pia mater hirundo -et. *nota de igni*: Prvd. perist. 10, 861 carnifex . . . prunas maniplis -ere (*inf. hist.*) stuppeis et semen ignis . . . quaerere. Gild. Brit. 24 chron. III p. 39, 10 -batur . . . ignis orientali sacrilegorum manu exaggeratus.

2 *translate*: Corp. VI 1696, 10 (*a. 307 p. Chr.*) ⟨ut fortunae eorum⟩ . . . recreatae atque -tae . . . convalescerent. 1675, 11 (*ante a. 333 p. Chr.*) iustitiae eius provisionibusque -tis omnibus (*cf.* 31940, 11, *ubi recte* iustitia). Hil. in Matth. 14, 10 praedicatio . . . Ioannis et prophetarum in virtute aquae vitae humanae spem -bat (*syn.* alebat). Serm. Arrian. frg. I 1 gratia ipsius (*verbi dei*) -ti opportune . . . loquamur. Ambrosiast. in I Cor. 9, 19 animos illorum qui peccabant. in II Tim. 1, 7 animum suum mentis alacritate. Hier. epist. 60, 5 dolorem suum. Pelag. in I Tim. 5 p. 883^{A} *viduas honora* necessaria praebendo et solacio -endo. Ps. Rvfin. in Am. 3, 12 p. 1069^{C} (*opp.* affligere). Pavl. Nol. epist. 3, 4 in sacerdotii ordinatione -or. epist. app. 2, 25 familiam tuam ita rege et -e. Physiogn. 12 *sanguis* mentis ingenium -et et acumen animi excitat. Cassian. conl. 4, 11, 3 honoribus illa (*sc. caro*) et laudibus hominum -etur. Leo M. epist. 151 errorem apertis intra ecclesiam disputationibus -ere. Avell. p. 357, 14 nequitias. Sacr. Leon. p. 345. Alc. Avit. hom. 24 p. 75, 3 utramque pax -eat, virtus adiciat.

cōnfracēsco, -uī, -ere *a* con *et* fracescere. *i. q. putescere*: Varro rust. 1, 13, 4 alteram veterem *partem stercilini* tolli in agrum, quod enim quam recens quod conf⟨r⟩acuit melius (*sc. ordo*: quod enim melius quam).

cōnfractio, -ōnis *f. a* confringere. Gloss. *θραῦσις, κατέαξις.* **1** *proprie*: Itala Ioel 1, 7 (Weing. Ps. Aug. spec. 112 p. 644, 12. 121 p. 664, 8) posuit . . . ficulneas meas in -em (*εἰς συγκλασμόν*, Vvlg. ficum meam decortavit). Itin. Theod. 4 in Emmau Cleopas cognovit domnum in confractione (Vvlg. Luc. 24, 35 in fractione) panis (Sedvl. op. pasch. 5, 30 [carm pasch. 5, 365 fragmine panis]). Hier. vir. ill. 16 -o ossium membrorumque divisio. in Ier. 25, 34 p. 1023 maius eorum (*sc. vasorum*) in -e sit damnum. Vvlg. Is. 24, 19 -e confringetur terra (*ταραχῇ ταραχθήσεται*). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 2

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

per arcuum -es ac ignes et per tormenta omnigena transeuntes. AVG. epist. 140, 50 ramorum. PS. AVG. quaest. test. I 8 post ... -em tabularum in quibus data lex fuerat (ISID. in exod. 40 *tit.*). *nota*: ORIBAS. syn. 6, 26 ut eis fiat -o carnis ex multitudine(m) frictionis.

2 *translate*: *i. q. contritio*: ITALA psalm. 105, 23 (Veron. *et* VVLG.) si non Moyses stetisset in -e in conspectu eius (HIL. in psalm. 2, 38 contritio ... illa sive -o est quae in nobis corporeas voluptates ... comminuit. PROSP. in psalm. 105, 23 non ita dixit 'in -e' quasi ut confrangeret iram dei, sed in plaga, qua erant illi conterendi, in quo Moyses obiecit se ipsum pro eis). Ezech. 7, 7 (Amiat.) venit -o super te (*ὕβρις*, VVLG. contritio). 7, 10. VVLG. IV Esdr. 7, 38 David pro -e *oravit*. PS. RVFIN. in psalm. 55, 10 per tuam -em. IVNIL. 2, 22 inimicorum. *i. q. lassitudo*: ENNOD. epist. 8, 13 p. 209, 17 nihil valitudini meae de itineris -e indico decessisse. *nota*: GREG. TVR. glor. conf. 21 nec ultra ab hoc morbo frigorae vel -is ullius pertulit gravitatem.

1. cōnfractus, -a, -um *v.* confringo.

2. cōnfractus, -ū *m. a* confringere. PROB. app. gramm. IV 193, 9 nomina appellativa generis masculini quae ablativo casu numeri singularis u littera terminantur: ... confractu, refractu, infractu.

cōnfragēs *v.* conflages.

cōnfragmentum simul confragosum ut mons GLOSS. IV 44, 6. 500, 1. V 183, 14. 280, 52. 593, 46 (*ubi* rugosum). confraumentum *libri aliquot.*

cōnfragōsitās, -ātis *f. a* confragosus. CHALC. comm. 37 ex quibus (*sc. vocalibus*) consonantium confragositas levigatur.

cōnfragōsus, -a, -um [*cf. c.* confringere. *Th.*]. GLOSS. *κατεαγώς*. confragosa aspera, dura. confragosa loca aspera loca. *habet* PLAVT. *bis*, VARRO rust. *bis*, CIC. phil. *semel*, LIV. *10ies*, SEN. *et recentiores.*

1 *proprie*: VARRO rust. 1, 18, 4 ut *ager* arari non possit, quod sit -us atque arduis clivis. 1, 20, 5. LIV. 5, 26, 5 asperis -isque circa et partim artis partim arduis viis (38, 40, 6 via ... silvestris, angusta, -a. 44, 3, 3 ardua et aspera et -a. SEN. epist. 84, 13 -a in fastigium dignitatis via est. PANEG. 8, 7 militaris vias ita -as. LACT. inst. 6, 3, 2 *viam virtutum* primo aditu esse arduam et -am. AMBR. epist. 63, 40 -a et aspera *via* cautiores exigit). LIV. 28, 2, 1 loca (32, 4, 4. 32, 10, 10 arta et -a loca. 35, 27, 16. 35, 29, 7 SEN. nat. 5, 14, 2. COLVM. 2, 2, 8 locus ... nemorosus arboribus an lapidibus -us. 6, 17, 2 FRONTIN. strat. 2, 3, 3. 2, 3, 20. 2, 5, 19 in montibus et locis -is. 2, 5, 35. grom. p. 24, 8 per clivia et -a loca. *al.* HIER. adv. Rufin. 1, 30 de -is et asperis locis enavigavit oratio. virg. Mar. 17). LIV. 38, 41, 6 angustiae ... nec minus -ae quam priores. PAVL. FEST. p. 181 ocrem ... montem -um vocabant (HYG. lim. grom. p. 198, 21 mons asper et -us. IORD. Get. 45). SEN. epist. 107, 3 -um hoc iter (AMBR. in psalm. 1, 24 scopulosum et -um iter. *cf.* CIC. phil. frg. IX 17 hoc iter vitae tam -um putamus, tam plenum iniuriarum ac miseriarum atque laborum. AMBR. Iob 4, 5, 19 -o ... vitae huius itinere). FRONTIN. strat. 2, 3, 8 in colle -o (AMM. 27, 10, 9 montem per -os colles undique praeruptum). 2, 5, 22 rupibus. HYG. mun. castr. 51 si ... neque lapide mobili nisi -um (copiosum *cod.*) vallum extrui potest. GROM. p. 326, 4 steriles terras et -as. LACT. inst. 6, 7, 6 praecipitia. AMM. 31, 12, 11 decursis viarum spatiis -is. AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 34 ex isto -o scopulosoque deserto. HIER. in Abd. prol. p. 361/2 -um mare ... transfretare. 20, 21 p. 384 scopulos (SIDON. epist. 8, 6, 14). in Ezech. 3, 22 p. 35 non in -as valles, non in praeruptas rupes, sed in campi latitudinem. SVLP. SEV. Mart. 19, 4 per -os scalae gradus decidens SIDON. epist. 4, 15, 3 montium latera -a. *nota i. q. lapidosus*: SIDON. epist. 9, 14, 5 *rivulus* aggerem -o diluvio supergressus ... inundaverat. ALC. AVIT. hom. 29 p. 150, 6 fabrica ... eminens fluvio et -a vicini (-um vicino *P*) torrentis tumultu ... castigat.

2 *translate i. q. arduus, difficilis, periculosus*: PLAVT. Men. 591 dixi causam, condiciones tetuli tortas, -as (comfr- *A*). *cf.* Cist. 614 sed ego illud quaero -um (confrang- *VE*), quomodo prior posterior sit. CHALC. transl. p. 42^{B} quas (*sc. passiones*) si ... subiugarent, his lenem vitam fore, iniustam et -am (AVELL. p. 35, 14 amaritudines -ae vitae istius). AMM. 28, 1, 39 quod in variis et -is actibus vitae plerumque contingit. AMBR. epist. 5, 10 qui locus (*exod. 1, 15 sq.*) -us ad obstetricum fidem, quae didicerunt mentiri. IORD. Get. 214 Gothorum globos dissonis vocibus -os. *technice apud rhetores de sonis*: QVINT. inst. 1, 1, 37 ut nomina quaedam versusque ... ex pluribus et asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos et veluti -os quam citatissime volvant *pueri*. SVLP. VICT. rhet. 15 p. 321, 7 compositio post haec non otiosa, ut ordo verborum ea compage iungatur, ne -um et asperum sonum faciat, sed apte et leniter defluat. FORTVN. rhet. 3, 10 p. 127, 12 resistenti *structurae opponitur* aspera et -a. DIOMED. gramm. I 472, 3 si paenultimus fuerit tribrachys ... et paeones successerint, erit antiqua structura, quae dicitur -a.

subst. neutr. **cōnfragōsum,** -ī; *saepius* **cōnfragōsa,** -ōrum (*sc. loca*). LIV. 21, 32, 9 castra inter -a omnia praeruptaque ... locat. SEN. epist. 51, 10 fortior miles ex -o venit; segnis est urbanus et verna. dial. 2, 1, 2 ardua per quae vocamur et -a sunt. benef. 5, 12, 2 modo campus ... sternendus est, modo creperi aliquid et -i obiciendum. PLIN. nat. 3, 53 Tiberis propter aspera et -a ne sic quidem ... meabilis fertur. QVINT. inst. 5, 8, 1 argumenta velut horrida et -a vitantes amoenioribus locis desident. 6, 1, 52 e -is atque asperis evecti. 8, 5, 29 inaequalia tantum et velut -a nec admirationem consequuntur eminentium et planorum gratiam perdunt. FRONTIN. strat. 3, 1, 2 iter per -a et deserta emensus. LACT. inst. 6, 17, 13 per -a vexabitur aut per praecipitia labetur. PRVD. cath. 7, 53 clivosa planis, -a ut lenibus converterentur. PASS. Mar. Iac. 7 inter illa itineris -a.

adv. **cōnfragōsē:** MAR. VICTORIN. gramm. VI 103, 5 duo metrorum cola dissidentia inter se ita -e atque aspere coisse in unitatem ... ut superiora lenem ac liquidam convenisse videntur. MALL. THEOD. gramm. VI 59, 64 -ius quiddam resonat *metrum* et durius.

cōnfragus, -a, -um [*cf. c.* confringere, confragosus. *Th.*]. LVCAN. 6, 126 -a densis arboribus dumeta. VEN. FORT. carm. 11, 25, 19 per -a murmura ponti. *subst. n.* **cōnfraga,** -ōrum: VAL. FL. 3, 582 ceu ... emicuit Calabris taurus per -a saeptis obvia quaeque ruens. STAT. Theb. 4, 494 Gaetulae stabulantem ad -a silvae ... leonem. SIDON. epist. 4, 3, 9 si inter tesqua vel -a frenorum lege teneatur *equus*. VEN. FORT. Mart. praef. II 7 naufragii cumulos rapiens per -a pontus

cōnfrango *v.* confringo.

cōnfremo, -uī, -ere *a* con *et* fremere. OV. met. 1, 199 -uere omnes *dei* (HOMER. 62). SIL. 16, 397 -it et caelum et ... circus. STAT. silv. 1, 4, 14 nosterque ex ordine collis -at. 1, 6, 72 illic (*sc. in amphitheatro*) cymbala tinnulaeque Gades, illic agmina -unt Syrorum.

cōnfrequentātio, -ōnis *f. a* confrequentare. ITALA psalm. 117, 27 (*Roensch p. 216; cf.* AVG. in psalm. 117, 27 ARNOB. in psalm. 117 p. 506^{c} PS. RVFIN. in Os. 3 p. 981^{D}. GREG. M. moral. 9, 43 solemnem diem Domino in -e constituit) constituite diem festum in -bus (*ἐν τοῖς πυκάζουσιν*, VVLG. in condensis). CORP. XI 2650 (*fort. a. 234 p. Chr.*) ex cuius usuris die ... natali eius Aug(ustales) et plebs urb(ana) confreq(uentatione) et spor(tulatione) ⟨f⟩ungan⟨t⟩ur (*interpretationem dubitans propos. Mommsen*). GREG. TVR. glor. mart. 87 ut haec ei in tali -e populi evenissent.

cōnfrequento, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* frequentare. CORP. VI 10234, 7 ut ex usuris eius summae diebus infra scriptis locum -rent. 23363^{a} sacrificium. 35769, 10 templa deorum. X 107, 9 natale filiae meae epulantes -etis. 451, 12 ut quodannis natali eius die ... -ent. 2015, 4 cubiculum superiorem ad -andam memoriam quiescentium sibi suisque ... extruxerunt. CARM. epigr. 240 (Corp. X 3147), 1 hoc sepulcr⟨um con⟩frequentent. CORP. III 7526 ipsi Rosalia -vimus p⟨o⟩situ⟨m⟩. IVL. VAL. 1, 36 tres vero vicos ... ad magnitudinem -at urbis Tripolimque appellari iubet. HIL. in psalm. 147, 4 ad -andam hanc beati regni civitatem. 148, 1 in congregatione sanctorum, in dominicorum civium -antium incolatu. PRVD. perist. 1, 9 arenas incolae -ant. ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 15 baptismata. NOT. Tir. 32, 13 -at. *i. q. numero augere*: COLVM. 9, 13, 13 nimio fatigatae opere plurimae *apes* pereunt nec ullis iuventutis supplementis -atae novissime reliquae intereunt.

cōnfricāmentum, -ī *n. a* confricare. CAEL. AVR. chron. 2, 4, 78 dentium confricamentis utendum.

cōnfricātio, -ōnis *f. a* confricare. AVG. conf. 2, 8, 16 -e consciorum animorum accenderem pruritum cupiditatis meae. 4, 8, 13 mendacium cuius adulterina -e corrumpebatur mens. in Iob p. 580, 18 magistri prurientium auditu per -es hominum mente corruptorum et a veritate destitutorum. THEOD. PRISC. eup. faen. 55 hic (*sc. ionthos*) oxymeli ... frequenti -e curatur. *dubium*: CHIRON 491 umor nascitur ex corruptione corporis et ex confricatione (perfrictione *rectius* VEG. mulom. 2, 86, 2; *de* confrigeratione *cogitat Oder*) se in illis partibus derivat.

cōnfrico, -ātum, -āre *a* con *et* fricare. *perf.* confricaverit *v. l.* 77. PLAVT. Asin. 670 non feres, ni genua confricantur (confring- *v. l.*). SERV. auct. Aen. 3, 384 'ex annalibus' -ati oleo lentati paratique ad arma. VARRO rust. 1, 60 orcites nigras aridas (*sc. olivas*), sale si sint -atae dies quinque. CIC. Verr. 4, 62 cum interea Apronius caput atque os suum unguento -ret. VITR. 2, 4, 1 ex his *generibus harenae*, quae in manu -ata fecerit stridorem, erit optima. 7, 1, 7 -enturque inter se coagmenta compressa. COLVM. 2, 3, 1 boves ... substrictos -et *bubulcus*. 6, 12, 3 oleo et sale genua poplitesque et crura -anda sunt. 6, 30, 6 calido aceto fovendae et axungia vetere -andae sunt *maxillae*. 7, 10, 3 sale trito cum farina triticea totum os. PLIN. nat. 18, 98. 21, 120 *iuncus* sincerus in -ando odorem rosae emittit. 23, 137 -atis membris. 29, 31 dentibus atque gingivis. 29, 34 cinerem in labellis aqua addita -ant. 31, 119 manibus pedibusque -atis *nitro* cum oleo. 32, 141 pulmone marino si -etur lignum. SVET. Claud. 8 faciem sibimet (*sc. soccis*). PALLAD. 4, 9, 8 si semina ... herba ea quae culex dicitur, trita -entur. PELAGON. 44 armum sale et oleo. *et passim*. CHIRON 141. 143 *al.* VEG. mulom. 2, 20, 1 si casu aliquo animal oculum impegerit aut -verit. AMBR. hex. 6, 4, 28 alium. VVLG. Luc. 6, 1 et manducabant *spicas* -antes (*ψώχοντες*) manibus (*cf.* HIER. in Matth. 12, 1 RVFIN. Orig. in gen. 13, 2). AVG. serm. ed. Denis 24, 7 reddere sibi vult illam imaginem qua tu ipse ... -ando perdidisti (*syn.* conterere). PLAC. med. 3, 9 rene vulpis ... fauces tumentes. THEOD. PRISC. eup. faen. 8. 18. 40 CAEL. AVR. chron. 1, 1, 35. 2, 4, 77.

cōnfrictio *v.* conflictio.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(**cōnfrīgo**), -xum, (-ere) *a* con *et* frigere. ITALA psalm. 101, 4 (Veron. *al.*; *cf.* ARNOB. in psalm. 101 p. 470^{C} AVG. in psalm. 101, 4 RVFIN. Orig. in lev. 2, 4) et ossa mea sicut frixorium -xa sunt (*ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν*, VVLG. sicut cremium aruerunt). NOT. Tir. 93, 98 confrixus.

✖**cōnfringo,** -frēgī, -fractum, -ere [*a* con *et* frangere. *Th.*]. confrango: SORAN. p. 93, 9. 22 PROSP. in psalm. 105, 23 PASS. coron. 2 *ter.* NOT. Tir. 81, 16 GLOSS. *plusquamperf.* confringeram *traditur* GREG. TVR. Franc. 8, 15 p. 335, 4. GLOSS. II 341, 19 confrango *κατακλῶ*. 446, 37 *συνθραύω*. 440, 33 confrago *συγκλῶ*. 405, 42 confractus *περίφρακτος*. *legitur inde a* LIV. ANDR.; *saepissime in* VVLG., *ubi sic redditur plerumque gr. συντρίβειν*.

1 *proprie et in imagine*: *frangere, rumpere*: PLAVT. Bacch. 202 -i vas cito Samium solet (HIER. epist. 72, 3 vasa. 109, 2. TEST. porcelli p. 241 si qua vascella pedibus meis -egi). Capt. 916 aulas calicesque omnes. Mil. 504 meas imbrices et tegulas (Most. 109). Most. 453 pultando [pedibus] paene -egi hasce ambas ⟨foris⟩. Rud. 73 navis -cta est eis (152. 354. 1308 HYG. fab. 116 p. 102, 4. 125 p. 107, 12). *nota* Cist. 503 hic apud nos . . . -isti tesseram (*sc. hospitalem, de fide laesa*). CATO agr. 81 ubi coctum erit, irneam -ito. NOVIVS Atell. 49 limen superum quod mei misero saepe -egit caput. CIC. Flacc. 73 digitos quos -egit, nervos quos concidit, restituere non potest. PAVL. FEST. p. 79 exdorsua: dorsum -e; alii, exime. VAL. MAX. 9, 2, 1 singulas corporis partes. CELS. 7, 12, 1 ne *dens* sub forcipe -atur. COLVM. 3, 11, 7 etiam durissimum tophum vel carbunculum, simulatque sit confractus (situ confractum *SA*) et in summis regestus, . . . putrescere. 4, 27, 6 cacumina flagellorum. 6, 26, 1 comprimere testiculos *vituli* et paulatim -ere. 8, 3, 5 pedibus ova. 12, 52, 6 ne nucleus . . . -atur. 12, 53, 1 aromata non cribrata, sed ne minute quidem contusa, verum leviter -cta. SEN. Herc. f. 272 saeva iusta sceptra -it manu. LVCAN. 6, 123 inpulso turres -ere vallo. 6, 160 -ite tela pectoris inpulsu. 9, 323 inlato -egit litore pontum *auster*. PETRON. 123, 198 tumida confractum (contractum *Schrader*) grandine caelum. PLIN. nat. 27, 69 omnibus fere ossibus -ctis (28, 158 ossa asini -cta et decocta). 33, 18 *bis*. CORP. IV 2416 -isti peram. SVET. Nero 34 liburnicam . . . velut forfuito concursu. VLP. dig. 9, 2, 27, 31 si quis aedificii mei fores -erit vel refregerit. 10, 4, 9 pr. 39, 2, 24, 9 arbores vi tempestatis -ctae. ITALA Is. 2, 4 (Rufin. Adamant. 1, 10) -ent (*συγκόψουσι*, VVLG. conflabunt) gladios suos in aratra. 42, 3 (Rufin. Adamant. 1, 25) calamum contritum non -et (*συντρίψει*, VVLG. conteret, *sed* VVLG. Matth. 12, 20 arundinem quassatam non -et [*κατεάξει*]). SER. SAMM. 196 -ctaque tura. VOPISC. Tac. 15, 3 statuis -ctis. ARNOB. nat. 6, 15 simulacra. HIL. in Matth. 14, 11 panes (VVLG. Matth. 14, 19 fregit). OPTAT. 6, 11 p. 152, 11 altaria. 7, 1 p. 160, 33 tabulas (VVLG. exod. 32, 19). QVEROL. p. 42, 22 arculam istam. AMM. 26, 8, 10 catenam bipenni concidens ita -egit. 31, 10, 14 arma. PELAGON. 146 aliquas *cepas*. VEG. mil. 4, 8 machinamenta. 4, 23 HIER. in Is. 8, 9 p. 120. 45, 9—13 p. 537 testa. epist. 36, 8 mortis atque peccati aculeum. 100, 11. VVLG. *passim, ex. gr.* exod. 9, 25 omne lignum regionis. 23, 24 statuas. lev. 26, 13 catenas cervicum vestrarum. num. 33, 52 -ite titulos et statuas comminuite. iud. 9, 53 -egit (*ἔκλασε*) cerebrum eius. IV reg. 18, 21 an speras in baculo arundineo atque -cto (*τεθλασμένην*) Aegypto? Iob 16, 13 -egit me et posuit me sibi quasi in signum (*κατέστησε*). 31, 22 bracchium. 39, 10 glebas vallium (Os. 10, 11 sulcos). psalm. 28, 5 cedros. 36, 15 arcus eorum (45, 10 arcum conteret et -et arma. *cf.* 75, 4 potentias arcuum). Ier. 2, 20 iugum meum. Ezech. 34, 4 quod -ctum est, non alligastis. 34, 16. MAR. MERC. subnot. praef. 9 plumbeos pugiones malleo catholicae veritatis obtudit, immo -egit. AVG. serm. ed. Mai 35, 1 *Iesus* -egit mortis gehennam (*feri i. q. refregit*). PAVL. MED. vita Ambr. 39 quasi dentes quosdam . . . -it. SORAN. p. 93, 9. 22 caput. APIC. 2, 53 *panem*. 4, 132 ova cruda -cta. 4, 140. 171. VAL. CEM. hom. 6, 6 infidelitatis tela. NOVELL. Iust. 28, 5, 1 titulos . . . -at eius capiti (*κατεάξει κατὰ τῆς αὐτῆς κεφαλῆς*). 29, 4 in illius caput. INSCR. Wünsch, Seth. Verfluch. 1, 4 (Corp. VI 33899) tere, contere, confri⟨ng⟩e e⟨t . . . t⟩rade morti fili⟨u⟩m Aselles. *i. q. collidere, illidere*: LVCAN. 7, 573 arma sonant -ctique ensibus enses. CORIPP. Ioh. 1, 357 -ctum scopulis latrat mare. 4, 612 *Minotaurus* ruit obscurae -ens cornua terrae. 6, 1005 -unt pectore pectus et clipeis clipeos. *i. q. elidere, constringere*: VICTORIN. Christ. 75 tradens dedit oscula signum perfidus et iusto -egit guttura nodo. SIDON. carm. 13, 3 in nuda . . . -erit *Hercules* ulna guttura *leonis Nemaei*.

2 *translate*: *comminuere, debilitare, prosternere, consumere*: LIV. ANDR. carm. frg. 22 vires (viret *cod.*) cui sunt magnae, topper -ent importunae undae. PLAVT. Stich. 628 rem -egimus (Trin. 108 hic eius rem -egit filius. 336 qui quidem nusquam per virtutem rem -egit atque eget). TITIN. com. 141 -e eius superbiam (PELAG. in Col. 2 p. 857^{A} -cta omni superbia. *cf.* CASSIOD. inst. div. 21 p. 1135^{C} modo humilibus suaviter blanditur, modo superborum colla -it *Hieronymus*). CIC. Verr. 2, 13 -at iste sane vi sua consilia senatoria (*cf.* VELL. 2, 131, 2). VAL. MAX. 1, 6, 12 auctoritatem amplissimam et opes . . . omniaque ornamenta . . . spatio unius diei -egit *Pompeius*. 4, 5, 2 -egit rem publicam Terentius Varro Cannensis pugnae temerario ingressu (5, 3, 2^{b} contusam et -ctam belli Punici armis rem publicam). 7, 2 ext. 17 *ut* gravissima iactura vires *hostium* -rentur. PLIN. nat. 5, 54 *Nilus* lenis et -ctis aquis domitaque violentia . . . innatat. ITALA exod. 15, 6 (Ambr. hex. 2, 1, 3) dextera manus tua -egit (*ἔθρανσε*, VVLG. percussit) inimicos. num. 24, 17 (Lugd.) -et duces Moab. II par. 20, 37 (Lucif. non conv. 4) -egit dominus operam tuam (*ἔθρανσε*, VVLG. percussit opera tua). Is. 42, 4 (Aug. civ. 20, 30) refulgebit et non -etur (*ἀναλάμψει καὶ οὐ θρανσθήσεται*, VVLG. non erit tristis neque turbulentus). HERM. Pal. mand. 11, 14 totus -itur et loqui nihil potest. OPTAT. 6, 1 p. 144, 13 cur vota et desideria hominum cum ipsis altaribus -istis? HIER. in Matth. 23, 1 -untur insidiae *Pharisaeorum*. epist. 24, 4 *ut* non sicca humus iacentia membra -ret (*i. morbo afficeret*). VVLG. I reg. 24, 8 -egit (*ἔπεισε*) David viros suos sermonibus. psalm. 55, 8 in ira populos -es (*κατάξεις*; 109, 5 reges, *συνέθλασεν*). prov. 25, 15 lingua mollis -et duritiam. eccl. 48, 6 potentiam ipsorum. Is. 58, 6 dimitte eos qui -cti sunt (*τοὺς τεθρανσμένους*) liberos (Luc. 4, 19). thren. 3, 11 -egit me (*κατέπανσε*); posuit me desolatam. Ezech. 23, 8 ubera pubertatis eius (*διεπαρθένευσαν*; 23, 21). I Macc. 9, 7 -ctus est corde. IV Esdr. 2, 21 -ctum et debilem cura. PELAG. in Rom. 14 p. 707^{A} abstinentia -ctus aut senio. CLAVD. 22, 69 nec contra nixus ovantem -as animum. AVG. civ. 12, 18 hos volubiles circulos . . . ratio manifesta -it (*ibid.* refutare). 20, 30 nec -ctus sive contritus est. MAR. MERC. subnot. 9, 13 *Augustinus* te pastorali clava ab ecclesia deterruit, proturbavit atque -egit. BACHIAR. repar. laps. 14 nec te inimica desperatio -at. ZACCH. 2, 7 p. 1120^{D} *lex* quae feras Iudaeorum mentes . . . -ret. BARNAB. 4, 8 -ctum est testamentum eorum. PROSP. in psalm. 105, 23. 24 non ita dixit 'in confractione' quasi ut confrangeret iram dei (EVGRAPH. Ter. Phorm. 286 senis iracundiam). ENNOD. opusc. 3 p. 342, 24 ne . . . interioris hominis fortitudinem balnea . . . -rent. carm. 1, 8, 38 -unt dulces barbara plectra modos. 2, 128, 7 torrida frigoribus -ens tempora Cancri. GREG. TVR. Mart. 3, 41 -cta libertate. ASSVMPT. Moys. 10, 5 in tenebris convertent se cornua lunae et -entur.

part. adi. **cōnfractus,** -a, -um. *i. q. curvus, opp.* aequus: PLIN. nat. 2, 115 montium vero flexus crebrique vertices et conflexa cubito aut confracta (fracta *v. l.*) in umeros iuga. 5, 99 quin etiam -us *Taurus mons*, effugiens quoque maria, plurimis se gentium nominibus hinc et illinc implet. PS. THOM. euang. 46 dic mihi . . . , prima littera quare habet triangulos multos giaceratos, subacutos, mediatos, productos, obductos, erectos, stratos, -os vel crucifixos (PS. MATTH. euang. 31, 2 curvistratos). *de voce*: AVG. catech. rud. 10, 15 *gallina* susurrantes pullos -a voce advocat. *i. q. lassus, debilitatus*: ENNOD. opusc. 2 p. 329, 6 quae (*sc. aeterna genetrix*) . . . ad vitae principia redire -os *facit*. DRAC. laud. dei 3, 61 *dives* deposito -us murice denso. *de morbido*: GREG. TVR. vit. pati. 6 -us ab huc infirmitate (*i. febri*). Mart. 2, 32 ardore (*sc. febris*) -us.

subst. n. **cōnfractum,** -ī: PLIN. nat. 35, 127 *Pausias pictor* totum bovem atri coloris fecit umbraeque corpus ex ipsa dedit, magna prorsus arte in aequo extantia ostendente et in -o (*i. in catagraphis*) solida omnia.

derivata: confractio, confractus, confrages (*?*), confragmentum, confragosus, confragus.

cōnfrio, -āre *a* con *et* friare. CATO agr. 7, 4 *oleas orcites* sale confriato (VARRO rust. 1, 60 confricare) dies V.

cōnfrūstro, -āre *a* con *et* frustrare. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 3, 5 ut si homoousii professio tanquam a lege peregrina censeatur, triusiae quoque inventio pari ratione confrustretur. *L.*

cōnfuga, -ae *m.* [*cf. c.* confugere *et c.* perfuga, transfuga *sim. Th.*]. COD. Theod. 9, 45, 4 (*a. 431*) -as interioris templi tueatur. COD. Iust. 1, 12, 6 pr. nullos de sacrosanctis ecclesiis . . . protrahi -as. NOVELL. Iust. 37, 10 -as . . . ab his (*sc. ecclesiis*) abstrahere.

cōnfugēla, -ae *f.* [*cf. c.* confugere *et c.* fugela. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 39 confugelam antiqui confugium dicebant. *de forma cf. Lachmann ad Lucr. 3, 1014.*

✖**cōnfugio,** -fūgī, -ere *a* con *et* fugere. *legitur apud* VICT. VIT. 3, 29 -ivit. ITALA psalm. 142, 9 (Veron.) -ii. POMER. 3, 12, 1 -ituri. GLOSS. -o, -is, -it *καταφεύγω etc. adamatur* CIC. (*ca. 80^{ies}*), *satis frequens apud* LIV. (*ca. 40^{ies}*) ICTOS VVLG. (*ca. 25^{ies}*) AMM. (*19^{ies}*) AVG. (*plus 25^{ies}*), *singulis locis*: LVCR. SALL. COLVM. MELA LVCAN. SIL. STAT. FRONTIN. APVL. PANEG. CLAVD., *binis*: RHET. Her. VERG. PLIN. nat. MART. AVSON., *ternis*: TER. HIRT. *passim ap. alios, omnino deest* CATVLL. HOR. TIB. PROP. VELL. PHAEDR. PERS. VAL. FL. IVV. FRONTONI *al.* [*loci dubii*: CIC. Arat. 338 *v. p. 197, 4.* SEN. contr. 1, 7, 1 manus meas -it (*v. edd.*). AMBR. fug. saec. 2, 5 -entibus (*v. l.* fugientibus) hoc crimen. PRISC. periheg. 623 Asiae gremio triplex mare -it (*alii codd.* confluit) undis.]

A ***proprie:*** *i. q. fugere*: **1** *absolute*: VVLG. exod. 9, 20 fecit -ere servos suos et iumenta. I par. 6, 57 dederunt civitates ad -endum. *substantivi vice*: COD. Theod. 9, 4, 4 (*a. 431*) ad tuitionem -entium. **2** *ad quem*: TER. Hec. 823 ad me . . . -ere anhelantem domum sine comite. CIC. Verr. 6, 127. 153 *al.* nat. deor. 3, 25 ad exercitum (rep. 2, 63 SVET. Tib. 53. *cf.* AMM. 19, 9, 7 ad Persarum vastatorium globum). CAES. Gall. 1, 8, 1 HIRT. Gall. 8, 21, 1 BELL. Afr. 35, 4 NEP. Iph. 3, 2 Them. 8, 3. 9, 4 MON. Ancyr. 5, 54 VERG. Aen. 1, 666 OV. Pont. 1, 2, 149 LIV. 3, 4, 3. 24, 19, 10. 40, 10, 5 SEN. contr. exc. 4, 8, 1 VAL. MAX. 5, 4, 1. 8, 7 ext. 15. 9, 11, 6 MELA 1, 117

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PETRON. 91. PLIN. nat. 8, 112 *cervi* -unt ad hominem. TAC. hist. 4, 40 SVET. Iul. 5 FLOR. epit. 2, 14, 5 PAVL. dig. 21, 1, 43, 1 PORPH. Hor. serm. 1, 7, 1 VVLG. num. 35, 15 deut. 4, 42. 23, 15 II par. 15, 9. Is. 20, 6 ad quos -imus in auxilium. CLAVD. 20, 132 AVG. civ. 1, 1. 4 *al.* *metonymice pars corporis pro persona*: VAL. MAX. 9, 6, 3 ad Q. Fabii ... dexteram -ere. SEN. Herc. O. 1221 ad tuas -ugit Alcides manus. dial. 5, 40, 3 ad Caesaris pedes. MART. 1, 48 ad ora leonis.
3 *aliquo*: PLAVT. Most. 1095 huc (1098 Rud. 457 TER. Hec. 384 SIL. 17, 153). CIC. dom. 10 alio. Att. 12, 38, 4 eo (NEP. Paus. 4, 4 LIV. 39, 36, 10 IVST. 25, 2, 6). BELL. Alex. 48, 2 quo (LIV. 2, 25, 5. 44, 45, 2 SVET. Iul. 34 Aug. 17 FLOR. epit. 2, 12, 10 AMM. 15, 5, 31. 25, 10, 7 *al.*). AVG. civ. 1, 4 illo. **4** *ad aliquid*: LIV. 22, 29, 4 ad integram aciem. CIC. Caec. 100 ad *aram* (OV. Pont. 2, 2, 27 trist. 5, 2, 44 SEN. contr. 1, 5, 2. TERT. nat. 1, 6 arulam. AVG. civ. 1, 2 p. 6). SVET. Claud. 36 ad castra. VVLG. Ios. 20, 4 ad civitatem (iud. 9, 51 act. 14, 6). HOMER 795 ad classes. GAIVS inst. 1, 53 ad fana. HOMER. 906 ad fluctus (AMM. 18, 7, 5 ad *flumina* leones). VICT. VIT. 3, 29 omnis simul civitas ... ad Hispaniam -ivit. LAMPR. Heliog. 17 ad latrinam. OV. met. 7, 299 ad limina. AVG. civ. 3, 31 p. 144 ad loca (5, 23 p. 236 CASSIOD. inst. 31). TERT. pudic. 22 ad metalla. CAPITOL. Maximin. 12, 1 ad paludes et silvas. AMM. 18, 10, 2 ad praesidia. VVLG. sap. 14, 6 ad ratem. LIV. 24, 26, 2 in sacrarium ad penates. AMM. 25, 10, 7 ad militaria signa. SVET. Aug. 17 ad *simulacrum*. AMM. 28, 6, 4 ad speluncas. LIV. 23, 10, 11 ad statuam (SEN. contr. 10, 2, 10 SEN. clem. 1, 18, 2 PLIN. epist. 10, 74, 1 GAIVS inst. 1, 53 CALL. dig. 48, 19, 28, 7 VLP. dig. 1, 6, 2. 1, 12, 2. 21, 1, 17, 12 *saep.*). AVG. civ. 1, 2 p. 5 ad templum (1, 6 p. 10). LVCAN. 5, 162 ad tripodas. AMM. 31, 16, 2 ad tugurium. LIV. 23, 40, 5 ad urbem (VVLG. deut. 19, 5). SOL. 32, 38 *animalia* simul -unt ad volutabra.
5 *in aliquid*: LIV. 24, 32, 7 in Achradinam. NEP. Paus. 5, 2 in aedem Minervae. SVLP. SEV. chron. 1, 41, 3 in Aegyptum. CIC. Att. 3, 15, 6 in agros (VERG. Aen. 8, 493). PLAVT. Most. 1135 in aram (Rud. 455. 1048 CIC. Q. Rosc. 30. Cato 11 in aram tribunatus [*in imagine*]. Tusc. 1, 85 nat. deor. 3, 25 NEP. Paus. 4, 5 IVST. 28, 3, 5). LIV. 5, 38, 10 in arcem (25, 10, 6. 26, 48, 2. 29, 6, 14. 32, 16, 16. 32, 17, 1. 32, 24, 6. 42, 63, 10 CVRT. 3, 1, 6. 9, 8, 12; *cf. in imagine* CIC. Tusc. 2, 58). VARRO frg. Non. p. 44, 2 in asylum (CIC. Verr. 2, 85 AMPEL. 14, 7 VLP. dig. 21, 1, 17, 12). LIV. 5, 51, 9 in Capitolium (SVET. Dom. 1 FLOR. epit. 4, 7, 1). NEP. Eum. 5, 3 in castellum (IVST. 14, 2, 2). BELL. Afr. 83, 4 in castra (LIV. 37, 53, 21. 41, 2, 5 SEN. dial. 11, 5, 2 HOMER. 681). SVET. Vit. 16 in cellulam. HIRT. Gall. 8, 3, 3 in civitatem (IVST. 5, 7, 12 in classem. SEN. contr. exc. 3, 6 in domum. BELL. Hisp. 31, 8 in locum (AMM. 19, 6, 1). LIV. 1, 30, 6 in lucum. SVLP. SEV. chron. 1, 8, 4. CAES. civ. 3, 95, 4 in montes (CVRT. 8, 10, 19). AMM. 25, 6, 4 in munimentum. CAES. civ. 3, 9, 7 in naves (IVST. 2, 9, 13). MART. 10, 92, 12 in nemus. HIRT. Gall. 8, 3, 1 in oppidum (BELL. Hisp. 36, 4 CVRT. 9, 4, 26 SVLP. SEV. chron. 1, 51, 2). VARRO frg. Serv. auct. Aen. 8, 51 in Palatium. CIC. S. Rosc. 79 in portum (Brut. 8 rep. 1, 5. *in imagine*: Tusc. 5, 5 in eundem portum ... magna iactati tempestate -imus. Att. 4, 6, 2 in otii portum). CIC. inv. 2, 154 in scapham (BELL. Alex. 46, 6). CAES. Gall. 6, 5, 7 in silvas paludesque. CVRT. 4, 4, 13 in templa (10, 9, 21 LAMPR. Heliog. 2, 3 in templum dei Heliogabali. VVLG. I Macc. 10, 43). VOPISC. Prob. 21, 3 in turrem (AMM. 31, 13, 17 VVLG. II Macc. 10, 18). VAL. MAX. 2, 7, 8 in urbem (CVRT. 5, 1, 17. 9, 1, 19. 10, 8, 13 VVLG. lev. 26, 25 num. 35, 25). PETRON. 132 vers. *mentula* -erat in viscera (*per iocum*). **6** *cum acc. qui vocatur directionis*: CIC. S. Rosc. 27 Romam. Verr. 2, 48 Delum. Mur. 34 Bosporum. Phil. 13, 33 Alexandream (POMP. TROG. prol. 28). NEP. Thras. 2, 1. LIV. 4, 47, 4 Labicos. 21, 25, 3 Mutinam. VAL. MAX. 1, 7, 7 Athenas. FRONTIN. strat. 3, 4, 5 Leucadiam. SVET. Aug. 14 Perusiam. VVLG. II Macc. 10, 32. SVLP. SEV. chron. 2, 24, 3 Cretam. **7** *structurae notabiles*: HOMER. 930 intra muros (SVLP. SEV. chron. 1, 54, 1. 2, 29, 4). VVLG. Ruth 2, 12 sub cuius -isti alas (*in imagine, gr.* πρὸς ὃν ἦλθες πεποιθέναι ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ). ITIN. Alex. 52 quam (*i. in Indiam*) multi -erant.

B ***translate*** *et in imagine i. q. auxilii causa se recipere, niti aliquo, aliqua re*: **1** *cum adverbio locali*: CIC. Verr. 3, 155 quo (6, 126 epist. 4, 6, 2. LIV. 40, 10, 3 quo alio. CELS. 1, 4 p. 22 SEN. nat. 6, 1, 4 RVT. LVP. 1, 14 AVG. civ. 2, 2 p. 54. 4, 27 p. 180 *saepe*). OV. fast. 3, 432 huc (CELS. 2, 11 p. 56). *nota*: CIC. S. Rosc. 79 servorum nomen, quo quasi in portum ... -ere posses. **2** *ad aliquem*: CIC. Q. Rosc. 13 ad arbitrum. Quinct. 28. div. in Caec. 3 ad deos (nat. deor. 1, 53. 3, 25 OV. met. 8, 688 LIV. 9, 1, 8. 27, 17, 13 ARNOB. nat. 2, 78 RVFIN. Adamant. 2, 4 VVLG. deut. 23, 15. Esth. 14, 1 dominum). CIC. Quinct. 98 ad te (*cf.* Verr. 3, 24. 5, 17. 6, 127 Sull. 88 SALL. Iug. 14, 4 VERG. Aen. 1, 666 SEN. epist. 21, 9 PLIN. paneg. 43 *sic saepe c. pronom.*) Verr. 6, 126 ad populum (POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3). 6, 153 ad Pompeium (*saepe c. nom. propriis*). Cluent. 20. 57. ac. 2, 55 ad physicos. Brut. 207. de orat. 1, 240 ad auctores. Att. 1, 12, 1. ad Q. fr. 1, 1, 33 ad senatum. LIV. 29, 17, 8 ad vestrum imperatorem -imus (*sc. legati*). SEN. suas. 6, 6 ad indignos. QVINT. inst. 12, 8, 5 ad patronum. OPTAT. 6, 3 p. 146, 13 ad Aggaeum prophetam. RVFIN. hist. 5, 16, 20 ad martyres. POMER. 3, 12, 1 ad quos apostolos -ituri.
3 *ad aliquid*: CIC. Cluent. 20 ad pecuniam. VAL. MAX. 5, 6 ext. 1 ad oraculum. CELS. 4, 13 p. 130 ad cucurbitulas. 3, 23 p. 114 ad veratrum. 4, 18 p. 144 ad vinum. 6, 6, 17 -endum est ad ea quae ... corpus ... adstringunt. SEN. clem. 1, 13, 3 arma (CVRT. 6, 9, 24 ad vestras manus, ad vestra arma -o *Alexander; cf. infra l. 8*). AVSON. 78, 6 ad oscula (*i. recurrere*). 240, 4 ad cineres Hectoreos. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 106 ad clysteres. CARM. c. pag. 33 ad saga -rent. **4** *ad rem incorpoream*: RHET. Her. 2, 3, 5 ad imprudentiam, stultitiam, adulescentiam, vim, persuasionem. CIC. nat. deor. 1, 109 ad aequilibritatem. Scaur. 17 ad p. R. aequitatem. Verr. 3, 8 ad aram legum. 2, 78 ad vim, arma (2, 82 ad vim, manus, arma. Caecin. 93 ad ferrum, ad arma, ad caedem). OV. fast. 1, 572 ad artes (AMM. 25, 4, 5). CIC. Vatin. 34 ad auxilium (epist. 9, 6, 3 LIV. 7, 29, 4 VAL. MAX. 4, 7, 5. 8, 6, 2 VVLG. Is. 10, 3 SVLP. SEV. epist. 1, 12). Verr. 6, 39 ad bellum. QVINT. decl. 379 p. 423, 26 ad caedem. CIC. Lig. 30 ad clementiam. CELS. 1 pr. ad communia. PLIN. epist. 4, 11, 11 ad confessionem. CIC. Att. 1, 16, 1 ad contiones. QVINT. decl. 331 p. 302, 31 ad convicia. PS. RVFIN. in Os. 1, 10 p. 972[A] ad correctionem. CIC. fat. 48 ad declinationes. CASSIOD. var. 2, 41, 1 ad defensionem. QVINT. inst. 10, 1, 29 ad eloquendi deverticula (12, 3, 11 deverticula desidiae). 5, 2, 3 ad dissimilitudinem causae. AVG. civ. 8, 20 p. 350 ad divinitatem. 5, 26 p. 240 ad ecclesiam (SVLP. SEV. Mart. 2, 3). CIC. de orat. 1, 61 ad oratoris ... facultatem. Q. Rosc. 116 ad fidem (div. in Caec. 11. Scaur. 17 ad fidem et mansuetudinem. off. 1, 35 LIV. 29, 18, 19). off. 1, 34 ad posterius *genus decertandi*. AVG. civ. 21, 16 p. 520 ad gratiam. TAC. hist. 2, 76 ad imperium (*i. necessario imperio potiri*). CIC. de orat. 2, 203 ad impetum. inv. 1, 21 ad insinuationem. QVINT. inst. 11, 3, 63 ad invidiam. CIC. Scaur. 17 ad ius iurandum iudicum (VAL. MAX. 4, 1 ext. 2 cum ad ius iurandum (*sc. iudicis*) ... malignitas -isset). SEN. contr. 9, 2 (25), 13 ad ius. CIC. nat. deor. 1, 9 ad levationem. part. 126 ad aequitatis locos. Sest. 50 ad misericordiam. Rab. perd. 21 ad mortem (SEN. contr. exc. 8, 4 SEN. Phaedr. 1190 epist. 98, 16). ASCON. Corn. p. 63 ad Metelli nobilitatem ... Curionis industriam. AVG. civ. 1, 1 p. 5 ad nomen. CIC. Font. 33 affecti iniuriis ad opem iudicum (OV. ars 3, 270 piscis opem. LIV. 1, 2, 3 opes Etruscorum). BACHIAR. repar. laps. 8 ad paenitentiae malagma. VAL. CEM. hom. 15, 5 *vitia* ad paenitentiam. FLOR. epit. 3, 21, 10 ad partes. SEN. epist. 14, 11 ad philosophiam. PETRON. 107 ad poenam. QVINT. decl. 294 p. 163, 18 ad praemium. COLVM. 5, 9, 17 ad praesidium insitionis (SIDON. epist. 6, 7, 1 precum praesidia). QVINT. inst. 6, 1, 4 ad preces. CIC. top. 65 ad prudentiam. QVEROL. p. 15, 5 ad querelam. CIC. off. 2, 21 ad rationem. Cluent. 51 ad omnia ... remedia ac perfugia causarum (LIV. 22, 8, 5 ad remedium ... civitas -it. PLIN. nat. 11, 105 ad Sibyllina ... remedia). epist. 4, 6, 2 ad rem publicam (CORP. XIV 2795 [*Gabiis*] -endo at aeternam rem publ⟨i-cam⟩). de orat. 2, 145 ad *sapientiam*. APVL. apol. 33 ad mea scripta. CIC. Caecin. 83 ad interdicti sententiam (SEN. apocol. 10 Corvini ... sententiam). FLOR. epit. 4, 3, 4 ad servitutem. LIV. 40, 12, 19 ad spem (VVLG. Hebr. 6, 18). SEN. dial. 11, 17, 13 ad studia (PLIN. epist. 8, 19, 1). PETRON. 102 ad temeritatem. AMM. 22, 3, 4 ad tutelam principis. QVINT. decl. 356 p. 388, 29 ad ultionem. HIER. epist. 106, 2 ad Hebraicam ... veritatem. SEN. epist. 83, 13 ad vetera. CELS. 1, 3 p. 19 ad *vomitum*. RHET. Her. 4, 24, 33 ad virtutem (CAES. civ. 1, 58, 2). SEN. dial. 3, 10, 2 ad vitia. PLIN. epist. 10, 51, 2 ad vota. **5** *in rem incorpoream*: LIV. 9, 26, 16 in praesidia adversariorum, appellationem et tribunicium auxilium. CIC. Q. Rosc. 30 in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Caecin. 100 quasi ad aram in exilium. IVLIAN dig. 19, 5, 3 in *factum civile*. CIC. Quinct. 10 in fidem, veritatem, misericordiam (BELL. Hisp. 1, 1 Pompeius in fidem uniuscuiusque civitatis -ere coepit *quod Wölfflin, Archiv 12, 161 de civibus conciliandis interpretatur*. 32, 8. LIV. 4, 48, 13 [effugere *M*]. MARCIAN. dig. 40, 1, 5 RVF. FEST. 7). VVLG. I Macc. 5, 11 in munitionem. SEN. dial. 12, 6, 4 in otium ruris quieti (quietis *BDE*). STAT. silv. 1, 4, 11 inque sinum ... tuum ... -unt leges (PLIN. paneg. 6 -it in sinum tuum concussa res publica. *cf.* CIC. rep. 1, 5 in barbariae sinus). LIV. 32, 21, 31 in societatem vestram. **6** *in dicendo argumento, excusatione, praetexto sim. uti*: TER. Haut. 793 neque tu scilicet illuc -es: quid mea? (CIC. fin. 2, 28 *Epicurus* -it illuc ut neget *etc.*). CIC. Verr. 2, 48 quo -es? (S. Rosc. 80 quo tandem accusator inopia argumentorum -it [*v. l.* -erit]. Flacc. 4 nihil est praeterea quo -ere possis. Tusc. 2, 67 quo sit -endum, tu vides). SEN. contr. 2, 5, 10 isto novissime -ere. ASCON. Corn. p. 60 eo -it *Cicero* ut diceret. *sequitur inf.*: LVCR. 3, 766 scilicet in tenero tenerascere corpore mentem -ent (*i. illuc, in eam sententiam, ut dicant*). *similiter* CIC. Verr. 4, 191 illuc -es, vecturae difficultate adductos ternos denarios dare maluisse? *sequitur enuntiatum*: TAC. dial. 10 cum praesertim ne ad illud quidem -ere possis ... tamquam minus obnoxium sit offensae poetarum quam oratorum studium.

[**cōnfugio,** -ōnis *f.*] GLOSS. V 356, 32 de confugione (?) statione, hydde (*anglosax.* V 405, 33 hyđae), de confugiendi statione *Schlutter coll. Oros. hist. 5, 2, 1.*

cōnfugium, -ī *n. a* confugere. GLOSS. καταφυγή. συμφύγιον. refugium. OV. trist. 4, 5, 6 qui veritus non es portus aperire fideles fulmine percussae -mque rati (5, 6, 2 qui mihi -m, qui mihi portus eras). PAVL. FEST. p. 39 confugelam antiqui -um dicebant. STAT. Theb. 12, 504 commune animantibus aegris -um. VVLG. Ios. 21, 13 -i civitatem (21, 21. 27. 32. 37). OROS. hist. 2, 19, 13 ad -a salutis, hoc est sanctorum locorum agmina ... cogentes. GREG. TVR. Franc.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 2 ad basilicam ... -um faciunt (8, 6 in basilica ... -um fecerant). *Gudeman.*

cōnfuit, -fore, -futūrus *a* con *et* fuit. GLOSS. IV 42, 11 confore convenire aut adfuturum esse. 223, 25 futurum esse (V 447, 13). NOT. Tir. 4, 90 confuit. *i. q. evenire*: PLAVT. Mil. 941 confido confuturum (cumf- *codd.*). TER. Andr. 167 spero -fore. DICT. 2, 22 quod magis spero -fore. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 4 adiutu enim Christi praesumo -fore. *i. q. fieri, esse*: CYPR. GALL. exod. 67 Ebraea de plebe palam, quae -foret altrix, imperat acciri. 1146 venturumque diem solemnem -fore dixit. Ios. 2 promittit *deus Iosuae* validis sublimem -fore donis. AMM. 24, 8, 4 quorum neutrum ... -fore dicebatur. *i. q. prodesse*: GLOSS. II 447, 10 confore συνοίσειν. PS. HIL. libell. 9 *facultates* ministrare et augere -fuerit. *i. q. simul esse*: CAEL. AVR. chron. 4, 8, 122 ac si febres non fuerint neque alia quaelibet passio lumbricis -fuerit.

cōnfulcio, -tum, -īre *a* con *et* fulcire. LVCR. 2, 98 partim intervallis magnis confulta resultant *corpora*.

cōnfulgeo, -ēre *a* con *et* fulgere. PLAVT. Amph. 1067 ardere censui aedis, ita tum -bant. 1096 aedes totae -bant tuae quasi essent aureae. *dubium* CINNA carm. frg. 4 lucida confulgent (ISID. orig. 19, 2, 10; cum fulgent SCHOL. Lucan. 5, 418; qua splendet NON. p. 546) summi carchesia mali. *L.*

✖**cōnfundo,** -fūdī, -fūsum, -ere *a* con *et* fundere. GLOSS. συγχέω, misceo. -it commiscet, mixturat. conturbo, dissipo. ad -endum εἰς συγχύσεις. *legitur primum apud* PLAVT., *deest apud* TER. RHET. Her. (*adv.* confuse *semel*) CATVLL. SALL. NEP. CIC. epist.; *singulis locis usi sunt* PLAVT. CAES. HIRT. TIB. PROP. *dep.* confundor *cf. p. 263, 76.* [*francog.* confondre, *hisp. vet.* cohonder. *M.-L.*]

I ***miscere, turbare*:** **A** ***proprie*:** **1** *miscere*: **a** *de rebus liquidis, frumento, aere sim.*: PLAVT. Most. 277 una multa iura -udit cocus. CIC. Cluent. 173 cum *venenum* ita -sum esset, ut secerni nullo modo posset. nat. deor. 2, 136 *alvus* omne, quod accepit, cogit et -it. HOR. sat. 2, 4, 67 hoc ubi -sum sectis inferbuit herbis. OV. epist. 2, 95 cumque tuis lacrimis lacrimas -ere nostras. medic. 61 ubi pulvereae fuerint -sa farinae. met. 7, 278 arenti ramo ... omnia -udit summisque inmiscuit ima. VITR. 7, 3, 10 calce et harena ibi -sa. 7, 8, 2 inter se congruunt et una -untur. VAL. MAX. 3, 2 ext. 1 ex pluribus corporibus in unum ... cruor -sus est. COLVM. 3, 21, 6 -susque in unum multarum sopor. PLIN. nat. 9, 139 argentum auro -ere (34, 5 aes -sum auro. TAC. ann. 16, 2 -sum metallis aurum gigni). 29, 50 melle, mox aceto, item oleo -sis crebroque permixtis. APVL. met. 6, 10 frumento et hordeo et ... commixtisque acervatim -sis. 9, 23 frumenta -sa. CYPR. epist. 63, 13 utrumque miscetur et adunatione -sa sibi invicem copulatur. SER. SAMM. 76 cinerem -ito lymphis. 262. 1000. 1016. AVG. civ. 1, 8 cum oleo amurca -itur. SVLP. SEV. chron. 2, 2, 5 ferrum atque testum inter se -sum coire non potest. PRISC. Anast 117 mare -so (*i. admixto*) rutilavit sanguine victum. *de aquis confluentibus*: VERG. Aen. 3, 696 qui nunc ore, Arethusa, tuo Siculis -itur undis. CVRT. 9, 4, 8 Acesinus Hydaspi -itur. 9, 9, 7 leni adhuc aestu -ente dispares undas. STAT. Theb. 8, 464 una receptas -it iam vallis aquas. FRONTIN. aq. 86 Claudia et Anio ... intra urbem -bantur. APVL. mund. 4 fluminum frigidos lapsus ... profundo in mari -it. ANTH. 440, 6 Corinthos -et fluctus pervia facta duos. VIB. SEQ. geogr. p. 148 Hermus ... Pactolo -itur. AMM. 16, 3, 1 Mosella -itur Rheno. PROB. Verg. ecl. 6, 82 Eurotas -itur Alpheo. **b** *de aliis rebus corporeis*: CIC. Tim. 49 cum ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, se -udit et contulit. CVLEX 156 excelsis super dumis, quos leniter adflans aura susurrantis poscit -ere venti. PANEG. in Mess. 173 et ferro tellus, pontus -itur aere (*sic codd. vett. recte*, confinditur ς *et edd.*; *cf.* STAT. Theb. 1, 136 in diversa trahunt atque aequis vincula laxant viribus et vario -unt limite sulcos. MEROB. poet. 14 et quamquam Geticis sulcum -at aratris, barbara vicinae refugit consortia gentis). MANIL. 5, 673 strages -itur omnis. COLVM. 3, 19, 3 eaeque (*vites*) separatae ac distinctae specialiter an -sae et mixtae acervatim. 3, 21, 2 velut abiecta et quodam acervo -sa sunt. PLIN. nat. 2, 7 deciduis ... seminibus ... ac plerumque -sis. STAT. Theb. 3, 168 caros urna -ite manes (*i. q. cineres*). APVL. met. 6, 1 cuncta passim iacentia et incuria -sa. PS. ASCON. div. in Caec. p. 109 tabulas in unum omnes coniciant atque -ant. **c** *de rebus caelestibus*: SEN. nat. 1, 3, 5 multas imagines, immo innumerabiles et devexas et in praeceps euntes -i: itaque arcum esse multarum solis imaginum confusiones. 1, 5, 5. 7, 12, 1 -so in unum duarum *stellarum* lumine faciem longioris sideris reddi. 7, 12, 8 si quid esset, quo medium inter duas stellas spatium -retur, aeque cito dilaberetur. PLIN. nat. 2, 102 *aer* infinitum et terreni halitus miscens utraque sorte -itur. *abusive*: VITR. 9, 4, 6 septentrionis autem minoris et Cephei simulacri complures sunt stellae -sae (*i. amborum siderum communes*). **d** *de confusione universi*: OV. met. 2, 299 in chaos antiquum -imur. SEN. epist. 9, 16 resoluto mundo et dis in unum -sis. nat. 3, 29, 8 -etur, quidquid in suas partes natura digessit. LVCAN. 6, 696 chaos innumeros avidum -ere mundos. ARNOB. nat. 5, 23 res omnes in antiquae speciem -ret unitatis. **2** ***turbare*:** **a** *de rebus corporeis*: *perturbare, praecipue perturbando delere*: VARRO rust. 3, 9, 11 vitales venas -ant in iis (PLIN. nat. 10, 151). OV. met. 15, 770 -ant moenia Troiae. VAL. MAX. 8, 7 ext. 7 sanguine suo artis suae liniamenta -udit (CLAVD. 17, 134 scriptae harenae notas -udit. AVSON. 35, 8 omnia -sis interiere notis). SEN. epist. 68, 4 vestigia sua circa ipsum cubile -unt (PLIN. nat. 8, 208; *cf.* PLIN. paneg. 24 te ad sidera tollit humus ista communis et -sa principis vestigia). PLIN. nat. 2, 137 sacculis ipsis nullo modo ambustis ac ne -so quidem signo cerae. 35, 150 cortina ... -ura colores. VLP. dig. 10, 1, 8 pr. irruptione fluminis fines agri -udit inundatio. AVIEN. Arat. 1592 comarum vis -sa micans (CLAVD. 8, 551 -sa motu caesaries). AVSON. Mos. 198 per medium qua sese amni -it imago collis. AMM. 24, 1, 11 ventorum turbo ... -erat omnia tecta. 28, 2, 3 compaginatae formae ... fluctibus erectis -bantur. VEG. mil. 3, 23 -sas in pulvere vento vias. HIER. epist. 106, 22 scriptorum neglegentia virgulis et asteriscis subtractis distinctio tota -itur. **b** *de corporis partibus*: *foedare, disturbare, conterere, contundere*: OV. met. 5, 58 fractis -udit ossibus ora (12, 251 ossa non agnoscendo -sa relinquit in ore. VAL. MAX. 4, 5 ext. 1 oris decorem vulneribus -udit. LVCAN. 2, 191 Marii -ere voltum. 3, 758 -sis voltibus unda. QVINT. decl. 388 p. 438, 14. p. 437, 28 -sa facie. PS. QVINT. decl. 10, 1). SEN. Tro. 1114 signa clari corporis et ora et illas nobiles patris notas -udit imam pondus ad terram datum (QVINT. decl. 388 p. 437, 23 signa -sa. p. 439, 11. p. 435, 10 nihil erat -sum; *cf.* inst. 11, 2, 13 triclinium illud supra convivas corruit atque ita -udit, ut.... NEPOTIAN. 9, 20 cum discerni ad sepulturam corpora -sa [contusa *Eberh.*] non possent). LVCAN. 2, 166 cum iam tabe fluunt -saque tempore multo amisere notas *corpora*. PETRON. 105 -sis omnibus corporis orisque lineamentis (108 omnia scilicet lineamenta fuliginea nube -udit. QVINT. decl. 388 p. 433, 17 CALP. decl. 7 IVST. 3, 5, 11). PLIN. nat. 29, 136 -sas et ab ictu miseras aures. STAT. Theb. 10, 291 *tigris* crasso sordida tabo -udit maculas. *nota*: *de oculis*: LVCAN. 8, 108 siccaque Thessaliae -udit lumina Lesbos (*i. lacrimas excitavit; cf.* CORIPP. Ioh. 8, 332 lumina -unt lacrimis). SEN. dial. 5, 9, 2 -sis (*i. aegrotis*) oculis prosunt virentia. CASSIOD. inst. div. 5 dexter ... globus vitreo colore -sus (*i. caecatus*). **c** *de vultu animi commotione perturbato*: OV. trist. 3, 5, 11 vidi ego -sos vultus (LIV. 41, 15, 1. SEN. Herc. O. 255 ore -so. CVRT. 6, 7, 18. 8, 3, 13 -erat oris exsanguis notas pallor). SEN. contr. 2, 7, 3 multo robore -sa (COLVM. 10, 260 ingenuo -sa rubore virgineas adaperta genas rosa praestet honores. STAT. Theb. 2, 234 primae modestia culpae -it vultus). **d** *de aquis*: SIL. 12, 620 fluit agmen aquarum turbine -sum piceo. AVIEN. ora 192 -i at illic aequor inmundo a luto memorant vetusti. COD. Theod. 7, 1, 13 (*a. 391*) decernimus, ut nullus ... fluentis commune poculum polluat neve abluendo equorum sudore deproperus publicos oculos nudatus incestet atque ita et turbido potum caeno misceat et -at aspectum. **e** *de caelo obnubilato*: SEN. suas. 1, 1 -sa lux alta caligine et interceptus tenebris dies. STAT. Theb. 5, 421 -soque dies respexit Olympo. AMM. 17, 7, 2. OV. met. 14, 367 quo solet et niveae vultum -ere Lunae (PROB. Verg. ecl. 6, 31 luna -sa aeris densitate). TERT. anim. 2 -sis vestigiis caeli et freti. *in imagine de hominibus*: **a** *de hominum concursu*: CAES. Gall. 7, 75, 1 ne tanta multitudine -sa nec moderari nec discernere suos ... possent. OV. met. 12, 214 festaque -sa resonabat regia turba (SEN. Herc. f. 150 AVG. c. epist. fund. 9). HOR. ars 213 rusticus urbano -sus, turpis honesto. COD. Theod. 8, 1, 8 (*a. 363*) numerarios, non eos modo, quos plebe -sa vulgus abscondit, sed primos etiam et magistros eorum. **b** *de exercitus perturbatione*: HIRT. Gall. 8, 14, 2 perturbatum et -sum ... agmen. LIV. 9, 27, 10 signaque et ordines peditum atque equitum -it (28, 13, 9. 30, 34, 10. 35, 5, 9. 38, 25, 12). CVRT. 4, 16, 11 eques pedesque -si (TAC. hist. 1, 84). COLVM. 12, 2, 5 VEG. mil. 2, 13 FRONTIN. strat. 2, 5, 31 ANON. Vales. 5, 24 CLAVD. 20, 421. HEGES. 5, 4, 3 Romanas acies -sae multitudini victoriam cedere.

synonyma: cogere, colligere, coniungere, contrahere, convocare (Cic. Caecin. 59); conferre, conflare, congerere, conficere, efficere.

opposita: distrahere (Cic. dom. 67), dissipare (Cic. Tusc. 1, 62).

part. praes. **congregāns** *ut nomen proprium*: Vvlg. prov. 30,1 verba Congregantis (*i. Aghur*) filii Vomentis.

congregus, -a, -um [*cf. c.* congregari. *Th.*]. Isid. orig. 12, 7, 1 aliae (*aves*) congregae, id est gregatim volantes. *cf.* congrex.

✖**congressio,** -ōnis *f. a* congredi. **1** *conventus, congregatio*: Gloss. iunctus. Cic. Cluent. 41 nemo illum aditu, nemo -e ... dignum iudicavit. Phil. 2, 46 eum ... non modo tua familiaritate, sed etiam -e ... prohiberet. de orat. 1, 192 omnia sunt ... collocata in usu cotidiano, in -e hominum. top. 59 amori -o causam attulerat, amor flagitio. off. 1, 132 sermo in circulis, disputationibus, -bus familiarium versetur. ad Q. fr. 1, 3, 4 *malum* minus miserum fuit, quam fuisset cum -o tum vero digressio nostra. epist. 7, 10, 4 una ... nostra vel severa vel iocosa -o pluris erit quam ..., Epist. pontif. 216 (Lucif. epist. 2 p. 321, 9) cupio quae gesta sunt in ipsa -e (congregatione *Bar.*) fidelius scire. *de concubitu sim.*: Cic. rep. 1, 38 a prima -e maris et feminae ... ordiar. Tert. idol. 2 in ipsa carnis -e. virg. vel. 11 -o viri mulierem facit. resurr. 61 sexum a -e subducimus (*adde*: virg. vel. 11 *Rebecca* non sustinuit ... osculi -em). Lact. inst. 6, 20, 25 ut se ab uxoris -e contineat. Zeno 1, 4, 4 vesana -e desudant *impudici*. Cael. Avr. acut. 3, 18, 180 *partium genitalium* -e usus venereus celebratur.

2 *certamen, pugna*: Gloss. *ἡ συνστάδην μάχη. συμβολὴ ἐπὶ μάχης ἤτοι πολέμου. cf. p. 295, 20.* Qvadrig. hist. 10 ea -o in ipso ponti ... facta est (Schol. Cic. Bob. p. 312, 33 -e apud Zamam facta. Rvfin. hist. 2, 21, 2 -e facta [*συμβολῆς γενομένης*]. Vict. Tonn. chron. II p. 195, 5). Apvl. met. 9, 2 sine ullo -is (concessionis *codd.*) suae periculo (Ennod. opusc. 4, 2 p. 383, 16) Cypr. epist. 57, 3 si ... adversarium nobiscum in -e prostraverint. 57, 5 dabit militantibus in -e victoriam (Iord. Rom. 313 superatis ... Romanis in -e. Corp. VIII

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2980 ⟨in⟩ congre⟨ssione hostium⟩ dimica⟨ns⟩. FIRM. math. 3, 6, 10 in omni -e). epist. 58, 8 proeliantes nos et fidei -e pugnantes spectat deus. SOL. 1, 75 qui ... omnes adversarios levi tactu ac paene securis -bus vicerit. PANEG. 10, 7. 10, 11. 10, 20 prima . . . -o secundum illos fuit. ARNOB. nat. 3, 26 *gaudere* filiorum et patrum parricidali -is horrore. LACT. inst. 3, 12, 4 cum in aliquam -em certamenque venerit. 6, 6, 15. IVST. 2, 12, 8 ante navalis proelii -em (22, 3, 9. 39, 3, 12. CASSIOD. hist. 1, 4 p. 888^{B} in -bus proeliorum. VVLG. Iudith 7, 9 sine -e pugnae). 2, 14, 8 ante -em (IORD. Get. 217 ante -em publicam). 6, 4, 12 prima ...-e funduntur *Lacedaemonii* (HEGES. 1, 14, 1 OROS. hist. 2, 14, 18. 6, 15, 26 IORD. Rom. 374 Get. 247 EVGIPP. Sev. 27, 2). 8, 1, 12. 11, 6, 10 prima . . . -o in campis Adrasteis fuit. 38, 9, 2 cum . . . multis -bus victor fuisset. 4, 5, 1 prima...-e navalis certaminis Athenienses vincuntur (CASSIAN. conl. 5, 14, 3 primae -is certamen). 15, 1, 6 prima belli -e (31, 6, 5). 27, 3, 2 ex superiore -e integer. CHALC. transl. 18^{A} in -bus Martis (*ἐν ταῖς μάχαις*). HIL. syn. 3 omnem *Saturnini* petulantiam in proruptionis -e fregistis. RVF. FEST. 27 praeter leves excubantium in limite -es (14. 18. 25). AVSON. 425, 5 Tlepolemi Sarpedonisque -o. AMM. 14, 2, 8 se inpares nostris fore -e stataria. SERV. Verg. Aen. 4, 168 primam -em *Graeci ὁλολυγὴν* dicunt. COMMENT. Lucan. 5, 352 ut . . . Pompeianam -em accederem. CLAVD. DON. Aen. 2, 14 in -e aperta. 11, 633 -e ex aperto perfecta. VEG. mil. 4, 12. 4, 44 quid . . . crudelius- -e navali? (OROS. hist. 2, 8, 7). MAXIMIN. c. Ambr. 86 quid . . . personas christianas temerarius laceras, quarum -em fugis ignavus? HEGES. 1, 13, 3 res usque ad contentionem atque in -em deducta. 1, 21, 1. 1, 30, 2 copias partim insidiis, partim -e atque aperto proelio fudit. 1, 32, 6. 5, 31 p. 18, 9 -i milites Caesaris non defuturos. HIER. adv. Iov. 1, 6 non dimicabo contra singulos nec paucorum ero passim -e contentus. in Am. 4, 1 p. 268. VVLG. II Macc. 5, 3 -es fieri cominus (*προσβολάς*). RVFIN. Adamant. prol. *Adamantius haereticos* solus expugnans et -e famosissima spectaculum mundo . . . factus AVG. serm. ed. Mai 97, 8 latentis nescio cuius potestatis adversitas, quae non -e, sed oratione superatur. BACHIAR. repar. laps. 6 in passionis -e. MART. CAP. 2, 197. OROS. hist. 2, 4, 9 *Tullum Hostilium* dubios eventus conpendiosa tergeminorum -e finisse. 3, 1, 6 ut pondus geminae -is eluderet. 3, 6, 2 pugnam . . . cruentissima -e confecit. CASSIAN. inst. 10, 25 commissa -e. 5, 16, 2 a spiritalium -um conflictu . . . repellemur. conl. 14, 9, 5 in actuali atque ethica -e prostratus. ENNOD. epist. 9, 6 p. 253, 10 consummatis -bus. opusc. 1, 54 p. 276, 7 pia -e cecidisse. 1, 85 p. 284, 22. *de venatione*: SYMM. epist. 2, 76 (75), 2 ut ursorum defectum -o Libyca repensaret. 6, 43 (44) secundis ludis -um more confecti sunt *crocodilli*. TAB. devot. Audollent 250 B 13 ⟨in⟩ omni⟨bus cong⟩ressionibus depannetur, vapulet, vulneretur (*syn.* proelium, certamen). *in imagine et de disputatione*: TERT. scorp. 4 in unam speciem -is certas praeducimus lineas. pudic. 5 ad hanc iam lineam dimicabit nostra -o (carn. 17 ad unam iam lineam -em dirigamus). anim. 3 una iam -e decisa adversus Hermogenem. apol. 25 non omittam -em, quam provocat illa praesumptio. praescr. 16 nihil proficiat -o scripturarum. carn. 25 citra (*i. sine*) singularum ex diverso opinionum -em, quam ex argumentationibus earum et scripturis . . . provocavimus. adv. Marc. 1, 1 quatenus admittenda -o est. 1, 3 tota -o de numero (*est*). 2, 27 cum haereticis non multo diversa -o. 3, 1 -o ista . . . eo utique proficiet, ut . . . . resurr. 48 ut quod adversarii prima statim acie obstruunt, in ultima -e prosterneremus. adv. Val. 3 hunc primum cuneum -is armavimus. 6 distulerim -em. *ibid.* -is lusionem deputa . . . ante pugnam *al.* IVL. VICT. rhet. 4, 1 p. 386, 11 ne nimis immoremur generalibus quaestionibus, sed praecipuam -em ad causae proprias conferamus species. AMBR. Ioseph 5, 23 *Ioseph* mentis -e superavit tamquam scuto animi inruentem repellens. AVG. c. Iul. 2, 8, 23 iustificatio . . . confertur: prius lavacro regenerationis . . . deinde -e cum vitiis (FAVST. REI. serm. 23 p. 314, 16 contra passiones nostras infatigabili -e certemus). SVLP. SEV. chron. 2, 28, 5 tum illustris illa adversus Simonem Petri ac Pauli -o fuit. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 19, 18 habita identidem cum diversa (adversa *M*) parte -e. BOETH. top. Arist. 8, 3 p. 999^{D} in dialecticis -bus.

syn: aditus, circulus. certamen, contentio, proelium. disputatio. *opp.*: digressio (CIC. ad Q. fr. 1, 3, 4).

? **congresso**. GLOSS. II 441, 47 *συμβάλλω* convenio, congero, committo, -o, congredior, congessero (?), confligo.

congressor, -ōris *m. a* congredi. AMBR. epist. 27, 16 bonus congressor non aemulatur, non inflatur; immo etiam benedicit congredientem sibi tali munere.

congressus, -ūs *m. a* congredi. GLOSS. congressio, *συμβολή, ἀπάντησις*. II 550, 7 hic -us *ἡ συνβολὴ, ἡ συνπλοκή*. *dat.* congressui *v. p. 296, 34. 297, 16 sqq.* *gen. plur. non legitur.*

1 *conventus, congregatio, aditus*: CIC. orat. 33 -us nostros ... requirens. Sull. 16 cum eisdem illis ... ne mediocri ... sermone et -u coniungeretur (Sest. 111 aditum sermonem -um tuum fugiunt. epist. 6, 4, 5 cotidianus -s et sermo ... familiarissimi hominis. Att. 9, 12, 1 consilia ... -us sermonisque cum Caesare. QVINT. inst. 12, 10, 62 deos ipsos in -um prope suum sermonemque deducet. TAC. ann. 15, 48 comi sermone et -u. MACR. sat. 1, 2, 3). Vatin. 2 -u..., aditu dignum. Cael. 20 numquam se ne -u quidem et constituto coepisse de tantis

iniuriis experiri. Planc. 66 neminem a -u meo . . . somnus absterruit. Phil. 9, 2 ad -um colloquiumque eius pervenisset (12, 26 in Antonii -um colloquiumque veniendum est. MELA 1, 47. TAC. hist. 4, 64 colloquia -usque nostros). epist. 3, 6, 3 ut tuum factum . . . alieni hominis . . . et fugientis -um . . . videatur. Lael. 87 -us ut hominum fugiat atque oderit. Att. 1, 17, 2 ut omnia placarentur . . . conspectu ipso -uque vestro (VAL. MAX. 2, 10, 2). 1, 20, 3. 8, 15, 3 optas -um (12, 40, 2 -um meum . . . desideravit). 9, 15, 2 me . . . -s *Caesaris* stimulat. 9, 18, 4 extremum fuit de -u nostro. 9, 19, 4. 11, 12, 3 si quis -s fuerit mihi cum Caesare. ad Q. fr. 1, 3, 4 -us nostri lamentationem pertimui. ac. 2, 6 clarorum virorum . . . tacitos -us esse oporteat. fin. 1, 69 primos -us copulationesque . . . fieri. 3, 8. *de bestiis*: CIC. nat deor. 2, 124 -une aliquo inter se *bestiolae* an . . . natura ipsa congregatae sint. VERG. Aen. 5, 733 -us pete, nate, meos (AVSON. 403, 3). OV. met. 7, 501 postquam -us primi sua verba tulerunt. LIV. 1, 19, 5 sibi cum dea Egeria -us nocturnos esse (LACT. inst. 1, 22, 1). 1, 21, 3 ad -um deae. 3, 38, 11 quantum a coetu -uque impotentium dominorum se amovissent. 7, 4, 4 filium . . . -u aequalium prohibitum. 7, 40, 2 milites utrimque -us quaerere ad (ac *L*) conloquia. 21, 24, 3 ut ex propinquo -s facilior esset. 22, 11, 6 -s *dictatoris et consulis* ingentem speciem dictaturae . . . fecisset. 28, 35, 8 attonitus ipso -u. 38, 45, 2 illum . . . non -um modo, sed conspectum etiam eius vitasse (TAC. ann. 4, 69 -us, conloquia . . . vitari. 14, 3 vitare secretos eius -us. SVET. Tib. 50). 42, 16, 9. VITR. 2, 1, 1 in eo hominum -u. QVINT. inst. 1, 2, 20 *homo* cum se a -u ... segregarit. decl. 316 p. 245, 9 hae propinquitates, hi -us, haec studia ... occident atque labentur. PS. QVINT. decl. 9, 13 mutuo gaudere -u. TAC. ann. 2, 28 -us abnuit. 4, 74 *Seiani* durior -s. 11, 4 domum suam Mnesteris et Poppaeae -bus praebuissent. 13, 46 deicitur familiaritate sueta, post -u et comitatu Otho. 15, 60 melius fore, si amicitiam familiari -u exercuissent. SVET. Aug. 65 *Augustus* abstinuit...-u hominum. TERT. ieiun. 6 *Helias* quam familiari -u dei exceptus est! adv. Marc. 2, 27 deum non potuisse humanos -us inire. 2, 7 p. 344, 2 colubrum a -u feminae (*i. Evae*) arcet *deus*. adv. Val. 26 -ui et conspectui et contactui ... subiaceret. uxor. 1, 8 bonos corrumpunt mores -us mali (*cf. p. 169, 39*). cult. fem. 2, 12 adversus -us et suspiciones impudicas providendum ... esse. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 15 *ut omnia* mendacio gesta sint, -us, contactus, convictus. CONC. Aquil. a. 381 Migne 13, 589^{B} bestias (*i. haereticos*) nec salutatione recipiendas atque -u. SYMM. epist. 8, 27, 3 animi alacritatem ... tibi -s noster sedulo conciliare potuisset. 9, 33 Valentinianum -u mihi primore conpertum (SIDON. epist. 3, 13, 11 si talium sodalitati ne -u quidem primore sociere). HIER. epist. 22, 15 *matronarum* declinare -us (*syn.* consortium). MACR. sat. 1, 5, 13 invitandos ad eundem -um convictumque. MART. CAP. 1, 8 neque *Mercurium* sine Apollinis consilio quicquam debere decernere aut fas ab eius -bus aberrare. 2, 180. 6, 578. OROS. hist. 5, 1, 15 cui *genti* se -u primo credidit? RVT. NAM. 1, 495 Victorinus . . . -u (*i. adventu*) explevit mutua vota suo. SIDON. epist. 5, 7, 3 invident ... consessum prioribus, -um aequalibus. COD. Theod. 16, 5, 13 a bonorum -bus separentur. 16, 5, 14 haeresum sectatores .... inhiberi . . . a -u honestorum. *de concubitu vel nuptiis*: PLIN. nat. 12, 54 *sacros Arabes nullo* -u feminarum funerumque ... pollui (SOL. 33, 7 -bus feminarum). QVINT. decl. 247 p. 11, 26 coitus atque -s citra ius non efficeret uxorem. p. 12, 1. APVL. apol. 91 *me* primo dotem in -u grandem . . . rapuisse. met. 1, 7. TERT. virg. vel. 8 vir Adam ante nuptiarum -um. LACT. inst. 2, 14, 2 *diabolus angelos* mulierum -bus inquinavit. COD. Theod. 9, 9, 1, 6 (*a. 326*) -us vetitos renovantes. *de rebus*: LVCR. 2, 1065 esse alios alibi -us materiai (5, 67 quibus ille modis -s materiai fundarit terram). VITR. 2, 1, 9 quibus . . . mixtionibus principiorum -us (-u?) temperentur. QVINT. inst. 11, 3, 35 vitatur . . . duriorum *litterarum* inter se -s. SIDON. epist. 7, 2, 1 quod apicum primore -u diversa conexui. CLAVD. MAM. anim. 2, 12 p. 149, 6 astrorum . . . circuitus vel per magnos orbes -us siderum.

2 *certamen, pugna*: QVADRIG. hist. 10^{b} Manlius continuo umerum dextrum *Galli* eodem -u (concessu *plerique lib. Gellii*) incidit. CIC. de orat. 2, 317 in ipso illo gladiatorio vitae certamine . . . ante -um multa fiunt, quae non ad volnus ... valere videantur (VEG. mil. 3, 22 qui . . . ante -um recedit ex acie. 4, 42). CAES. Gall. 3, 13, 7 cum his navibus nostrae classi . . . -s erat. civ. 1, 46, 4 nostri in primo -u circiter LXX ceciderunt (1, 47, 2 nostros primo -u terga vertere. SALL. Iug. 74, 3 milites primo -u pulsi. LIV. 4, 33, 1. 10, 1, 9. 38, 17, 6 FRONTIN. strat. 2, 1, 8 TAC. Agr. 31. 36 ann. 2, 3 AMM. 21, 12, 7 ITIN. Alex. 36). BELL. Hisp. 25, 4 Achillis Memnonisque. 31, 2 -s et clamor, quibus rebus maxime hostis conterretur, in conlatu pari erant condicione. SALL. Iug. 60, 1 pedites . . . magnam cladem in -u facerent. VERG. Aen. 12, 514 tris uno -u *Aeneas neci mittit*. LIV. 44, 1, 7 primus eorum -s ex dignitate ipsorum ac Romani nominis. PLIN. nat. 8, 5 gladiatorios -us edere. VAL. FL. 6, 322 illum, ubi -u subiit Gesander iniquo, territat his (STAT. Theb. 7, 675 -u Capaneus gavisus iniquo). HOMER. 85. 954 alternis . . . *Achilles* mutat -bus ictus. STAT. Theb. 8, 503 quaenam hunc belli caligine nobis -um fortuna tulit? 9, 782 -us dum nemo tuos pugnamque minorem dignatur. FRONTIN. strat. 2, 2, 13 quantum ad -us facultatem. TAC. ann. 13, 38 sine -u. FLOR. epit. 1, 16, 12 in -u arsisse omnium oculos. AMPEL. 34, 1 antequam in -um *Caesaris* veniret *Pharna-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ces. IVLIAN. dig. 43, 16, 17 possessionem vi ereptam vi in ipso -u reciperat. GELL. 1, 11, 9 in -bus proeliorum (AMM. 16, 5, 9). TERT. patient. 3 *deus* temptatoris -us solis verbis repellit. CYPR. epist. 37, 1 *Celerinus* gloriosis -bus dei miles. SPART. Sept. Sev. 17, 8 a nullo -u ⟨digressus⟩ nisi victor. TREB. Claud. 13, 8 a militum -u facessere. AMM. 17, 13, 27 non -bus nec armis fretus. 21, 4, 7. 24, 4, 17 iterum deinde ac saepe geminatis -bus. 24, 4, 24 in -u flagranti scalas vehens. 25, 1, 3. 29, 5, 32 commentis potius et prudentia quam periculosis -bus hostem ... oppressurus. 29, 6, 15 Sarmatas ... -bus densis adtritos. VEG. mil. 3, 1 uno ... -u triumphans bellum omne confecit. 3, 20 instructae acies ad -um veniunt. ANON. de mach. bell. praef. in terrenis ... -bus talis est excogitata sollertia. 19. HEGES. 1, 1, 7 *Ionathas* -u ... superior factus. 1, 9, 2. 4, 23, 1. 4, 32 trino circa urbis moenia -u habito (*cf. Ios. bell. Iud. 4, 650 τριχῇ κατὰ τὴν πόλιν συμβαλόντες*). VVLG. I Macc. 9, 68 -s (*ἔφοδος*) eius erat inanis. PRVD. psych. 549 Martis -bus impar. ENNOD. opusc. 1, 32 p. 270, 17 qui -ui meo occurrerint. 1, 40 p. 272, 5 locorum situs ... -ui utilis. 1, 69 p. 280, 9 vicisti in universis -bus. SIDON. epist. 3, 3, 4 *acies* non est explicata -ui. CASSIOD. var. 8, 10, 4. COD. Iust. 1, 55, 7 reos in ipso latrocinio vel -u violentiae ... deprehensos. *metonymice*: RVFIN. hist. 2, 14, 3 neque Simon neque alius quis -us (*συγκρότημα*) tunc adversum apostolos ... potuit obtinere. *in iudicio*: QVINT. inst. 3, 6, 4 quae appellatio (*sc. στάσις*) dicitur ducta ... ex eo, quod ibi sit primus causae -s. *in imagine*: TERT. adv. Marc. 4, 1 istas (*antitheses*) proprio -u comminus ... cecidissem. carn. 21 accedam adhuc cominius ad -um. praescr. 15 in ipso ... -u firmos ... fatigant, infirmos capiunt. 18 in -um descendis (-u dissides *A*) scripturarum. resurr. 55 singulae quaestiones ... proprios quoque flagitant -us.

synonyma et iuxta posita ad 1: aditus, coetus, colloquium, comitatus, conspectus, convictus, copulatio, salutatio, sermo. coitus.

congrex, -gis [*cf. c.* congregare *et c.* grex. *Th.*]. *nomin. sing. non legitur nisi* GLOSS. *v. l. 42; in usu fuisse videntur solae formae in* -em, -e (-i *?*), -es *desinentes*.

1 *de bestiis, eiusdem gregis*: APVL. met. 7, 16 equinis armentis ... me -em pastor ... aliquando permisit. SOL. 2, 46 *Diomedeae aves* -es (*sic LMGP²*, congres *vel* congregatae, *vel* cum grege *al.*) volitant. IVL. VAL. 1, 27 -es multi numeri et generis aves. PAVL. NOL. carm. 20, 402 *vitulam* e -e coetu sustulerant domini. AVG. civ. 12, 22 cum animantes ... alias -es instituerit, quae congregatae atque in gregibus malint vivere. MAR. VICTOR aleth. 3, 279 extemplo -e turba vulgus quaeque suum sequitur rapidoque volatu miscentur. **2** *de hominibus congregatis*: GLOSS. II 383, 44 *δμόφυλος* tribulis, -x, gentilis. ITIN. Alex. 8 *satrapae* apud flumen Granicum -es locant castra. IVL. VAL. 1, 31 (vers.) astris receptum caelitumque -em. 2, 35 agmina ... nisi ad decem ... hominum numerum -es facient. AVSON. 399, 21 cernimus ... vias ... -e volgo nomen plateas perdere. 468, 2 mirati ... lectorum iuvenum -em densitatem. CYPR. GALL. gen. 1051 videns *Esau* vallatum -e (cum grege *AG*) turma. exod. 663 curritur ad fluctus certatim -e turba (num. 444). iud. 444 blandum ... canit cum -e turba. PERVIG. Ven. 43 choros videres ... -es inter catervas ire. *nota*: TERT. paen. 11 nullis conviviis celebres, nullis comissationibus -es (*i. qui non congregantur comissandi causa*). *locus dubius*: CARM. epigr. 1233. 18 -i in Satyrum (*Buech. ad l.*: '*Satyrum genet. est multitudinis; in congregi quasi in thiaso*'). **3** *de rebus*: TIBERIAN. carm. 4, 31 *da nosse* ... animam ... levi quo maximus olim texueris numero, quo (*neutr.*) -e dissimilique. AVSON. 336, 53 tris coit in partes numerus perfectus, ut idem -e ter terno per ter tria dissoluatur (*v. Hultsch ap. Schenkl p. 280*). PRVD. Symm. 2, 635 iam mundus te, Christe, capit, quem -e nexu pax et Roma tenent. *Hoppe.*

congruē *v.* congruus *p. 304, 82.*

cōngruēns, congruenter *v.* congruo *p. 301, 66 et 303, 1 sqq.*

congruentia, -ae *f. a* congruere, congruens. *i. q. convenientia, concinnitas, proportio, συμμετρία, ἁρμονία* **1** *de rebus corporeis*: PLIN. epist. 2, 5, 11 *ex capite vel membro statuae* -am aequalitatemque deprendere. TERT. resurr. 7 p. 477 vasculorum ... -am cures. AVG civ. 13, 18 -am figurae membrorumque. 22, 19 p. 597 servata partium -a (5^ies^). AVELL. p. 764, 21 *ut* utriusque horum copulatio lapidum -ae videatur obsistere. **2** *de rebus incorporeis*: SVET. Otho 2 morum. DIOM. gramm. I 474, 8 temporum ac syllabarum pedumque. APVL. apol. 15 *Demosthenes* pronuntiandi -am ab speculo petivit. met. 11, 13 miratus -am mandati muneris. 11, 20 praeter -am lucrosae pollicitationis. TERT. pudic. 9 rerum (AVG. civ. 19, 13 p. 377 MART. CAP. 9, 922 FVLG. RVSP. incarn. 30). IVL. VAL. 1, 3 meam et Philippi -am (*Ps. Callisth. τὴν γένεσιν, de horoscopando*). 3, 7 proceritudine corporis et cetera magnitudinis -a. LACT. inst. 2, 5, 15 ex ipsa rerum ac temporum (FVLG. RVSP. epist. 14, 43 temporis. AVG. epist. 196, 4). CHALC. comm. 32 *partitio* omnium numerorum designat -am. FAV. EVL. 16, 1 diversitas analogiae -am ⟨reperitur⟩ habere. 19, 26 unitas -aque servatur. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 461, 15 analogia *est* cum veteris et novi testamentorum -a demonstratur. mus. 5, 9, 19 facilis est cognitu ista -a (*sc. numerorum*). MART. CAP. 1, 11 modulationum. 2, 101 ex nuptiali -a. 2, 107 numeri. 9, 909 omnibus ad motum gressumque rata -a temperatum ... tinniebat. FVLG. RVSP. incarn. 33 ad videndam lucem quadam tenebrarum -a nutriuntur *oculi*. 34 -ae iudicium multis exemplis ostendere. NOVELL. Iust. 22 epil. futuro tempori competentem posuimus -am (*gr. προσήκουσαν ἐπιτεθείκαμεν ἁρμονίαν*).

deriv.: incongruentia.

congruitās, -ātis *f. a* congruus. SYMM. epist. 9, 49 (46) personarum (*i. sponsorum*) aequatio et honestate et possibilitate -s. *t. t. apud grammat.*: PRISC. gramm. III 211, 20 *sqq.* constructiones quae per nominativum absolvuntur, Stoici *ἀξιώματα* vel *συμβάματα*, id est dignitates vel -es vocabant ... ut 'Plato philosophatur' ... illas vero ... in quibus necesse est cum nominativo etiam obliquum aliquem casum proferri *παρασυμβάματα* dicebant, hoc est minus quam -es ut 'Cicero servat patriam' (*opp. ἀσύμβαμα*, id est incongruitatem ... ut 'placet mihi venire ad te').

deriv.: incongruitas.

✖**congruo,** -uī, -ere [*cf. c.* ingruere. *comparatur gr. ἐπ-έχραον 'ingruerunt' et lituan.* griūti '*corruere*', *v. W. Schulze, Zeitschr. vergl. Sprachforsch. 29, 240 sq. Th.*]. *traditur infin.* congruēre TER. Haut. 511 *neque aliter, ut videtur*, ARVS. gramm. VII 463, 4 *et* SCHOL. Bemb. *de origination*e: PAVL. FEST. p. 40 -ere dictum est a gruibus, quae non fere segregantur sive cum volant sive cum pascuntur. p. 97 gruere dicuntur grues ... unde tractum est -ere, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est. *v. l. 42.* GLOSS. *ἁρμόζω*. congruit *ἁρμόζει*, convenit, expedit, decet. congruere, *συναινεῖν*. concurrunt, -unt, conveniunt. FRONTO p. 159, 14 N. convenire et decere et aptum esse et -ere Graeci *ἡρμόσθαι* appellant. *vox deest poetis, exceptis* PLAVTO (*semel*), VAL. FL. (*bis*), TER. (*ter*), *et his scriptoribus*: CAES. SALL. SEN. rhet. CVRT. PETRON. *singulis locis habent* VARRO NEP. VELL. VAL. MAX. ASCON., *bis* FRONTIN., *ter* COLVM., *quater* SEN. phil. *adamatur* CIC. *et* APVL. (*c. 40^ies^*), PLIN. nat. (*25^ies^*), AVG. (*plus 40^ies^*). [*locus dubius*: COMM. apol. 453.]

I ***proprie*** *i. q. concurrere*: VITR. 7, 8, 2 *guttae* in vas aquae converruntur et ibi inter se -unt et una confunduntur. 8, 3, 2 umore et igni inter se -entibus. SOL. 27, 39 cum ad exitium viantium elementis -entibus in terris flabra saeviant. *in quadam imagine*: CORP. III 7000 *ut* totidem in sese -ant viae. *de aequali siderum motu, sim.*: CIC. Tusc. 5, 69 *sidera* caelo inhaerentia cum eius ipsius motu -ere certis infixa sedibus. SEN. nat. 7, 19 -ere iudicat *Zenon* stellas et radios inter se committere. PLIN. nat. 2, 191 meantium (*sc. siderum*) cum sole aut -entium. 18, 282 his tantum locis solis terraeque centra -unt (*i. in eadem linea sunt*). *de animantibus convenientibus*: VAL. FL. 2, 307 manus horrida matrum -erat. 6, 59 linguisque adversus utrimque -it et tereti serpens dat vulnera gemmae. HYG. mun. castr. 12 turba ibi -at. SOL. 10, 15 universae *grues*. AVG. civ. 13, 22 p. 587 ut hominibus -rent *angeli*. *in imagine*: APVL. apol. 95 omnes fandi virtutes paene diversae in illo viro -unt. TER. MAVR. 721 in unam 'q' redactae -erunt (*i. coaluerunt*) litterae.

II ***translate*:** **A** *de concinentia temporali, i. q. simul contingere, convenire, conspirare*: TER. Eun. 1033 quoi tam subito tot -erint commoda (COLVM. 9, 5, 2 si positio repugnabit nec maxima tamen incommoda -ent). CIC. Verr. 3, 129 quod suos dies mensisque -ere volunt cum solis lunaeque ratione. LIV. 1, 5, 5 tempus quo ipse eos sustulisset, ad id ipsum -ere. 1, 19, 6 ut vicesimo anno ad metam eandem solis, unde orsi essent, plenis omnium annorum spatiis dies -rent. VITR. 2, 2, 2 ex his ergo -entibus cum res omnes coire nascique videntur. VELL. 1, 16, 2 eminentissima ... ingenia ... in idem artati temporis -ere spatium. COLVM. 6, 24, 2 in id fere ... tempus naturalia -unt desideria. PLIN. nat. 2, 142 ictum (*sc. fulminis*) autem et sonitum (*sc. tonitrus*) -ere. 2, 180 *duodecim horarum intervalla* nunc non in omni parte simili modo -unt. 28, 77 si in defectus lunae solisve -at vis illa. 29, 53 certa luna capiendum (*sc. urinum*) censent *magi* tamquam -ere operationem eam serpentium humani sit arbitrii. 33, 150 ita -entibus fatis ut et liberet amplecti vitia et liceret. QVINT. inst. 5, 5, 2 si tempora non -unt, si vel antecedentia vel insequentia tabulis repugnant. decl. 306 p. 199, 10 cuius aetas cum expositionis tempore -bat. 338 p. 334, 23 eo tempore quod ad aetatem eius de quo litigamus, -at peperisse. SVET. Iul. 40 quo autem magis in posterum ... temporum ratio -ret (gramm. 7). CENS. 11, 8 numerus dierum ad tetragonum illum Chaldaeorum conspectum ... -it. 18, 4 quod ad solis modo cursum nec ad lunae -ere videbatur. PAVL. frg. Vat. 245 multa simul -erunt. FAV. EVL. p. 12, 3 ad hunc numerum ... lunaris cursus -uit revolutio. HIER. epist. 100, 10 anni circulum rationi menstruae vel lunari ... -entem. BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 133, 27 uno tempore ... -ente *nota de re corporea*: PLIN. nat. 18, 197 manus utique -ere (*i. pariter moveri*) debet cum gradu semperque cum dextro pede.

B *de consensu rationali*: **1** *de hominibus*: **a** *absolute*: TER. Phorm. 264 ecce autem similia omnia! omnes -unt (EVGRAPH. omnes conveniunt, aequales universi sunt). IVL. VAL. 3, 55 nisi quod hi quoque ipsi dissidebunt neque -ent. **b** *alicui*: AVG. civ. 18, 43 p. 322 quisquis alius illarum scripturarum ex Hebraea ... interpres ... aut -it illis septuaginta interpretibus aut si non -ere videtur. trin. 4, 2, 4 non -it peccator iusto sed -it homini homo. PROSP. epist. 9 cui (*Iohanni*) beatus Paulus -it dicens. **c** *alicui rei*: TAC. ann. 13, 1 cuius (*principis*) abditis adhuc vitiis per avaritiam ac prodigentiam mire -bat (*Narcissus*). APVL. met. 11, 27 unum conspexi ... nocturnae

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imagini -entem. S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 25 nequaquam sectae suae -ere arbitrati sunt. HIL. trin. 4,1 *fidei apostolicae* nos -imus. PS. HIL. dedic. eccl. p. 979^{D} debemus -ere solemnitati quam colimus. AMM. 14, 1, 10 adversando iurgandoque cum parum -ret (*i. aptus esset*). AVG. civ. 3, 25 p. 137 cur enim si rebus gestis -ere voluerunt (*sc. Romani*), non ... aedem Discordiae fabricarunt? 21, 6 p. 500 ut -ere hominum sensibus sibi nobilis poeta videretur. corrept. 7,14 non quomodo electus est Iudas ad opus cui -bat (*i. aptus erat*). PROSP. c. coll. 12, 2 cuius persona ... eidem imagini -bat. LEO M. epist. 129,2 qua Nestoriano nos sensui -ere mentiantur. SACR. Leon. 411 mysteriis ... mente pariter -amus et corpore. **d** *aliqua re*: CIC. ac. 1, 17 *Academici et Peripatetici* rebus -entes, nominibus differebant (ac. 2,15 leg. 1,38). leg. 1,30 *oratio* verbis discrepat sententiis -ens. LIV. 8, 6, 15 *Latinos* lingua, moribus ... institutis ante omnia militaribus -entes. 29,6,2 Bruttiis non societate magis Punica quam suopte ingenio ... -entibus in eum morem. *nota genetiv.*: PS. AMBR. trin. 3 cuius rei -ens David propheta dicit. **e** *cum aliquo*: CIC. leg. 1,38 *Aristotelem et Theophrastum* cum illis -entes re, genere docendi paulum differentes. fin. 2,45 ratio fecit hominem ... cum iis (*hominibus*) natura et sermone et usu -entem. APVL. flor. 2 p. 6 nec ista re cum Plautino milite -bat (*sc. Socrates*). Plat. 2, 16 *pessimum* nec cum proximis secumve -ere *ait*. HIER. epist. 57, 7 quod *apostolus* nec cum Hebraico nec cum LXX -at translatoribus. **inter se**: PLAVT. Curc. 264 illi inter se -ont concorditer. TER Haut. 511 ne nos inter nos -ēre sentiant (-ere ⟨illi⟩s. *vulgo*). AMM. 31, 5, 14 animanti ardore summi et infimi inter se -entes. **f cum, de** *aliqua re*: CIC. Lael. 27 cuius cum moribus et natura -amus. HIER. epist. 41, 1 qui cum scripturae auctoritate non -ant. CIC. leg. 1,53 de re una dissident, de ceteris ... -unt. TAC. ann. 6,28 de quibus -unt. **g in** *aliquid*: SOL. 1, 83 in eadem vocis impedimenta et tardatae sonum linguae naturalibus offendiculis -bant. LACT. mort. pers. 11, 6 in eandem sententiam -erunt (HIER. epist. 96, 15 apostolo in hanc sententiam -ente). HIER. epist. 22, 19 in huius sensus -it voluntatem. AMBR. in Luc. 7, 141 in societatis concordiam -erunt. *nota singulare*: VEN. FORT. carm. 9, 9, 27 ut plebem foveas, et (*i. etiam*) Rheni -is amnes (*Brower*, -es amnis *codd. i. populos huius regionis ad fidem amplectendam inducis*).

2 ***de rebus incorporeis i. q. consentire, convenire, aptum, dignum esse, decere sim.***: **a** *absolute*: CIC. Marcell. 16 nostri enim sensus ut in pace ... in bello -bant (AVSON. 350, 8 sensus diversi). PLIN. nat. 36, 72 haec observatio non -it. QVINT. inst. 5, 10, 74 cum et ipsa naturaliter -ant. 7, 2, 57 res -unt aut repugnant. 9, 4, 27 quo -unt maxime *verba*. FRONTIN. aq. 30 utraque ratio paene -it. TAC. hist. 5, 5 nequaquam institutis -entibus. ann. 12, 6 -ere artes honestas. FRONTO p. 144, 16 N. neque rationem sapientiae rectam et usum vitae necessarium -ere. PAPIN. dig. 26, 2, 28, 2 fides inquisitionis. VLP. dig. 45, 1, 1, 4 summa (AVG. civ. 15, 13). APVL. apol. 88 ibi et ille celeberrimus in comoediis versus de proximo -it. Plat. 2, 26 vires opum. PS. APVL. herm. p. 270 an conversa propositio -at. TERT. spect. 3 cetera -unt. SOL. 1, 16. IVL. VAL. 1, 49 tumultus et indignatio omnium -bat. HIL. ad Const. 1, 2 nec ratio patitur ut repugnantia -ant. AVSON. 340, 1 hiulca. AMM. 16, 10, 8 vestitus. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 67 subiecta. HIER. epist. 49, 4 pontificis et populi voluntatem pari mente -ere. PHYSIOGN. 55 prout cetera signa -erint. BOETH. herm. sec. 2, 8 p. 182, 13 quae (*rationale et mortale*) in unum possunt iuncta -ere. *nota*: VITR. 10, 3, 1 quarum motus et virtutis duae res diversae et inter se dissimiles, -entes uti principia (*i. una agentes, concurrentes*). **b** *alicui*: CIC. de orat. 3, 210 QVINT. inst. 4, 2, 89 *v. p. 299, 78. 300, 3.* GELL. 1, 15, 18 quod 'loquentia' novatori verborum Sallustio maxime -ret, 'eloquentia' cum insipientia minime conveniret. APVL. apol. 66 neque inceptio patrociniorum capulari seni -isset. flor. 17 p. 81 avibus haec secretaria ... magis -erint. DON. Ter. Andr. 447 honesto iuveni non -bat versipellis vultus. HIL. in Matth. 12, 2 neque enim homini -it cibus spicae. 15, 7 quemadmodum illa Iudaicae credentium -unt plebi. PS. HIL. libell. 21 quid proximo competat, quid alienis concedat aut -at. HIER. epist. 18, 12 ut eis possit prophetalis sermo -ere. 121, 8 *illud* peccatori -it. AVG. civ. 9, 15 p. 387 ut per id quod transit -ret morituris. 10, 19 p. 432 visibilia sacrificia diis aliis -ere. 15, 27 p. 119. 17, 12 p. 233. PAVL. MED. bened. 10, 8 *salvatori* haec sententia tali modo -it. DAMIG. lapid. 34 infantibus pueris *lapis galactites* aptus -it. LEO M. serm. app. 20, 3 vox quae missa fuerat ... unigenito filio solummodo -erat. SIDON. epist. 1, 6, 2 tibi -it aevi corporis animi vigor. **c** *alicui rei*: CIC. fin. 3, 20 quibus (*principiis*) -ere debent quae sequuntur. 4, 53 si a falsis principiis profecta -unt ipsa sibi. 5, 58 *reliquae* virtutes et actiones virtutibus -entes. Tusc. 5, 3 *animos* corporum doloribus -entes (*i. condolentes*). 5, 82 finem bonorum esse -ere naturae cumque ea convenienter vivere. de orat. 3, 210 non omni causae nec auditori neque personae neque tempori -ere orationis unum genus (QVINT. inst. 11, 1, 4). NEP. Lys. 3, 5 ut deum videretur -ere sententiae. LIV. 5, 16, 8 sortem oraculi ... -entem responso captivi vatis. 8, 6, 12 responsa haruspicum ... tacitae religioni -erunt. VELL. 2, 87, 3 Canidius timidius decessit quam professioni ei (*Cludius*, eius *AP*) qua semper usus erat, -bat. VAL. MAX. 1, 7, 13 exta somnio -erunt ASCON. Mil. p. 32 *oratio* actis -it. PLIN. nat. 2, 35 ut temporum ratio solis itineri -at 2, 248 rerum naturam sibi ipsam -ere. 19, 45 Persico silphio prior opinio -it. QVINT. inst. 4, 2, 89 ut *id quod fingimus* et personae et loco et tempori -at. 9, 3, 40 media primis et mediis ultima -unt (PLIN. paneg. 65 ut primis extrema -rent). FRONTIN. aq. 34 certa et immobilia -ere sibi debent. TAC. ann. 6, 22 fatum ... -ere rebus putant. SVET. Cal. 3 formae minus -bat gracilitas crurum. VLP. dig. 15, 1, 3, 7 cui -it quod ... scribit (17, 2, 52, 18. 30, 30, 5). PAPIN. dig. 31, 77, 22 dicto scriptum. 48, 18, 17, 2. IVL. dig. 30, 104 sententiae voluntas (VLP. dig. 7, 2, 3 sententiae ratio). 36, 1, 24 (23) portionibus summa (GAIVS dig. 34, 5, 7 (8), 2 portionibus partes) *saep.* GELL. 2, 6, 2 'vexasse' (*apud Verg. ecl. 6, 75*) enim putant verbum esse leve ... nec tantae atrocitati -ere. APVL. apol. 49 si ipsae elementorum qualitates, uvida et frigida et his duae advorsae non -ant. Socr. 13, 147 haec cuncta ... daemonum mediocritati rite -unt. mund. praef. -ere istius modi curam talibus studiis et moribus. Plat. 1, 17 *substantia* quomodo -it generi singulorum. TERT. anim. 24 *utrumque* (*sc. recordatio et oblivio*) meae animae non Platonicae -et. ieiun. 1 lavacri abstinentiam -entem arido victui. scorp. 6 fidei ... -bat sublimitati et (*i. etiam*) claritatis aliqua prolatio. PANEG. 2, 3 quod huic tempori maxime -it. 6, 13. HIL. in Matth. 5, 7 quae consequuntur non satis propositionibus -unt. 10, 6 haec quidem intellecta ... sanctorum modestiae -unt. AMM. 17, 13, 32 hoc successibus -it prosperis. 21, 2, 3 ut dignitatis augmento virium quoque -rent incrementa. 22, 9, 6 aliis huic materiae -entibus in actibus. 25, 4, 26 si consiliis eius decreta caelestia -issent. AMBR. Iob 3, 6, 18 hoc -ere divinae providentiae et convenire. VVLG. II par. 30, 21 quae (*organa*) suo officio -bant. AVG. civ. 4, 27 p. 179 secundum *genus traditum deorum* non -ere civitatibus. 8, 11 p. 336 quae (*sc. Plato de deo sensit*) multum -ere veritati nostrae religionis. 9, 4 p. 373 quae (*sc. scripta Epicteti*) -rent decretis Zenonis et Chrysippi. 9, 24 p. 495 res quae facta est -ere bonitati ... indicetur. 14, 8 p. 16 haec locutio utrum scripturis sanctis -at (-ret?) cum quaererem. 16, 8 p. 136 cui -at *deformitas partis universi* et quo referatur ignorat. 21, 4 p. 492 -it tamen luci quod album est, sicut nigrum tenebris. 22, 11 p. 587 sit illi (*igni caelesti*) iste (*terrenus*) dissimilis, ut terrenis habitationibus -at. 22, 28 p. 622 quae Platonicis disputationibus -bant *al.* epist. 238, 15 non tantum patri ... sed omni rationali creaturae et animae hoc vocabulum (*i. spiritus*) -it. lib. arb. 3, 9, 27 habitationi caelesti anima non -it per peccatum *saepe.* mus. 6, 5, 9 quod operi eius aut adversetur aut -at *al.* SVLP. SEV. chron. 1, 7, 1 quia hoc bonitati illius ... -ret. PAVL. MED. bened. 3, 1 quod regiae utique -it dignitati. PHYSIOGN. 17 frons quadrata moderatae magnitudinis -ens corpori ac vultui magnae virtutis. MART. CAP. 9, 950 in his (*diastematis*) alia sibi -unt, alia discrepant ... convenientia ... sex sunt. 9, 988 bacchii ... sunt dicti quod Bacchicis maxime sonis -unt. LEO M. serm. 68, 4 *continentiam* et animis et corporibus probavimus -entem. PROSP. c. coll. 18, 1 cui *generi* -at regula ista. in psalm. 103, 19 *saep. et semper cum dat.* SIDON. epist. 4, 24, 1 nomini, bene negotio tuo -it Mantuani illud (*Aen. 9, 6*). BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 203, 15 res verbis -ent. 5, 10 p. 345, 4 dialecticis quibus nulla ad orationis leporem cura -it. FVLG. RVSP. epist. 1, 3, 6 nec aliquando iustitiae -it *libido.* c. Fab. frg. 28 opera ... spiritus sancti ... summae tantum -ere deitati. praedest. 1, 8, 17. 1, 13, 30 serm. 1, 1 *al.* CASSIOD. var. 1, 6, 2 cuius nomini antiquitas -ere tribuit. *nota*: LAMPR. Alex. 1, 5 *non* gravitati senatus -bat omnia simul deferre. **d** *cum praepos.*: **inter**: LIV. 9, 2, 4 sermo inter omnes -bat. CIC. S. Rosc. 62 multae causae convenisse unum in locum atque inter se -ere videntur. fin. 3, 62 Tusc. 4, 30. leg. fr. 2 omnibus partibus inter se -entibus. SEN. epist. 9, 9 necesse est initia inter se et exitus -ant. 34, 4 omnia facta dictaque tua inter se -ant ac respondeant sibi. PLIN. nat. 6, 72 inter se nullae *mensurae* -unt. 14, 75 dulcia utique inter se non -unt. QVINT. inst. 12, 6, 7 inter se -unt praecepta et experimenta. decl. 335 p. 321, 12. TAC. ann. 13, 50 ut ratio quaestuum et necessitas erogationum inter se -ret. PAVL. dig. 46, 4, 14 verba inter se. APVL. Plat. 1, 4 tres partes philosophiae -ere inter se primus obtinuit. PHYSIOGN. 109 mensuris corporis inter se -entibus. **e in** *aliquid*: LIV. 3, 24, 6 omnes eae res in unum -entes (25, 32, 2 in unum -erunt sententiae. 26, 2, 5 AMM. 21, 10, 7). PANEG. 6, 3 in hanc necessitudinem -entibus votis. BOETH. herm. sec. 2, 5 p. 110, 9 quod utrumque in unam quodammodo intellegentiam -it. **in** *aliquem*: COMM. instr. 2, 18, 22 in⟨cestas in⟩ feminas -it cultura lupana (*i. luparum*). **ad** *aliquid*: PLIN. nat. 7, 214 nec -bant ad horas eius (*sc. horologii*) lineae. APVL. met. 10, 8 stilis ad unum sermonem -entibus. SOL. 56, 19 non penitus ad nuncupationem sui -ere insularum qualitatem. PS. RVFIN. in Am. 3, 15. *cum aliquo, sed per comparationem compendiariam*: PLIN. nat. 18, 212 raro ullius sententiae cum alio -ente. HIER. epist. 20, 3 editio cum interpretibus LXX ita -it. **cum** *aliqua re* (*cf. p. 299, 26*): CIC. inv. 1, 19 *illa* -ere et cohaerere cum causa. Brut. 141 gestus erat non verba exprimens sed cum sententiis -ens. 183 semperne ... volgi iudicium cum intellegentium iudicio -it? har. resp. 29 *pars legis* -bat cum iudicio senatus. fin. 2, 100 ea *epistula* cum eius (*Epicuri*) philosophia nullo modo -bat. 5, 19 *ratio* cum aliquo uno ex tribus illis -ere possit. div. 1, 97 responsa haruspicum cum Sibyllae versibus -bant. phil. frg. V 81 -ere ... cum cogi-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tatione magna voluptas corporis non potest. Att. 2, 8, 1 sermo de Publio cum tuis litteris -bat. 7, 13b, 5 *reliqua* cum Terentiae summa -bant. Liv. 23, 38, 5 facta dicta cum scriptis. Sen. epist. 74, 30 opera eius cum ipsa (*virtute*) concordant et -unt. Colvm. 3, 20, 5 *si* scientia facultasque cum voluntate -ant. Qvint. inst. 11, 3, 74 quod cum iis quas agunt partibus -at. Papin. dig. 31, 67, 9 cetera ... cum his. Vlp. dig. 15, 1, 7, 1 *sententia* -it cum eo quod ... adicit. Apvl. Plat. 2, 1 bona cum corporis commodis -unt. 2, 4 *neque* posse cum bonitate -ere quae a semet ipsa ... discrepet. 2, 5 aequalitas ... similitudo ... secum ... -it. 2, 21 consilia cum factis. Avg. civ. 14, 16 p. 38 cuius (*libidinis*) nomen cum multis vitiis -at. Corp. III 567 (*Delphis*) 12 quae maxime visa sunt cum hieromnemonum iudicio -ere. *nota*: Ivl. Val. 1, 33 ut -retur de responsione cum spe. super: Amm. 22, 8, 15 nisi super hoc -rent omnes priscorum carminum cantus. *notabiliora*: Mart. Cap. 1, 12 nec mirum quod Apollinis silva ita rata modificatione -ret. 2, 108 ex quo nihil quod discrepet aut resultet in medio consentaneaque -it iugitate. Fronto p. 203, 3 N. nisi pro magnitudine rerum gestarum scriptorum quoque ingenia -rent (*de sententia cf. Tac. dial. 37*). Avg. gen. ad litt. 1, 14 p. 21, 3 hanc materiam illis verbis quibus pro spiritali prudentia tardioribus etiam lectoribus ... -retur (*i. clarior redderetur*) fuisse commemoratam.

3 *de rebus corporeis i. q. congruum fieri, adaptari, consentire sim.*: **a** *absolute*: Plin. nat. 16, 172 ex sua quamque tantum arundine -ere (*i. tibias pariliter componi posse*). Avg. civ. 22, 19 si quid in illa figura priore indecenter extabat nec parilitate partium -bat. *nota*: Sol. 33, 22 in paederote -it quidquid eximium est. **b** *alicui rei*: Plin. nat. 21, 33 crocus vino mire -it. Apvl. met. 10, 32 pinnulis et sagittulis et habitu cetero (*dat.*) formae praeclare -bant. Drac. Rom. 9, 117 non -it aether funeribus. **c** ad *aliquid*: Plin. nat. 11, 196 murium iocusculis fibrae ad numerum lunae in mense -ere dicuntur. Ivl. Val. 3, 54 cuius prioris corporis pars pube tenus ad hominem -bat. Avg. civ. 19, 13 quidquid ad alendum ... ornandumque corpus -it. Damig. lapid. 8 lapis exebenus ad Veneris voluptatem -it mirifice. **d** cum *aliqua re*: Plin. epist. 2, 20, 5 exta cum siderum significatione -ere.

III ***impersonaliter*** *i. q. contingit, decet, aptum, dignum, consentaneum est*: **a** *absolute*: Hil. trin. 8, 12 *hoc* suo, ut -it, loco tractabimus. Amm. 28, 2, 5 ut officio principis -bat. Vvlg. II Macc. 11, 36 sicut -it (*καθήκει*) vobis. **b** *sequitur* ut: Plin. nat. 11, 37 casuque -at, ut. Plin. epist. 7, 2, 1 quemadmodum -it ut simul ... adfirmes ... desideres. Tac. hist. 1, 7 forte -erat (*i. eodem tempore evenerat*) ut. *nota nudum coniunct.*: Comm. instr. 2, 34, 1 -et (*i. decet*) in Pascha (*sic*) ... laetentur et illi. **c** *cum infinit.*: Roman. Char. gramm. I 135, 15 quod *περὶ ὀρθογραφίας* -it quaestionibus copulare. Apvl. Socr. 128 quod ... mirari ... nequaquam -erit. met. 6, 31 ne meae quidem modestiae -it pati vos ... saevire. Tert. adv. Prax. 14 -it dicere. scorp. 6 quasi non et praeiudicare iudici -at. Ser. Samm. 961 -it ac tali medicamine mota ligare (*sc. ossa*). Sol. 1, 64 enitenti spiritum retinere plurimum -it. Lampr. Alex. 1, 5 non enim aut gravitati senatus -bat omnia simul deferre. Amm. 20, 4, 18 primis auspiciis non -ere aptari muliebri mundo. Clavd. Don. Aen. 12, 183. Chiron 478 quae (*potiones*) ad valetudinem -ent dare. Vvlg. II Macc. 2, 31 disquirere historiae -it (*καθήκει*) auctori. Avg. civ. 4, 15 p. 164 an -at bonis latius velle regnare. serm. ed. Mai 90, 1 -it nobis deo per Christum laudes ... frequentare. Leo M. epist. 111, 1 qualia ... sacerdotem scribere -bat (*i. decebat*). Sidon. epist. 8, 11, 3 quod eo -it ante narrari ne. Clavd. Mam. anim. 3, 14 p. 182, 22 -it vel in disputationem vocare reticenda vel reticere proposita. Fvlg. Rvsp. ad Monim. 1, 23 fidelibus -it credere. Cassiod. var. 3, 22 -it (*i. decet*) decorare. *cum acc. c. infinit.*: Apvl. met. 3, 3 magis -it ... vos pro dignitate publica providere ne. Tert. anim. 44 -ere hominem seu moneri seu terreri a deo. Frg. Mur. 67 fel cum melle misceri non -it. Lact. inst. 6, 15, 14 aegritudini aliud vocabulum tribui -bat. Leo M. serm. 66, 2 quia sic -bat illos populos erudiri ut.

part. adi. ✖**congruēns, -entis**. *compar.*: Lact. inst. 4, 26, 13 Chalc. comm. 235 Sidon. epist. 7, 12, 4 Cod. Iust. 8, 46 (47), 4 pr. Leo M. epist. 165, 10. *saep. superlat*: Apvl. apol. 73 Tert. anim. 58 pudic. 9 resurr. 14. Hil. op. hist. frg. 2, 9 valde -issimum. Ps. Leo M. humil. 2. *i. q. consentiens, conveniens, aptus, accommodatus, respondens. opp.* discrepans, dissonus, diversus, repugnans. **1** *de animantibus*: *absolute*: Svet. Tib. 68 ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis et -ens. *cum dativ.*: Capitol. Max. Balb. 4, 4 virum gravem et Maximi moribus -entem. Amm. 16, 1, 4 *Iulianus* rectae perfectaeque rationis indagine -ens Marco. Vvlg. III Esdr. 8, 15 tauros et arietes et agnos et haedos et quae his sunt -entia (*τὰ τούτοις ἀκόλουθα*). inter se: Varro rust. 2, 7, 4 *equos* nulla parte corporis inter se non -entes. **2** *de rebus, fere semper incorporeis*: **a** *absolute*: Varro ling. 5, 74 concordia a corde -ente. rust. 2, 9, 3 naribus. Cic. de orat. 3, 53 quod ego aptum et -ens nomino. rep. 2, 69 concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur et -ens. Liv. 7, 2, 7 motu. 30, 34, 1 clamor (*opp.* dissonae *voces*). 39, 52, 7 tempore. Vitr. 5, 4, 9 finitiones. Sen. epist. 92, 9 ex diversis ac male -entibus membris. Plin. nat. 2, 48 siderum motu. Qvint. inst. 5, 10, 107 legum aliorumve scriptorum vel -entium vel repugnantium. Plin. paneg. 91 tenor vitae. Tac. hist. 2, 4 laeta et -entia exta. Fronto p. 212, 11 N. versus -entes et proverbia accomodata. Porph. Hor. sat. 1, 10, 92 oportunum et -ens in modulatores dictum. Mod. dig. 44, 7, 52, 2 responsio. Vlp. dig. 50, 2, 1 Pavl. sent. 5, 4, 7 poena. Apvl. apol. 20 desideriis. 73 -issima voce. Plat. 2, 20 factis -entibus (Avg. civ. 10, 32 p. 459) et dictis. 2, 25 studiis. Tert. pudic. 9 in agina -issima. Cens. 10, 2 ordine. 10, 5 non congruenter -entes iunctae litterae. Sol. praef. 4 inservimus et pleraque differentes -entia. Paneg. 10, 5 specie paria, magnitudine -entia. Lact. inst. 1, 23, 4 parentibus illorum si -entes annos dividas, numerus consentiet. Avson. 217, 1 materiae. Amm. 20, 3, 11 doctrina multiplici -ente. Prob. Verg. ecl. praef. p. 327, 13 sensibus. Fav. Evl. p. 13, 25 cuncta eius (*quadraturae*) latera -entia. Avg. civ. 19, 4 p. 357 status ... corporis atque motus cum decentes et -entes sunt. Physiogn. 7 ratione. Sidon. epist. 7, 9, 1 decorem. Mart. Cap. 9, 960 -ens fidaque concordia. Pass. Petr. Paul. long. 58 exemplo. **b** *alicui*: Gell. 3, 3, 3 sermonis Plauto -entis (*comparat. compendiaria*). Apvl. flor. 18, 19 p. 92 *sermonem* vobis auditu gratissimum et mihi compositu -entem. met. 1, 24 habitum prorsus magistratui -entem. Socr. 19, 163 omnia -entia sibi officia. Tert. resurr. 14 auctori -issimum iudicium. spect. 24 -ens servo dei quod deo placitum non sit? Lact. inst. 4, 26, 13 quid -entius deo. Prob. Verg. ecl. praef. p. 329, 2 -entia ... pastoribus nomina. Ps. Leo M. humil. 2 de hoc ... -issimo tibi et saluberrimo bono ... disseramus. **c** *alicui rei*: Acc. trag. 14 extis piscium ex prodigiis -ens ars te arguit. Cic. part. 54 quibus (*verbis*) actio ... -ens et apta (de orat. 3, 222 *actio* menti -ens esse debet. fin. 5, 35 *actio corporis* motus et status naturae -entes tenet). fin. 2, 99 nihil ... scriptum ... -ens et conveniens decretis eius (*sc. Epicuri*). 5, 66 quibus rebus vita consentiens ... et constans et naturae -ens existimari potest. epist. 7, 23, 2 erat (*sc. signum*) aptum bibliothecae studiisque nostris -ens. 9, 24, 1 quibus litteris -entes fuerunt aliae. Liv. 4, 46, 8 eventus timori hominum -ens fuerat. 23, 38, 10 -entia litteris legatorumque indiciis Philippi consilia essent. 27, 7, 3 comperta iis fere -entia quae in litteris fuerant ... Messallae. Val. Max. 1, 5, 4 nec ulla vox proposito -ens esset audita. Plin. nat. 2, 9 -ens tot saeculis ratio. Qvint. inst. 4, 2, 79 probatio narrationi -ens confirmatio. Tac. hist. 3, 68 pauca et praesenti maestitiae -entia locutus. ann. 1, 79 -entia his ... disseruere. 12, 69 -entia tempori praefatus. Svet. Otho 12 mors eius minime -ens vitae (*syn.* competens). Fronto p. 107, 22 N. historiae ... orationi -entes *figuras*. p. 166, 23 res veras et -entes simplicitati nostrae amicitiae. p. 199, 12 iustitiae tuae ratio ⟨...⟩ tuae humanitati -ens. Vlp. dig. 3, 1, 1, 5 sexui -ens pudicitia. 5, 3, 20, 6 singulis verbis ... -ens interpretatio *al.* Apvl. apol. 34 *crimen* tam stultitiae quam linguae tuae -ens. 48 ne quid ... doctrinae tuae -ens reticuerim. flor. 16 p. 63 sententias vitae. met. 2, 24 loco -entes luctus et lacrimas. 5, 29 *haec* natalibus nostris ... -entia. 11, 15 vultum laetiorem candido isto habitu (*dat.*) tuo -entem. Plat. 2, 7. Corp. VIII 20982 (= 10979) viam lapide stratam ⟨d⟩ignam -entemque ⟨s⟩plendori patriae suae. Lampr. Hel. 2, 4 adoptans virtutes veterum tuis moribus -entes et amicis caras. Lact. inst. 4, 1, 6 quod huic pravitati -ens erat. Ivst. 43, 2, 10 aetas expositionis temporibus -ens. Svlp. Vict. rhet. 13 p. 320 sensus principiis. Amm. 17, 11, 1 his *conviciis* -entia plurima. 21, 13, 10 ne quid committam parum -ens honestati. Avg. civ. 12, 4 p. 516 pulchritudinem temporum ... istius mundi partibus -entem. 18, 30 p. 296 *quae* novo testamento -entia prophetaverint. Leo M. epist. 165, 10 quid tuae -entius *est* potestati? Cassiod. var. 8, 12, 5. 9, 21, 3. **d** *cum praeposit.*: cum *aliqua re*: Cic. ac. 1, 23 quae (*res*) erant -entes cum descriptione naturae. Brut. 117 vita severus et -ens cum ea disciplina. Apvl. Plat. 2, 5 *virtutem* secum et cum ceteris -entem. Amm. 20, 8, 17 ne quid sublatius dicam cum imperio -ens. ad: Tac. Germ. 6 apta et -ente ad equestrem pugnam velocitate peditum. Gell. 14, 6, 5 *librum* nihil prorsus ad nostras paupertinas litteras -entem. Apvl. met. 2, 2 cetera corporis exsecrabiliter ad regulam ... sunt -entia. Cassian. inst. 1, 3 *sunt quaedam* ... ad morum formulam -entia. secundum: Mar. Victorin. rhet. 1, 5 p. 173 actus -ens secundum mores civitatis. in *rem*: Sen. nat. 6, 1, 3 in hoc tempus -ens casus. **e** congruens est, videtur: *seq. infin.*: Plin. epist. 1, 8, 17. 2, 12, 4. 3, 8, 2. 4, 9, 19. 10, 118, 2 paneg. 38 Vlp. dig. 17, 1, 29, 5. 19, 1, 11, 1. 27, 2, 2 Apvl. met. 7, 27 Ter. Mavr. 348 Amm. 20, 4, 18 Sidon. epist. 8, 11, 3. *nota comparat.*: Chalc. comm. 235 -entius est progredi. Cod. Iust. 8, 46 (47), 4 pr. *cum acc. c. inf.*: Tert. anim. 58 -issimum est animam ... puniri. Sidon. epist. 7, 12, 4 sperans -ius tuum salve pontificum quam senatorum iam nominibus coniungi. *sequitur* ut: Gell. 4, 17, 13 Vlp. dig. 1, 16, 4, 3. 1, 18, 13 Lact. inst. 4, 27, 7. ne: Vlp. dig. 17, 1, 10, 3. *superl., sequitur enuntiatum condicionale*: Hil. op. hist. frg. 2, 9 (*a. 347*) hoc enim optimum est et valde -issimum esse videbitur, si ad caput ... referant sacerdotes. **3** *substantivi vice*: Cic. ac. 2, 44 cum haec duo pro -entibus sumunt tam vehementer repugnantia. Liv. 9, 31, 7 -entia ad consulem adferentes. 42, 17, 1 -entiaque omnia ... referebat. Tac. ann. 15, 56 non -entia responderant. Amm. 21, 12, 15 milites ... omnibus -entibus abundabant. 26, 3, 6 murmura super inopia victui -entium. Don. Ter. Hec. 720 bene servata sunt personis -entia.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coniectātio, -ōnis *f. a* coniectare. **1** *i. q. suspicio, opinio*: GLOSS. II 109, 37 coniectura et -o *στοχασμός*. PLIN. nat. 2, 162 mihi incerta videtur haec -o. 2, 221 vera -o. 10, 208 non obscuram -em. 28, 13 confitendum sit de tota -e. GELL. 1, 9, 2 adulescentes . . . *Pythagoras ἐφυσιογνωμόνει*: id verbum significat mores naturasque hominum -e quadam de oris et vultus ingenio . . . sciscitari. 14, 1, 33 non enim comprehensa . . . dicunt, sed lubrica atque ambigiosa -e nitentes, inter falsa atque vera . . . eunt. TERT. adv. Val. 11 inducere . . . innati -em (IREN. 1, 2, 5 innati comprehensionem. *gr. ἀγεννήτου κατάληψιν. cf. Stieren ad h. l.*). PANEG. 12, 6 nec difficilis -o est. 12, 31 quae certissima -o est. MART. BRAC. ira 4 nec apertis quidem manifestisque -bus statim est accedendum. *accedit* de: PLIN. nat. 2, 22 quo minus etiam plana de deo -o esset. *cum gen. obi.*: PLIN. nat. 6, 68 unde -o ingens opum est. **2** *speciatim de divinatione*: PLIN. nat. 2, 191 perhibetur et Pherecydi Pythagorae doctori alia -o, sed et illa divina, haustu aquae e puteo praesensisse ac praedixisse terrae motum. TERT. anim. 46 Telmessenses nulla somnia evacuant, imbecillitatem -is incusant.

coniectātor, -ōris *m. a* coniectare. IVL. VAL. 1, 46 -em vel celebratissimum Melampoda. ITIN. Alex. 20 portenti -es.

coniectio, -ōnis *a* conicere. **a** *proprie*: CIC. Caecin. 43 si non solum . . . -e telorum . . . magnas copias pulsas esse . . . audivimus. **b** *translate*: **1** *collatio*: CIC. Verr. 4, 189 ut intellegas non ex aestimatione neque ex ternis denariis pendere crimen, sed ex -e (coniunctione *al.*) annonae atque aestimationis. **2** *comparatio*: RVFIC. epist. 2, 18 sicut ipsa amorem fratris in se sui -e persentit, ita et diligens frater eum similiter possit ex sua dilectione cognoscere. **3** *technice apud Ictos* (*cf. Wlassak, PW III 882—884*): GAIVS inst. 4, 15 causae -o quasi causae suae in breve coactio (Ps. ASCON. Verr. p. 164). PAVL. dig. 50, 17, 1 per regulam . . . brevis rerum narratio est et, ut ait Sabinus, quasi causae -o est, quae simul cum in aliquo vitiata est, perdit officium suum. **4** GLOSS. coniectura vel extimatio, aestimatio. GLOSS. IV 221, 47 connicita (*codd.*; *fortasse* coniecta *Goetz*): coniectura, argumentum. VLP. dig. 28, 1, 21, 1 -em fieri eius quod reliquit vel ex vicinis scripturis vel ex consuetudine patris familias vel regionis. **5** *interpretatio*: CIC. div. 2, 130 *Chrysippus* somniorum -em definit hoc modo: esse vim cernentem et explanantem, quae a dis significentur in somnis.

coniecto, -āvī, -ātum, -āre [*a* conicere coniectus. *Th.*]. coiect- *traditur*: SVET. Aug. 95 Nero 6 (*in solo cod. A, reliquis locis* coniect-). AVR. Fronto p. 87, 22 N.; cōniactent: LEX Sal. 43, 1. 3. *deponens* **coniector,** -ātus sum, -ārī: TERT. nat. 2, 12 *l. 49*. ITIN. Alex. 52 *l. 41*.

I *aliquo conicere*: **a** *proprie*: DECRET. tribun. T. Sempr. Gracchi maioris (Gell. 6, 19, 7) cum . . . Scipio Asiaticus triumphans hostium duces in carcerem -arit (*syn.* conicere). **b** *translate*: GELL. 7, 13, 2 -bamus ad cenulam non cuppedias ciborum, sed argutias quaestionum.

II *suspicari, coniecturam facere*: GLOSS. existimem; extimare; coniecturam facere vel aestimare (*cf.* ANTH. 19, 14). GLOSS. V 15, 19 -erat: correxerat (coniecerat *Goetz*), contorserat. *cf.* 60, 8 cum recta verus (cum rectaverat *al.*): correxerat, contorserat. **a** *cum accusativo*: *simplici*: TER. Eun. 543 neque scio quid dicam aut quid -em (EVGRAPH. *ad l.* quid suspicer). LIV. 6, 12, 3 praeter opinionem, quae sua cuique -anti esse potest. 21, 35, 4 temere initae valles a -antibus iter. 29, 14, 9 meas opiniones -ando rem vetustate obrutam non interponam. CVRT. 4, 9, 11 quantum procul -ari poterat (SVET. Dom. 3 quantum -are licet). PLIN. nat. 8, 103 *vulpem* aure ad glaciem adposita -are crassitudinem gelus. TAC. ann. 1, 32 militares animos altius -antibus (*i. iudicantibus, aestimantibus; cf.* 12, 49 *l. 67*). 4, 58 prosperum finem vitae -antibus vulgantibusque. 15, 55 Milichus . . . graves coniuratos et cetera quae audierat aut -erat docet. FRONTO p. 8, 22 N. sine homines ambigant, disserant, disputent, -ent, requirant, ut Nili caput, ita nostri amoris originem. p. 219, 19 Amasis magnum et maturum malum Polycrati -ans. GELL. 2, 30, 4 eius rei causa esse haec -atur. 14, 1, 5 nequaquam id . . . censebat . . . comprehendi posse et percipi, sed -ari pauca quaedam. TERT. anim. 44 omnia magis -es quam istam licentiam animae. IVL. VAL. 2, 27 id Darius -ans animo macerabatur. ITIN. Alex. 52 id Macedones -ati. AVSON. 153, 51 si nec arcanis numen -o sub extis. AMM. 17, 3, 1 dubia bellorum -ans. PRVD. c. Symm. 2, 97 illum . . . qui . . . chao anterior fuerit . . . , -are animo contendimus. AVG. gen. ad litt. 12, 25 p. 418, 19 quod sibi suspicione falsaque coniectura finxerit, hoc etiam in corporibus putat, quae non visa -at. SIDON. epist. 4, 3, 1 praeter aequum ista -as. *duplici*: IVL. VAL. 1, 42 quem . . . vulneratum . . . vestrum, quemve interemptum audiens hoc -em? TERT. nat. 2, 12 qui eum (*Saturnum*) procreatorem -antur. *accedit ablativus*: LIV. 5, 21, 16 eventu rem -antibus. PLIN. nat. 2, 111 densitas earum corpusque haud dubio -atur argumento. TAC. ann. 1, 12 vultu offensionem -erat. 16, 34 ut -are erat intentione vultus et auditis, si qua clarius proloquebantur. ARNOB. nat. 2, 57 non enim divina divinis sed rationibus pendimus et -amus humanis. AVG. civ. 9, 22 temporalibus temporalia et mutabilibus mutabilia -are. 16, 9 neque hoc ulla historica cognitione didicisse se adfirmant, sed quasi ratiocinando -ant. TAC. hist. 4, 84 deum ipsi multi Aesculapium . . . plurimi Ditem patrem insignibus, quae in ipso manifesta, aut per ambages -ant. *accedit* de: *significat id quo pertinet actio coniectandi*: SVET. Nero 40 nihil -ans de aetate Galbae. GELL. 18, 6, 5 utrum . . . hoc de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitaverit ipse et -erit an scriptum ab alio quo legerit, hariolis profecto est opus. *i. q.* ex: AVG. fid. et op. 21, 37 de quibusdam minoribus possumus -are maiora. serm. 164, 3, 5 inde pauca commoveremus et de his cetera -emus. SIDON. epist. 9, 14, 3 cuius te gloriae pariter ac famae capacem de orationis tuae qualitate -o. *accedit* ex: TAC. ann. 12, 49 ne ceteri quoque ex Paeligno -rentur (*i. iudicarentur; cf. supra l. 32*). 14, 51 valetudo ex eo -batur, quod. FRONTIN. strat. 2, 5, 46 conspicati numerum arborum et ex eo navium quoque navigantes. GELL. 13, 20, 3 adulescens . . . , quod ex eius sermonibus -are potui, non abhorrens a litteris. APVL. apol. 34 ex nominum propinquitate vim similem rerum -ari. VLP. dig. 32, 52, 8 hoc autem ex eo -at quod ita proponitur quis legasse. AMM. 21, 1, 3 cuius ex praeteritis motus -bat. CLAVD. MAM. anim. 1, 2, 4 ex his, quae vidit, illa, quae non videt, -at atque confingit. *adde* APVL. apol. 31 dicam unde id -em. *accedit* per: APVL. Socr. 2 p. 122 *deorum* potentiae . . . animis, -atae per varias utilitates in vita agenda, animadversae in iis rebus quibus eorum singuli curant. **b** *cum accus. c. infin.*: CAES. civ. 3, 106, 1 Caesar . . . -ans eum Aegyptum iter habere. CVRT. 3, 11, 1 phalangem Macedonici exercitus robur esse -ans. 4, 10, 31 desiderium . . . a consuetudine stupri ortum esse -ans. 4, 13, 11 id . . . hostem facturum esse -ans. TAC. hist. 3, 15 Fabium Valentem profectum ab urbe acceleraturumque . . . -bat. SVET. Aug. 95 nemine peritorum aliter -ante

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quam laeta per haec et magna portendi. Cal. 57 nec defuerunt qui -rent altero ostento periculum a custodibus domino portendi. Avr. Fronto p. 91, 25 N. ego -vi statim fuisse eius modi aliquid quam ob rem te non viderim. Gell. 2, 10, 4 -are se ... detractam esse ex eo verbo secundam litteram. Anth. 19, 14 oppitandum sibi esse -at. Symm. epist. 1, 23, 4 id ita esse rite -o. Amm. 18, 7, 1 -antes residuam plebem aegre penetrare post triduum posse. 23, 5, 23 -antes aequitati semper solere iungi victoriam. Heges. 4, 9, 2 Ananus et seniorum ingenia -bant Idumaeos excitari. Boeth. herm. sec. 3, 9 p. 222, 19 sive ille per consilium -et hoc posse fieri ... sive ille neget hoc posse fieri. *accedit* ex: Cvrt. 9, 9, 27 rex cum ex eo, quod accideret, -ret post solis ortum statum tempus esse. Plin. epist. 7, 27, 14 ex quo -ari potest ... recisos meorum capillos depulsi ... periculi signum fuisse. Apvl. apol. 99 hereditatem omnem mihi relictam falso ex sua avaritia -vere. Svlp. Sev. chron. 1, 39, 4 Salomon ex affectu feminae hanc vere matrem esse -ans. dial. 3, 4, 4 ex suomet ingenio -antes neminem nocte posse vigilare. *accedit* de. Lact. inst. 5, 9, 1 de suis moribus meritisque -ant abesse iustitiam. **c** *cum interrogatione indirecta*: Qvint. inst. 7, 3, 5 utrum sit in re -at. Plin. paneg. 26 facile est -are quod perceperis gaudium. *accedit* ex: Varro rust. 2, 7, 5 qualis futurus sit equus, e pullo -ari potest. Liv. 22, 9, 2 -ans ex unius coloniae haud prospere temptatae viribus, quanta moles Romanae urbis esset. 35, 29, 8 ex fortuna pugnae et ex ingenio ducis -ans, in quo tum is pavore esset. 40, 36, 4 si ex eo quod aut inter se loquantur ..., quid sentiant -andum sit. 45, 10, 9 ut ... ex unius senatoris Romani acerbitate, qualis in se universi senatus animi esset, -rent. Cels. 3, 4 ex his -are, quando dandus cibus sit. Cvrt. 7, 8, 2 e quibus *ignibus* -are poterat, quanta hominum multitudo esset. Plin. epist. 3, 9, 26 -bis ex hoc quantas contentiones ... subierimus. **d** *cum enuntiato relativo*: Amm. 21, 5, 21 -ans quantas intestinae cladis -erat moles. Sidon. epist. 4, 7, 2 facile -o, quo stupore ferietur. **e** *absolute*: Plin. nat. 2, 85 ut tantum -andi constet animo. 4, 99 si -are permittitur. Ivv. 5, 163 captum te nidore suae putat ille culinae nec male -at. Avr. Fronto p. 87, 22 N. ut -as. Apvl. met. 5, 25 si recte -o, quod profecto prudentes viri divinationem autumant. Tert. nat. 2, 6 -andi artificio sapientiam mentiuntur et veritatem. Amm. 18, 6, 10 puerum, ut -bamus, octennem. 22, 15, 24 ut -antes regionum incolae dicunt.

ex, de: Cic. Att. 19, 10, 2 mihi quidem ex tuis litteris -anti ita videbatur. Tac. hist. 2, 97 proinde socii de imperio utriusque -bant. Apvl. apol. 91 contra quam isti ex sua rapacitate de me quoque -erunt.

III *somnia, futura conicere*: Val. Max. 8, 11, 2 Spurinnae quoque in -andis deorum monitis efficacior scientia apparuit quam urbs Romana voluit. Svet. Nero 6 de genitura eius statim multa et formidulosa multis -antibus. Tert. anim. 46 -ans ... nihil vacuum obsignari. Itin. Alex. 19 vates et quisquis haec -are in artibus habent. Amm. 27, 3, 1 nullo -ante ventura. Avg. doctr. christ. 2, 23, 36 multi multa humanis suspicionibus quasi regulariter -ata litteris mandaverunt, si forte insolite acciderit, tanquam si mula pariat aut fulmine aliquid percutiatur. civ. 3, 17 in quo genere oraculorum ... magis interpretibus ... dubia -antibus credi solet. Svlp. Sev. chron. 1, 11, 5 futura ex somnio -ans. 2, 2, 1 veritus, ne more hominum non vera, sed placita regi ex somnio -rent. *adde i. q. interpretari*: Avg. civ. 20, 19 alius ergo sic, alius autem sic apostoli obscura verba -at.

IV *alicuius rei culpam communiter in se recipere*: Lex Sal. 43, 1 si quis in convivio, ubi quinque fuerint, ... fuerit interfectus, illi, qui remanent, aut unum convictum dare debent, aut toti morte illa coniactent (coniectent *1 ms. E*, conlectent *H*, conponant *1 g. 3*). 43, 3 tunc tres de eo contubernio qui adprobati fuerint singillatim mortem illam coniactent (coniactant *1 a*, coniectant *2 b*, conponant *1 g. 3 HE*, coniectent *1 ms. 2 a*).

coniector, -ōris *m. a* conicere. *i. q. vates*: Gloss. interpres, arbitratorem, aestimatorem. *ὀνειροκρίτης*, *ὀρνιθοκρίτης* (*?*), coniecturae (coniectare *codd. boni*) peritus, id est praedivinandi. Gloss. V 13, 7 (= 55, 13) -e: vate (*Heraeus, Archiv 6, 275*, coniecturae factae *codd.*). Pavl. Fest. p. 60 -r interpres somniorum. Qvint. inst. 3, 6, 30 coniectura dicta est a coniectu, id est directione quadam rationis ad veritatem, unde etiam somniorum atque ominum interpretes -es vocantur. Plavt. Amph. 428 ego Teresiam -em advocabo et consulam quid faciundum censeat. Curc. 249 quin -es a me consilium petunt. Poen. 444 nam isti quidem hercle orationi Oedipo opust -e, qui Sphingi interpres fuit. Cic. part. 2, 6 vaticinationes et responsa sacerdotum haruspicum -um. nat. deor. 1, 55 ut haruspices, augures, harioli, vates, -es nobis essent colendi (Arnob. nat. 1, 24). div. 1, 45 eius ... somnii a -bus quae sit interpretatio facta, videamus. 1, 72 in quo haruspices, augures -esque numerantur. 1, 132 non *habeo nauci* de circo astrologos, non Isiacos -es, non interpretes somniorum. 2, 62 -r quidam et interpres portentorum. 2, 122 an quod insani sua visa -i non narrant, narrant, qui somniaverunt? 2, 123 aegros a -e somniorum potius quam a medico petere medicinam? 2, 124 -es quadam convenientia et coniunctione naturae, quam vocant *συμπάθειαν*, quid cuique rei conveniat [ex somnis], et quid quamque rem sequatur, intellegunt. 2, 129 quae *visa* illi (*mortales*) exterriti somno ad -em mane deferant. 2, 134 *ter.* 2, 144. 145. Qvint. inst. 5, 7, 36 haruspicum, augurum, -um, mathematicorum fides. Svet. Iul. 7 eum ... -es ad amplissimam spem incitaverunt. Tert. idol. 9 post euangelium nusquam invenias aut sophistas aut Chaldaeos aut incantatores aut -es aut magos nisi plane punitos. Ivl. Val. 1, 5 Antiphontem, qui -r id temporis egregius habebatur. 1, 27 consuluisse peritissimos -um. Lampr. Alex. 13, 7 unde etiam -es (conlectores BP^1) dixerunt Persas ab eo esse vincendos. Amm. 31, 12, 14 callidus futuri -r. Hier. adv. Iovin. 2, 15 omnis -r et hariolus et haruspex. in Is. 2, 2 p. 48 'hariolum' (*στοχαστήν*), quem omnes interpretati sunt 'divinum' exceptis lxx, qui pro hoc -em transtulerunt. prol. gal. si nostra firmaverit *Hebraeus*, puto quod eum non aestimes -em (*i. q. vaniloquum*), ut in eodem loco mecum similiter divinarit. Vvlg. gen. 40, 22 ut -is veritas probaretur (*καθὰ συνέκρινεν αὐτοῖς*). 41, 8 misit ad omnes -es (*ἐξηγητάς*) Aegypti. 41, 24 narravi -bus (*τοῖς ἐξηγηταῖς*) somnium. prov. 23, 7 in similitudinem harioli et -is aestimat. Avg. c. acad. 1, 7, 19 hoc me de haruspicibus et de auguribus et de his omnibus, qui sidera consulunt, et de -bus somniorum dixisse putatote. civ. 21, 8 eorum (*monstrorum, ostentorum, portentorum, prodigiorum*) -es. quaest. hept. 1, 63 ea observare, quae mira non sint, sed a -bus superstitiosa vanitate interpretentur.

fem. **coniectrīx,** -īcis. Plavt. Mil. 693 da quod dem quinquatribus praecantrici, -i, hariolae atque haruspicae.

×coniectūra, -ae *f. a* conicere, coniectus. Qvint. inst. 3, 6, 30 *p. 318, 42.* Svlp. Vict. rhet. 25 p. 325, 20 -a appellata, quia coniciendo et argumentando ad veritatem necesse est pervenire. Ivl. Vict. rhet. 3, 2 p. 376.

1 *de rationis coniectu*: **a** *generaliter*: Gloss. suspicio, iudicium, similitudo vel aestimatio, consimilia sive conparationes vel argumentatio, interpretatio; ex -a: ex arbitrio. Enn. scen. 290 hoc ego tibi dico et -a auguro (Pacvv. trag. 78 propemodum animus -a de errore eius augurat. Acc. trag. 497. Cic. de orat. 1, 95 auguror. Att. 2, 9, 1 quantum -a auguramur). Plavt. Cas. 224 hanc ego de me -am domi facio magis quam ex auditis (Cist. 204 de me. Men. 163 de odore. Poen. 91 quid id sit hominis. Ter. Andr. 18. 512. Haut. 266 ex ipsa re. 574 de me. Cic. Verr. 2, 125 ex uno de ceteris. 3, 164. 3, 183 de ceteris ex hoc. 4, 106 de triennio. 4, 121. 5, 34 parvis ex rebus -am facere uniuscuiusque ... continentiae. 6, 22. 34 ex quibus ... de omnibus. Rab. perd. 31 Mur. 44. de orat. 2, 299 de se. Att. 13, 9, 2 ex. epist. 7, 1, 2. Plin. epist. 4, 27, 5 ex. paneg. 20 de. Hier. epist. 84, 7 ex. Avg. serm. 80, 1, 7 de te ipso. Cael. Avr. chron. 1, 5, 154 ex. Evgraph. Ter. Hec. 20 quem ad modum hic argumentum et -am fecerit). Plavt. Trin. 921 quod ad exemplum est *nomen*? -a si reperire possumus. Ter. Ad. 822 multa in homine ... signa insunt, ex quibus -a facile fit (Varro rust. 1, 17, 3 ex. Q. Cic. pet. 34 ex. Vlp. dig. 36, 2, 12, 5. Cod. Iust. 3, 1, 13, 2a: ex). Pacvv. trag. 5 quod -a (consectura *codd.*) sapiens aegre contulit. 151 nihil -a quivi interpretarier. Varro rust. 1, 7, 2 hoc licet -a videre ex aliquot rebus. 3, 16, 32 -am capiunt (Cic. S. Rosc. 97 in tam perspicuis rebus argumentatio quaerenda aut -a capienda est. Verr. 4, 111 qui ex lucri magnitudine -am capiam furti atque praedae. Mur. 9 huiusce rei -am de tuo ipsius studio ... facillime ceperis. Caes. Gall. 7, 35, 4 ex. Sen. dial. 2, 15, 2. benef. 3, 7, 7 ubi vero animi -a capienda est. Plin. nat. 33, 67 ex. Gaivs dig. 6, 2, 8 unde -a potest capi quasi nec sententia praetoris ea sit. Papin. dig. 31, 77. Tert. anim. 10 captare). Rhet. Her. 4, 35, 17 argumentari et -a prosequi. Cic. S. Rosc. 62 neque levi -a res penditur. 107. 123 ea vestris ingeniis -aeque committo. Q. Rosc. 20 si quam -am adfert hominibus tacita corporis figura. Tull. 55 haec est illorum ... extrema non oratio ..., sed -a et quasi divinatio. Verr. 3, 146 nihil putas valere in iudiciis -am. 3, 156 vehementer errat Timarchides ...; sed errat -a domestica. 3, 165 quae ... defensio futura sit, -a assequi (3, 184. 4, 200. 6, 64. Caecin. 16 *opp.* scire. agr. 2, 12 ex. div. 2, 12 Att. 7, 13ª, 4. 12, 19, 3 Lact. inst. 7, 1, 11). Verr. 5, 65 -a est. iudex esse bonus nemo potest, qui suspicione certa non movetur. Font. 23 ea, quae diountur a testibus, -ae et cogitationi traduntur. Cluent. 20 cum res non -a, sed oculis ac manibus teneretur. 97 vide ne mea -a multo sit verior. Manil. 26. leg. agr. 1, 18 haec a me suspicionibus et -a coarguuntur. Catil. 3, 18 id ... cum -a consequi possumus (epist. 6, 5, 2. 12, 19, 2 Caes. Cic. ad Q. fr. 2, 10, 4 *opp.* intellegere. Bell. Alex. 23, 1). Flacc. 6 ipsi -a nihil iudicabitis? dom. 11 neque id -a prospiciebamus, sed iam experti videbamus (Att. 8, 11, 3). 15 illam rem ad ... rationem -amque revocabant (Liv. 25, 35, 4). Cael. 66 haec causa ab argumentis, a -a ... ad testis tota traducta est. har. resp. 54 ad quem metum ... ipsi nostro sensu -aque raperemur. Scaur. 15 ut argumento, -a, suspicione rerum ipsarum vim ... quaeramus. Phil. 10, 17 quis ... sapientior ad -am rerum futurarum? 12, 23 attendite, num aberret a (*codd., del. Madvig*) -a suspicio periculi mei (nat. deor. 1, 100 Att. 14, 22, 1). de orat. 3, 128 ex eo ipso est -a facilis, quantum sibi illi oratores de praeclarissimis artibus adpetierint. Brut. 56 tantummodo -a ducor ad suspicandum. rep. 1, 15 quae vix -a qualia sint possumus suspicari, sic adfirmat. 6, 3 haec ... non somniantium philosophorum esse commenta nec fabulas incredibiles,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... sed prudentium -as. leg. 1, 30 per quam (*rationem*) -a valemus, argumentamur, refellimus, disserimus, conficimus aliquid, concludimus. fin. 2, 113 in quibus (*animi partibus*) ... inest -a consequentium non multum a divinatione differens. 5, 38 facilis est -a ea maxime esse expetenda. ac. 2, 42 ut ne ratione quidem et -a ulla res percipi possit. 2, 116 non quaero rationes eas, quae ex -a pendent. Tim. 10 si modo investigari aliquid -a potest (*Plato 30A λογισάμενος*. div. 2, 55). Tusc. 1, 17 e multis probabilia -a sequens. *ibid.* id cum -a probabile est, tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. 4, 3 de -a quidem hactenus. div. 2, 16 sine aliqua probabili -a ac ratione. 2, 55. 75 id sine divinatione -a haruspices poterant dicere. Att. 1, 1, 1 quod adhuc -a provideri possit. 2, 25, 2 ut opinio et spes et -a nostra fert. 3, 23, 5 ut ego perspicio cum tua -a tum etiam mea. 7, 13 b, 7 quae (*sit*) -a de rebus futuris. 8, 11, 4. 9, 3, 2. 9, 8, 2 in his locis opinio est -a magis quam nuntio aut litteris Caesarem Formiis ... fore. epist. 1, 5b, 1. 6, 4, 1 de futuris ... rebus etsi semper difficile est dicere, tamen interdum -a possis propius accedere. 9, 2, 4 quo me -a ducat. 12, 22, 1. 15, 15, 2. CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 4 cum plurima ad alieni sensus -am, non ad suum iudicium scribantur. CAES. civ. 3, 78, 6 de Caesaris consilio -a iudicans. BELL. Alex. 58, 2 communis erat -a. LIV. 4, 20, 11 ea libera -a est. 10, 39, 15 si qua -a mentis divinae sit. 25, 23, 12 quantum proxime -a poterat. CELS. 1 prooem. p. 3, 34 id usu explorasse, quo ante -a aliqua duxisset. p. 7, 2 has latentium rerum -as ad rem non pertinere. p. 8, 22 quomodo ... cibus ... digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia conprehendunt, sed -a persecuntur. p. 8, 36 est ... haec ars coniecturalis; neque respondet ei plerumque non solum -a, sed etiam experientia. 2, 6 coniecturalem artem esse medicinam, rationemque -ae talem esse ut. 7, 6 quid intus habeant, ut -a praesagiri potest, sic ex toto cognosci ... non potest (THEOD. PRISC. gyn. 20. log. 54 -a medici. 114). SEN. dial. 4, 24, 1 tollenda ex animo suspicio et -a, fallacissima inritamenta (epist. 81, 6). 6, 25, 2 nec ex -a sed omnium ex vero peritus in arcana naturae libens ducit. benef. 4, 33, 1 difficilis humani animi -a est. nat. 1, 3, 14 ubi non habemus, quod manu tenere possumus et late -a mittenda est. 6, 20, 5 de his, quae -a sequenda sunt, aliquid certi promittere. 7, 29, 3 quae an vera sint, di sciunt, quibus est scientia veri, nobis rimari illa et -a ire in occulta tantum licet. epist. 13, 9 quicquid ex incerto venit, -ae et paventis animi licentiae traditur. 95, 42 ultra spem illi -a processit. CVRT. 6, 11, 21 Philotas verone an mendacio liberare se a cruciatu voluerit, anceps -a est. PETRON. 137 ex hoc -am ducebat (*Dousa*, -ra dicebat *codd.*). PLIN. nat. 2, 1 huius extera indagare nec interest hominum nec capit humanae -a mentis. 2, 49 ut non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis atque -a animi scrutari. 2, 168 ut tamen -ae locum sic quoque non relinquat. 2, 196 sentiunt non dubia -a. 2, 246 quae -a divinationis est. 22, 106 quoniam in his naturam esse apparet, in illis -am saepius fallacem. 22, 117 naturae quidem opera absoluta atque perfecta gignuntur paucis ex causa, non ex -a rebus adsumptis. 26, 12 totamque medicinam ad causas revocando -ae fecit. 27, 8 utraque -a pari. 37, 60 quae fuit -a experiendi rem *al.* QVINT. inst. 1, 2, 25 quantum animi mei -a colligere possum (*cf. p. 317, 7.* AMM. 17, 7, 9 de). TAC. hist. 1, 22 -a iam et rumore senium Galbae. 5, 3 Moyses -a herbidi soli largas aquarum venas aperit. ann. 16, 1 ut -a demonstrat. PLIN. epist. 4, 3, 5 neque enim -a eget quid sermone patrio exprimere possis. SVET. Iul. 1 sive divinitus sive aliqua -a. Tib. 5 secuti levem -am. Galba 7 levibus utrimque argumentis et testibus ideoque difficili -a veritatis. CELS. dig. 24, 1, 47 -a eius rei ex modo et ex genere impensae non difficilis est. PAPIN. dig. 31, 64 in causa fideicommissi ... -a potuit admitti. 31, 77 arbiter -ā voluntatis non patietur (31, 78, 1 TRYPH. dig. 15, 1, 57, 2 VLP. dig. 33, 7, 12, 43. 36, 2, 12, 5). PAPIN. dig. 35, 1, 102 condicionem fideicommissi -a pietatis respondi defecisse. TRYPH. dig. 23, 4, 30 illa -a quasi (*cf.* GAIVS dig. 6, 2, 8 *p. 314, 55*). GELL. 12, 6, 1 ut -as legentium in requirendo *aenigmate* acueremus. APVL. apol. 9 quis umquam fando audivit tam similem suspicionem, tam aptam -am, tam proxumum argumentum? met. 10, 7 nec suspicionibus tantam -am permitti placuit. TERT. nat. 2, 1 cum philosophi physicum -is concinnarint. 2, 4 -arum libido. 2, 5 opinionem, quae de communi omnium sensu et simplici -a deducta videatur. iciun. 10 coniecturas -is et tamen puto fidelioribus repercutiens. IREN. 4, 39, 1 firmior est ... et indubitata subiacentium apprehensio quam ea quae est ex suspicione -a. PANEG. 7, 19 nisi in parandis ... scalis -am oculorum sublimitas fefellisset. 10, 16. ARNOB. nat 1, 48 animal ... nec confisum scientiae veritate, sed in arte suspicabili positum et -arum aestimationibus nutans. 2, 51. 5, 34. LACT. inst. 3, 3, 5 haec ... disputando et -is velle comprehendere. 3, 27, 3 cum omnia -is agantur. ira 1, 4 *al.* IVST. 1, 9, 14 Hostani viro ... in -a sagacissimo (AMM. 31, 3, 6). 2, 10, 16 haerentibus in -a viris. AMM. 21, 1, 12 ni ratiocinantes -a fallerentur. FAV. EVL. p. 1, 14 haec ... somniantium philosophorum esse conmenta, nec fabulas incredibiles ... sed prudentium -as. DON. Ter. Hec. prol. 2, 12 p. 198, 4 est -a a futuro tempore (*cf.* EVGRAPH. Ter. Hec. 20 *p 314, 43*). HIER. in Ezech. 12, 40 p. 469 -am animi mei cupere legentibus demonstrare. epist. 119, 7 -is variis fluctuabant. PELAG. in I Cor. 8 p. 741A scientia

... quae -is magis nititur quam exemplis. RVFIN. hist. 5, 2, 1 ex quibus quid ... per ceteras provincias geri potuerit, -a capienduu est (*λογισμῷ στοχάζεσθαι πάρεστιν*). AVG. civ. 4, 1 haec non ex -a nostra probavimus, sed partim ex recenti memoria ... partim ex litteris. 5, 2 -a medicinalis. 5, 9 mathematicorum. 13, 17 philosophos ... -a humana deceperit. 18, 52 non prophetico spiritu, sed -a mentis humanae, qua aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur *al.* in euang. Ioh. 14, 7 videtis quemadmodum hic deficiat omnis -a pectoris nostri et omnis intentio mentis caligantis. 46, 2 (*syn.* humana suspicio). in psalm. 37, 3 nec interprete opus est, nec suspicione, nec -a. 140, 6 non est relictus humanae -ae locus, nullus negandi aditus qualicumque christiano. serm. ed. Mai 89, 2 non ista propria -a, sed sancta scriptura doctos *al.* OROS. hist. 1, 3, 4 nescientes ... ex indicio et -a lapidum ... coniciendo didicerunt. CAEL. AVR. acut. 2, 16, 100 manifésta namque -a est, quod ipsa patiatur. SEDVL. op. pasch. 5, 1 parilis -a sermonis patrem revelavit in filio, filium revelavit in patre. PS. SORAN. quaest. med. 5 apud quosdam partim disciplina, partim -a. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 23, 19 caret -arum (-a quae *S*): per necessitatem veritas fulget. hom. 1, 4 p. 145, 28 porrigitur hic, praeludens per -am praesentium, contemplatio subsequentum. COD. Iust. 1, 17, 18 ut si quid in edicto positum non inveniatur, hoc ad eius regulas eiusque -as et imitationes possit nova instruere auctoritas. 4, 38, 15, 2 nulla -a, immo magis divinatione in posterum servanda, utrum ... an. 6, 2, 21, 1 per -am (6, 2, 21, 2). NOVELL. Iust. 111 praef. ut ... quod credebat -a (*στοχασμός*) prodesse, experimento inveniatur inutile.

b *speciatim de divinatione, somniorum ostentorum interpretatione*: PLAVT. Curc. 246 potin -am facere, si narrem tibi hac nocte quod ego somniavi dormiens? (Rud. 771. CIC. div. 1, 73 in Dionysio. 2, 65 de passerculis. 2, 129). Rud. 62 quam ad rem dicam hoc attinere somnium, numquam hodie quivi ad -am evadere. TRAG. inc. 10 tum -am postulat. CIC. nat. deor. 2, 12 non deorum natura, sed hominum -a peccavit. div. 1, 24 earum ... artium, quae -a continentur et sunt opinabiles. *ibid.* -a ... nititur divinatio. 1, 34 qui novas res -a persequuntur, veteres observatione didicerunt. *iterum.* 1, 58 facilis -a huius somnii. 1, 72 *bis.* 1, 78 fiunt certae (certe *codd.*) divinationum -ae a peritis. 1, 124. 1, 128 quas (*res*) esse futuras aut concitata mens aut soluta somno cernit aut ratio aut -a praesentit. 1, 130 Ceos -am ... capere ... salubrisne an pestilens annus futurus sit (VVLG. Ezech. 21, 19 manu capiet -am. *de βελομαντίᾳ cf.* HIER. in Ezech. 21, 19 p. 249). 2, 12 num ... vates ... morbi naturam acutius quam medicus aut belli administrationem prudentius quam imperator -a assequetur? 2, 42 ratio ... -aque. 2, 145 acumen hominum ex similitudine aliqua -am modo huc, modo illuc ducentium. *saepius.* OV. trist. 1, 9, 51 augurium ratio est et -a futuri. PLIN. nat. 11, 55 haudquaquam perpetua haruspicum -a, qui dirum id ostentum existimant semper. SVET. Vit. 18 nec fefellit -a eorum qui augurio ... portendi praedixerant. IVL. VAL. 2, 1 -a vaticinandi sacerdoti eiusmodi fuit multum ad gloriam ... Alexandro auspicari. FIRM. math. 2, 29, 20 numquam eum tractantem fata hominum -ae fallit intentio. 3, 1, 15 ex his ... genitura mundi divina -ae interpretatione composita est. AMM. 18, 3, 1. 22, 1, 3 -is forsitan in contrarium erupturis. 22, 14, 8 *apis* -is apertis signa rerum futurarum dicitur demonstrare. VVLG. Dan. 2, 5 nisi indicaveritis mihi somnium et -am (*σύγχρισιν*) eius. 2, 6. AVG. doctr. christ. 2, 23, 36 de stellis ... humanae et deceptoriae -ae ab hominibus institutae sunt. 2, 29, 46 futurorum regulares -as, non suspiciosas et ominosas, sed ratas et certas. MART. CAP. 8, 832 quia -a non errat. EVSTATH. Bas. hex. 3, 9 p. 900B somniorum -as et aniles fabulas omittentes.

c *speciatim in rhetorica, i. q. ea argumentationis pars quae suspicione nititur*: RHET. min. p. 590, 10 *Graeci* -am *στοχασμόν appellant.* GLOSS. *στοχασμός, τεκμήριον*, argumentum, argumentatio. RHET. Her. 1, 11, 18 hic -a verum quaeritur ...; ex eo constitutio causae coniecturalis nominatur. 2, 7, 10 isdem viis quibus omnis -a tractatur (CIC. part. 123). 2, 7, 10 idque partibus -ae ..., facere oportebit (CLAVD. DON. Aen. 12, 34 asseruit -ae partibus intentionem suam). 2, 7, 11 indignum facinus esse sine testibus -am et suspicionem firmamenti satis habere. CIC. inv. 1, 10 quoniam -is causa firmatur, constitutio coniecturalis firmatur. 2, 16 omnis ... ex causa, ex persona, ex facto ipso -a capienda est (2, 28. part. 38 ex. QVINT. decl. 255 p. 47, 6 manifestiorem quandam -am [*Schulting*, manifestiore quadam -a *codd.*] capere. *cf. supra l. 39*). inv. 2, 30 affectionis ... ratio perspicuam solet prae se gerere -am. 2, 31 ad confirmandam -am suspicionis. 2, 41 ex quibus -a quaedam ducitur. 2, 46. 47 omnis ... isdem ex locis -a sumenda est. 2, 74 -is faciendis (part. 51. QVINT. inst. 8, 4, 26 ex). 2, 74 ut et -a et definitione utendum sit. 2, 99 -am induci ab accusatore oportebit. 2, 152 a ratiocinatione, oportere -a ex eo, quod scriptum sit, ad id, quod non sit scriptum pervenire. *ibid.* -am divinationem esse et stulti scriptoris esse non posse omnibus de rebus cavere, quibus velit. de orat. 2, 280. 3, 113. 114 redeunt ... ad -am eamque in quattuor genera dispertiunt (part. 82). Brut. 144 -a movenda aut sedanda suspicione aut excitanda (QVINT. inst. 3, 6, 10). orat. 126 quod quaeri -a solet (QVINT. inst. 3, 6, 5. 12, 2, 15). part. 33 *bis.* 102 *al.* top. 82. 87. SEN. contr. 7, 3, 6 habet ... dissimilem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ceteris -am et duplicem. 9, 6, 10 Cestius in duas partes -am divisit. 10, 1, 14 legunt argumenta patres et ossa liberorum -a dividunt. QVINT. inst. 3, 5, 10 quid in -is? 3, 6, 15 *sqq.* 3, 6, 47 *συντελικήν*, qua -am significari magis ex his, quae sequuntur, quam ex ipso nomine, apparet. 3, 6, 53 -am, quam *γένεσιν* vocant. 6, 4, 4 -ă artificiali ratione colligitur. 7, 2, 27 ducitur -a primum a praeteritis. 7, 2, 40. 45 ad animi -am. 7, 3, 25 -a mentis. 7, 4, 1 quae omnia -a quidem colliguntur, quaestionem tamen habent in eo qualia sint (*cf. p. 315, 51.* decl. 267 p. 90, 16. 323 p. 273, 25). *saepius.* decl. 252 p. 33, 3 forte argumentis hoc colligo, longa difficilique -a probandum puto. 276 p. 128, 15. 281 p. 145, 28 si occultius esset -a ducenda. FRONTO p. 184, 13 N. satis me diligenter in ista oratione -am, quae in crimine mandatae caedis verteretur, divisisse argumentis ac refutasse. FORTVN. rhet. 1, 11 p. 89, 29 rationales status quot sunt? . . . -a, finis qualitas, translatio. 1, 12 p. 90, 3. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 8 p. 179, 20 aliquid videre volumus nec videmus, et est -a. SVLP. VICT. rhet. 25 p. 325, 19 IVL. SEV. rhet. 12 p. 361, 11 IVL. VICT. rhet. 3, 2 p. 376 RHET. min. p. 590, 6 *al.* PS. ASCON. div. in Caec. p. 99 divinatio dicitur haec oratio, quia non de facto quaeritur haec -a, sed de futura, quae est divinatio. SCHOL. Cic. Gron. p. 426, 35 tria considerantur in -a: causa, persona, factum. MART. CAP. 5, 444. 445. 448 in praeterito tantum de (*om. β*) -a. 5, 451. EVGRAPH. Ter. Andr. 28 haec ratio per -am tractatur. *iterum.* 172. 175 Eun. 81. 507. Ad. 447 quamquam in -a res esse potuisset, tamen . . . non accusatio per -am efficitur, sed potius per qualitatem.

2 *i. q. observatio*: CAEL. AVR. chron. 1, 5, 160 cuius (*sc. alienationis*) accidentia contrariorum -a erunt mitiganda. 4, 8, 120 in lenimento constituta erit varia -a facienda.

3 *i. q. congeries*: VITA Vedast. I 7 p. 411, 6 quam putas hic demonum fuisse -am (*cf. Krusch, Mitteilungen des Instituts für österreich. Geschichtsforschung p. 437*). *i. q. contributio, συμβολή*: GREG. TVR. Franc. 6, 45 in quo (*apparatu*) nihil de fisco suo rex dare praecepit nisi omnia de pauperum -is.

coniectūrālis, -e *a* coniectura. GLOSS. *στοχαστικός*. RHET. Her. 1, 11, 18 constitutiones . . . tres sunt: -is, legitima, iuridicialis. -is est, cum de facto controversia est (1, 17, 27. 2, 8, 12. 2, 14, 21. 2, 16, 23 *sq.* 4, 41, 53 CIC. inv. 1, 10 *sqq.* 2, 14 *sq.* 50 *sqq.* BOETH. diff. top. 4 p. 1209^{C}). RHET. Her. 2, 2, 2 quemadmodum quamque causam tractare conveniat et nimirum -em (*E, del. Marx alii*) eam (2, 2, 3. 2, 6, 9. 4, 40, 53 CIC. inv. 1, 14 *bis.* top. 50. 92 QVINT. inst. 2, 4, 26. 3, 6, 15. 4, 2, 81. 4, 4, 8 in -bus, *sc. causis.* IVL. SEV. rhet. 13 p. 361, 17 EVGRAPH. Ter. Hec. 727 BOETH. in top. Cic. 4 p. 345, 43). RHET. Her. 2, 14, 21 argumentatio -is (4, 29, 41). 2, 17, 26 in -em . . . controversiam (CIC. inv. 2, 16 SEN. contr. 7, 3, 6. 7, 7, 10 QVINT. inst. 7, 2, 50). CIC. top. 93 in qua argumentatione status -is existit (QVINT. inst. 3, 6, 29 *sqq.* 45. 9, 1, 8 FORTVN. rhet. 1, 11 p. 90, 1 PS. ASCON. Verr. p. 155 EVGRAPH. Ter. Andr. 172. 338 Eun. 615 ISID. orig. 2, 5, 3). div. 2, 26 omne genus -e in hoc fere genere ponebas. SEN. contr. 1, 5, 8 -em quaestionem (2, 2, 5 QVINT. inst. 3, 6, 5 SVLP. VICT. rhet. 47 p. 342, 29). CELS. 1 prooem. p. 8, 35 est enim haec ars -is; neque respondet ei plerumque non solum coniectura, sed etiam experientia (2, 6). QVINT. inst. 3, 11, 15 iudicatio. 7, 1, 53 haec -ia. MAR. VICTORIN. rhet. 2, 24 p. 282, 2 ista -ia sunt. 2, 24 p. 283, 2 duas rationes et duas iudicationes posuit -es. SVLP. VICT. rhet. 55 p. 348, 36 -i voluntate. EMPOR. rhet. p. 572, 19 *gradus* -is. *ibid.* SCHOL. Hor. gloss. carm. 4, 14, 33 (*CΓ*) quoniam -e est, utrum propter religionem Caesaris vicerit Drusus Genaunos. AVG. quaest. Simpl. 2, 1, 1 ut non rerum imagines -i examinatione intellegat. MART. CAP. 1, 7 divinatrice eadem -ique virga volucres illi . . . monstrabat. EVGRAPH. Ter. Eun. 95 argumentum . . . -e (Hec. 674 Andr. 28. 461). Andr. 243 -is tractatus interponitur. 109 -is probatio. PS. SORAN. quaest. med. 5 apud quosdam partim disciplina partim coniectura efficitur vero -is non propter naturam artis, sed propter subiectam materiam. 6 disciplina in duas dividitur partes, i. e. in generalem et -em. . . . -is *disciplina* . . ., quando de ea dubitatur *al.*

adv. **coniectūrāliter.** AGENN. grom. p. 90, 20 -r . . . mentiri (*AB*, metiri *E*) artifices coguntur (*cf.* PS. AGENN. grom. p. 26, 25. PS. BOETH. grom. p. 403, 15 argumentaliter et -r etiam superflue mentiri [*a*, metiri *b*^{1}*mrv*] artifices coguntur). FORTVN. rhet. 2, 16 p. 111, 14 cum -r fecisse nos negamus. MAR. VICTORIN. rhet. p. 282, 16 cum ille coniecturae usus fuerit, -r respondeat. p. 286, 40 -r agendum ab accusatore. DON. Ter. Hec. 198 quae se -r defendit. CLAVD. DON. Aen. 4, 45 -r posuit non timendum. PRISC. rhet. 6, 16 p. 555, 9 -r praeteritam vitam crimineris a praesentibus. COMMENT. Lucan. 10, 576 sterilisne elegit harenas: -r. SIDON. epist. 8, 11, 10 nil -r gestum, nil per ambages. EVGRAPH. Ter. Andr. 392 huic respondet -r. 511 -r refutatur. Haut. 888 rem -r collegerat.

coniectūrārius, -a, -um *a* coniectura. GLOSS. V 639, 55 coniecturarium a coniectura suspicacem. *cf.* NON. p. 91, 16.

coniectūro, -āre *a* coniectura. BOETH. anal. post. 2, 14 p. 756^{C} ad probandum autem terminum per divisiones tria oportet -are.

coniectus, -ūs *m. a* conicere. *in usu non sunt nisi nom. acc. abl. sing., acc. plur.* **I** *proprie*: **a** *strictiore sensu*: **1** *de telis lapidibusque pro telis iactandis*: CIC. Att. 4, 3, 2 Quinti fratris domus primo fracta -u lapidum ex area nostra, deinde inflammata iussu Clodii. SALL. hist. frg. 3, 96 Varinius . . . desiderans solita a fugitivis convicia et in cas⟨tra⟩ -us lapidum. NEP. Pelop. 5, 4 proculque digressus a suis -u telorum confossus cecidit. LIV. 2, 31, 6 priusquam ad -um teli veniretur (7, 26, 9. 22, 15, 8. 22, 29, 4. 26, 4, 7. 28, 14, 19 AMM. 19, 7, 4). 28, 36, 9 ad primum incursum -umque telorum. 30, 29, 9 quod aquatio intra teli -um erat (PETRON. 90 ut primum extra teli -um licuit consistere). 38, 27, 4 ne primum quidem -um telorum tulerunt. FRONTIN. strat. 1, 11, 10 paene ante -um teli terga verterunt. TAC. ann. 2, 13, 15 adsultatum est castris sine -u teli. AMM. 19, 6, 5 quae (*custodiae*) non procul erant a -u locatae telorum. 26, 8, 10 -u telorum Aliso paulisper defensus. *i. q. coniciendi facultas*: SALL. hist. frg. 2, 87 ex quo (*monte*) in iuga oppidi teli -s erat. LIV. 25, 16, 22 cum undique ex altioribus locis in cavam vallem -s esset. **2** *de aliis rebus*: LIV. 7, 6, 2 neque eam voraginem -u terrae . . . expleri potuisse. PAVL. FEST. p. 57 Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scaenam coniectus (collectus *codd., corr. August.*) lapidum ita fieret, ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. *i. q. acervus*: LVCR. 3, 198 namque papaveris aura potest suspensa levisque cogere ut ab summo tibi diffluat altus acervus, at contra lapidum -um (conlectum *vulgo*) spicarumque noenu potest. **b** *laxiore sensu, coniciendi actus*: LVCR. 4, 959 fit ratione eadem -s partim (parte *codd.*) animai altior atque foras eiectus largior eius. 5, 416 sed quibus ille modis -s materiai fundarit terram et caelum pontique profunda. 6, 435 quasi quid pugno bracchique superne -u trudatur. PLIN. nat. 2, 106 quotiens errantium *siderum* accessu impulsa aut -u radiorum exstimulata sunt (*adhaerentia caelo sidera*). *i. q. collectus, acervus*: LVCR. 5, 600 quia sic elementa vaporis undique conveniunt et sic -s eorum confluit.

II *translate*: **a** *oculorum, animorum, sim.*: CIC. Sest. 115 facit enim . . . vester iste in me animorum oculorumque -s (contectus *al.*). de orat. 3, 222 oculi sunt, quorum tum intentione, tum remissione, tum -u, tum hilaritate motus animorum significemus. Planc. 21 non enim tribum Teretinam . . ., sed dignitatem, sed oculorum -um . . . praebuerunt. CVRT. 9, 7, 25 -um oculorum . . . Dioxippus ferre non potuit (PANEG. 12. 31). QVINT. inst. 9, 3, 101 et vultus mutatio oculorumque -s multum in actu valet. PLIN. paneg. 17 non modo telorum tuorum sed oculorum etiam minarumque -um toto campo totoque exercitu opposito perhorrescat. **b** *pugnae*: PLIN. nat. 9, 31 acies quae protinus disponitur in loco, ubi -s est pugnae. **c** *i. q. suspicio*: *cf.* QVINT. inst. 3, 6, 30 coniectura dicta est a -u, id est directione quadam rationis ad veritatem. AVR. VICT. Caes. 26, 4 progressique -u longius liberi (*i. q. pueri*) quoque exitum denuntiavere. *Burger.*

coniēiūno, -āre *a* con *et* ieiunare. FRG. Mur. 11 -ate mihi.

coniero *v.* coniuro.

cōnifer, -a, -um *a* conus *et* ferre. ISID. orig. 17, 7, 34 fructus *cypressi* conus . . ., unde et -ae cyparissi dicuntur. *cf.* SERV. Aen. 3, 680. GLOSS. II 357, 46 *κωνοφόρος*. VERG. Aen. 3, 680 -ae cyparissi (GLOSS. V 566, 38 cupressi *cf.* IV 435, 12. 25). NEMES. ecl. 2, 86 cupressos. CLAVD. rapt. Pros. 1, 205 -is modulatur carmina ramis *pinus.* 3, 398 -i micuere apices *Aetnae* (*i. cypressis consiti*). CORIPP. Iust. 2, 322 -ae frondosae cacumina silvae. 3, 172 quercus.

cōniger, -a, -um *a* conus et gerere. CATVLL. 64, 106 conigeram sudanti cortice pinum.

conīla *v.* cunila.

? **coninco quo,** -ere. CHIRON 931 conincocies (*sic cod.*, cum vino coques *Buecheler*) in aquam tepidam.

coninquo *v.* coinquio.

conistērium, -ī *n. κονιστήριον* VITR. 5, 11, 2 sub dextra *ephebei* coryceum, deinde proxime conisterium, a conisterio in versura porticus frigida lavatio.

conita *v.* conyza.

cōnītor, -nīsus (nīxus) sum, -nītī *a* con *et* niti. *in deterioribus codicibus* (*non in* INSCR.) *scribitur* conni-. *inf.* conitier ACC. praetext. 23. *de forma participii perf. cf.* SERV. Aen. 1, 144 'adnixus' antiquum est ut 'conixus', quibus hodie non utimur; dicimus enim, 'adnisus' et 'conisus'. *traditur* conisus: PLAVT. VAL. MAX. SEN. phil. STAT. FRONTO MIN. FEL. CORP. XI 5748 (*a. 260*). MART. CAP. DRAC. NOT. Tir. 74, 76. LIV. *quinquies* (conixus *sexies*). TAC. *sexies* (conixus *semel*). conixus: CIC. LVCR. VERG. OV. PLIN. nat. GELL. ARNOB. EDICT. imp. Diocl. 2, 19 CLAVD. GLOSS. IV 322, 34 (*saepius* -xus). NOT. Tir. 74, 73. *vox praeter* LIV. (*14^{ies}*) *admodum rara*: PLAVT. ACC. CAES. OV. (hal.) PLIN. nat. VAL. FL. APVL. *singulis locis*, LVCR. VAL. MAX. SEN. phil. *binis*, CVRT. STAT. *ternis*, SIL. FRONTO *quinis*, CIC. *sexies* (phil. Arat. *ternis*), VERG. TAC. *septenis. apud poetas et* TAC. *legitur solum participium perf. praeter* ACC. praetext. 23 (-ier). CIC. Arat. 260. 290 (-itur). STAT. Theb. 10, 904 (-ere). GLOSS. *συνεπερείδομαι*; valde conatur. V 183, 30 conixus: conatus. IV 322, 34 -sus: plus conatus. conixi: conantes, simul conati, laborantes.

i. q. conari, laborare, niti: **1** *generatim*: *absolute*: PLAVT. Mil. 29 si quidem -sus esses. CIC. Tusc. 2, 47 *ratio* -xa per se et progressa longius fit perfecta virtus. LVCR. 2, 160 unum in quem coe-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pere locum -xa (conexa *codd.*) feruntur *primordia*. 2, 268 concita per artus omnis *materiae copia* ut studium mentis -xa (conexa *codd.*) sequatur. ALF. dig. 9, 2, 52, 2 *si mulae* cum -rentur lapsae cecidissent. LIV. 3, 63, 4 undique omnes -si hostem avertunt. 22, 47, 5 diu ac saepe. 33, 5, 7 tres iuvenes -xi arborem unam evellebant. 35, 5, 12. 41, 4, 2 -susque cum trans vallum signum traiecisset. SEN. dial. 11, 1, 4 utcunque -ar (*sc. consolari*). FRONTO p. 55, 2 N. verum, ut dixi, incumbamus, -amur. RVRIC. epist. 1, 9 p. 362, 26 mihi . . . supra mensuram virium -enti auxiliatores accedite. *additur ablativus*: CIC. off. 3, 6 quantum -i animo potes, quantum labore contendere, . . . tantum fac ut efficias. VERG. Aen. 5, 264 vix illam *loricam* famuli . . . ferebant multiplicem, -xi umeris. 5, 642 *Iris* sublata procul dextra -xa coruscat. 9, 408 toto -xus corpore ferrum conicit (10, 127 SIL. 10, 196). 9, 767 vibranti gladio -xus . . . occupat. 11, 613 adversis . . . -xi incurrunt hastis. LIV. 1, 33, 5 omnibus copiis -sus Ancus . . . vincit. 3, 70, 5 in equestre proelium -xi omni vi perficerent. 10, 33, 4. 33, 19, 9 omnibus regni viribus (VAL. FL. 3, 193 torserat hic totis -sus viribus hastam. SIL. 2, 629). VAL. MAX. 4, 2, 3 pari virtutis impetu (SEN. epist. 94, 31 toto impetu suo. TAC. Agr. 36 aemulatione et impetu). PLIN. nat. 8, 26 pari conatu. SIL. 9, 379 in medios . . . vasto -xus turbine fertur *Scaevola*. STAT. silv. 4. 5, 26 -sus omni pectore. TAC. hist. 4, 53 studio laetitiaque. CLAVD. carm. min. 53, 67 hic iuga -xus manibus Pangaea coruscat. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 44 non solum aliorum motibus exerceantur, verum etiam suis ipsi -antur *paralytici*. *nota*: CYPR. GALL. iud. 166 hic utraque manu -ens (iud. 3, 15 ἀμφοτεροδέξιος). contra, in *aliquem*: STAT. Theb. 10, 904 totis in me -ere flammis, Iuppiter. EDICT. imp. Diocl. 2, 19 si quis contra formam statuti huius -xus fuerit audentia. *adde* SCHOL. Cic. Bob. p. 268, 15 non tantopere sit pro eiusdem restitutione -sus. in *locum*: OV. hal. 28 *muraena* ad laxata magis -xa foramina retis tandem . . . evadit. LIV. 31, 21, 10 Galli omni multitudine in unum locum -xi. 33, 18, 16 in dextrum *cornu* omnes -si. 42, 65, 8 in tumulum -bantur (conabantur *V*). *adde*: SIL. 10, 251 -xus in hastam ilia *equi* subrecta cuspide transit. *aliquid*: GELL. 15, 16, 4 quasi perfecto quod erat -xus. *nota*: SVLP. SEV. epist. 2, 5 dum altos gressus molior et -or, evigilo. *seq. infinitivus*: ACC. praetext. 23 eius *arietis* germanum cornibus -ier in me arietare. LIV. 9, 31, 12 -rentur modo uno animo omnes invadere hostem. STAT. silv. 5 praef. latus omne divinae domus semper demereri pro mea mediocritate -or. TAC. ann. 15, 42. 15, 51. AVR. Fronto p. 4, 7 N. me omni modo -sus es . . . amovere. p. 60, 9 FRONTO p. 168, 24. 174, 7 N. VLP. dig. 23, 3, 9, 3. GELL. 6, 3, 2 id bellum inter eos componere. APVL. met. 11, 3 MIN. FEL. 17, 1. 26, 12 LACT. inst. 5, 3, 22 AVIEN. Arat. 717. MART. CAP. 8, 804 -sos cohibere risum. SCHOL. Cic. Bob. p. 281, 18. p. 350, 12. p. 360, 37 hoc persuadere. DRAC. Orest. 390. *seq.* ut: CVRT. 5, 8, 7 magis etiam -i debeo, ut dignus talibus amicis sim. ARNOB. nat. 5, 2 sit vobis -endum, falsa ut credantur haec esse. CORP. XI 5748 (*Sentini, a. 260*) semper ⟨e⟩t in praeteritum ita splendidissimum n(umerum) n(ostrum) -sum esse, ut . . . ex(h)ibeant. SCHOL. Cic. Bob. p. 262, 8 -entis inimici, ut reus opprimatur. p. 368, 32 omni labore. *seq.* ad: VAL. MAX. 2, 7, 2 omnibus imperii nervis ad revocandam pristinae disciplinam militiae -sus est. TAC. ann. 15, 66 ceteris . . . ad convincendum eum -sis. TERT. adv. Marc. 4, 3 ad destruendum statum.

2 *speciatim*: **a** *de surrecturis*: CIC. fin. 5, 42 *parvi* et animo utuntur et sensibus -unturque, sese ut erigant. CVRT. 7, 3, 13 ut rursus ad surgendum coniti (contineri *codd.*) non possent. CIC. Arat. 260 Anguitenens humeris -itur. 290 genu flexa Taurus -itur ingens (frg. 28 corniger est valido -xus corpore Taurus). LIV. 21, 36, 8 *iumenta* in conitendo (continendo *codd.*) ungulis penitus perfringebant *nivem* (*ibid.* pede aut manu cniti *de hominibus*). CVRT. 8, 5, 13 ad -endum nihil supererat virium. SIL. 4, 586 celso -sus corpore prensat gramina. TAC. ann. 15, 57 corporis pondere -sa. EPIT. Alex. 112 -xus aegre cum gemitu dixit *Alexander*. *accedit* in *c. accus.*: CAES. civ. 1, 46, 3 equitatus noster ab utroque latere . . . summa in iugum virtute -itur. TAC. ann. 11, 31 Valentem lascivia in praealtam arborem -sum. **b** *de parturientibus*: VERG. ecl. 1, 15 *capella* gemellos . . . silice in nuda -xa reliquit (SERV. pro eo quod est 'enixa', nam hiatus causa mutavit praepositionem. GLOSS. ἀποκνήσασα, ἐγκνήσασα. partu liberata, pariens). *cf.* ARNOB. nat. 5, 10 *lapides* ad postremum peperisse feminei moris difficultate -xos. **c** *i. q. niti aliqua re*: ARNOB. nat. 5, 15 utrumne sit constans *historia* et fidei firmitate -xa an contra mendaciter . . . composita.

derivata: conixo, conixus.

coniūcundor, -ārī *a* con *et* iucundari. VVLG. Sirach 37, 4 sodalis amico -atur in oblectationibus (φίλου ἐν εὐφροσύνῃ ἥδεται).

coniūdex, -cis *m. a* con *et* iudex. NOVELL. Iust. 13, 2 multotiens etiam cumiudices (συνδικασταί) dantur.

coniūdico, -āre *a* con *et* iudicare. PETR. Chrys. serm. 65 p. 386[B] *Christus* coniudicat patri.

cōnīventia, -ae *f. a* conivere. **1** *proprie*: CHALC. transl. p. 45[E] *palpebris* obductis vis illa ignis intimi -a (ὅταν ταῦτα ξυμμύσῃ) tegminis coercetur. **2** *translate*: *indulgentia, venia, gratia*. GLOSS. consensio, consensus, conspiratio. II 109, 27 μετεωρισμός. 109, 25 ἀφιστοσύνη (ἀϊστοσύνη *Buecheler*), ἀφοσίωσις, αὐτὸ τὸ μωροποιῆσαι. 103, 7 cohibentia ῥαθυμία, συνοχή. LAMPR. Alex. 54, 7 quod . . . per -am *tribunorum* seditionem fecisset exercitus. CAPITOL. Gord. 23, 7 nec . . . matris vel ignorantia vel -a venderetur *Gordianus*. HIL. in Matth. 10, 12 dum extorquere aut silentium nostrum aut -am temptant (ad Const. 1, 6 extorquere -am plebium). MAXIMIN. c. Ambr. 124 per vestram -am. SYMM. epist. 6, 49 (50), 2 ne quid mandatis senatus per -am detrahatur. PS. ASCON. Verr. p. 152 ad gratiamne Hortensii an suam an etiam -a Ciceronis ipsius. SCHOL. Iuv. 1, 56 *maritus* -am suam adulteris vendit. HIER. in Ier. 22, 1 p. 987. RVFIN. Orig. in gen. 6, 3 per -am maritalem. INNOCENT. epist. 30, 1 -am praebere peccantibus (COD. Theod. 16, 2, 39 *a. 408* si aliquibus inlicitam -am . . . praestiterint. CASSIAN. conl. 7, 15, 3 motu corporis consensum -amque ab eo praestitam fuisse). MACR. somn. 2, 16, 13 de causa vero quoniam spontanea -a concessimus. COD. Theod. 11, 30, 8, 1 (*a. 319*) damnabilem -am commodare (COD. Iust. 2, 6, 6, 1 [*a. 368*] nec enim -a commodanda est). 11, 16, 11 (*a. 365*) gratiosa -a vel ignobili dissimulatione (COD. Iust. 11, 66 [65], 5 pr. idque procuratorum -a vel dissimulatione perfectum). COD. Iust. 1, 5, 2 (*a. 379*) pr. ne per -am iudicantium . . . eiusmodi audacia neglegatur. COD. Theod. 16, 2, 27 (*a. 390*) pr. callida arte aut probrosa cuiuspiam -a. 9, 40, 15 (*a. 392*) quodsi quisquam . . . vendibili -a licentiae huic praestiterit adsensum. 1, 11, 1 (*a.* 397). 6, 30, 17 (*a. 399*) aut -a aut neglegentia eius. CASSIAN. inst. 6, 9. 6, 13, 2. conl. 2, 11, 1 quod furtum licet -a voluntatis . . . sine cessatione committerem. 5, 7, 1. VINCENT. LER. 32, 43 episcoporum. LEO M. epist. 17 qui -am in ecclesiae damna miscuerunt. 105, 12. 106, 2. CANON. Migne 56, 881[B] ut *episcopus* civium -am et testimonium quaerat. 56, 885[A] irrita erit episcopi donatio . . . absque -a et subscriptione clericorum. MAXIM. TAVR. serm. 82 innocentes quosque vel absentes, sic non conscientia vel -a polluere. FAVST. REI. spir. 2, 1 p. 133, 8. CONC. Matisc. a. 583 p. 159, 20 pari -a placuit. GREG. TVR. Franc. 4, 16 simulque unam habentes -am (convenientiam *et* conhibentiam *v. l.*). 5, 3 absque mei consilii -a. 5, 14 sine fratris -a. 7, 6 subscriptiones quibus hanc -am (convenentiam *al.*) confirmastis. 9, 29 ille non obvius -a . . . praebuit. 9, 38. glor. conf. 62 si meo consilio conhibentiam praebueris. 74 cum qua (*sc. uxore*) spiritalis conhibentia, non luxoria copulatur. COD. Iust. 11, 67 (66), 1 venalis procuratorum -a. *nota:* HIL. in psalm. 118 samech 3 anima . . . ad -am deflectendae voluntatis inrepat. OROS. apol. 3, 6 intromittendi -a praestita est. *cum genet. obiect.*: AMBR. off. 3, 19, 115 fraudis indulta est -a. CASSIAN. conl. 1, 14, 1 vitiorum.

cōnīveo, -īvī, -ēre [*cf. c.* nictare, nictus. *Th.*]. *in codicibus deterioribus* (*non in* INSCR.) *scribitur etiam* conn- *atque haud raro* conhib-; *cf. Heraeus, Archiv 13, 53.* cogniveo GLOSS. *de coniugatione*: PRISC. gramm. II 478, 11 'coniveo' quod etiam 'conivo' secundum tertiam protulerunt veteres. 479, 5 Calvus (*carm. frg. 11*) 'conivĕre' infinitum secundum tertiam coniugationem correpta paenultima protulit. GLOSS. II 109, 26 conivo. *de forma perfecti*: PRISC. gramm. II 478, 11 coniveo . . praeteritum tam in -vi quam -xi habuit. PROB. cath. gramm. IV 35, 22 (= SACERD. gramm. VI 487, 13) *solum probat* conivi. *legitur* conixi: TVRPIL. com. 173. conivi: NINN. carm. frg. 4. APVL. met. 4, 25 (-verat). 11, 3 (-veram). IVL. VAL. 1, 15 (-visset). AVG. c. Iul. 5, 7, 27 (-vero). GLOSS. μύω, ἐπιμύω, καμμύω, καταμύω, σκαρδαμύττω, μετεωρίζω. conivet συνέχει. adquiescit, fruit (*l.* nuit?) consentit vel capitis motu adquiescit. V 16, 4 (= 57, 21) conivere oculos claudere, interdum dissimulare. *legitur singulis locis*: PLAVT. LVCR. SEN. phil. PERS. SIL. QVINT. TAC., *binis*: COLVM. SVET., *frequentius*: CIC. (*15[ies]*). PLIN. nat. (*10[ies]*). APVL. (*6[ies]*).

1 *proprie*: *oculos claudere* (*de personis*); *claudi* (*de ipsis oculis*).

a *de personis rebusve personatis*: PLAVT. Most. 830 specta quam arte dormiunt *coagmenta in foribus* :: dormiunt?: :: illud quidem, ut -ent, volui dicere (*cf. p. 321, 24*). TVRPIL. com. 173 dum ego -xi somno, hic sibi prospexit vigilans virginem (TAC. ann. 16, 5 tamquam somno -ret). TVBERO hist. 9 palpebras quoque eius, ne -ere posset, . . . insuebant. CIC. de orat. 3, 221 neque vero est quisquam qui eadem -ens efficiat (*opp.* contuens). nat. deor. 3, 8. 3, 9 cur -res . . . altero oculo, causa non esset. Tusc. 1, 117 ita -entem somno consopiri sempiterno. Pis. 11 ne -ente quidem te . . . sed etiam hilarioribus oculis . . . intuente. LVCR. 5, 778 cum quasi -ent *sol et luna* et aperto lumine rursum omnia convisunt. PLIN. nat. 11, 144 *gladiatores* contra comminationem aliquam non -rent. 23, 48. SIL. 7, 729 *cum subito* nox atra recessit, -ent solemque pavent agnoscere visu. QVINT. inst. 10, 3, 16 certa . . . nisi -eamus in oculos incurrunt. SVET. Cal. 51 ad minima tonitrua et fulgura -ere, caput obvolvere. GELL. 12, 5, 11 cur manu alicuius ob oculos suos repente agitata invitus -eat. APVL. met. 1, 11 paululum -o. 4, 25. 10, 17 ciliis alterna -ens bibere flagitarem. 11, 3 necdum satis -veram. ARNOB. nat. 3, 18 *deum* habere membranulas, -ere, nictare. AVG. civ. 2, 1 p. 53 velut eas (*sc. res claras*) non spectantibus intuendas sed quodam modo tangendas palpantibus et -entibus offeramus. MART. CAP. 1, 37 qua illum etiam quiescere cupientem -ere non perferat. 2, 112 quod paululum -ere . . . virginem non sivisset. 2, 184 paululum -ens oculis. *in imagine*: CIC. Cael. 41 quibus *blandimentis* sopita virtus -ret interdum. leg. agr. 2, 77 quamquam me vester honos vigilare . . . et intentis oculis omnes rei publicae partes intueri iubet, tamen paulisper . . . -bo. Catil. 2, 27. SEN. epist. 81, 25

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

manifestum etiam -enti (contuenti *VP*) discrimen est. GELL. 2,2,9 patrum iura ... interquiescere paululum et -ere. 13,28 (27),4 mens viri prudentis .. esse debet .. nunquam -ens, nusquam aciem suam flectens. *de bestiis*: PLIN. nat. 10,10 si *haliaetus* -entem humectantemque animadvertit *pullum*. 10,209 in terrestribus omnia quae -eant, dormire manifestum est. 11,151. 156 graviores alitum inferiore genā -ent ... columbae et similia utraque -ent. *additur* oculos: NINN. carm. frg. 4 nam non -vi oculos ego deinde sopore. *cf.* PLIN. nat. 11,144 Neroni, nisi cum -ret ad prope admota, hebetes *oculi*.

b *de oculis sim.*: CALV. carm. frg. 11 cum gravis ingenti -ĕre pupula somno (APVL. met. 10,32 nunc mite -entibus nunc acre comminantibus gestire pupulis. PLIN. nat. 1,11,55 quae *pupillae* non -eant). CIC. har. resp. 38 -entes illos oculos abavi tui magis optandos fuisse quam hos flagrantes sororis. nat. deor. 2,143 *oculis* somno -entibus (*opp.* apertis). PAVL. FEST. p. 42 -entibus palpebris (HIL. in psalm. 131,5 ne ipsis quidem palpebris -endi in dormitationem permittetur obductio). COLVM. 10,259 -entes oculos violaria solvunt. PLIN. nat. 2,145 vigilans ictus -entibus oculis, dormiens patentibus reperitur. 11,145. VLP. dig. 40,1,4,1 -entibus oculis credendum. HIER. in Am. 3,8 p. 336 quasi clausis et -entibus oculis. COD. Iust. 1,17,2,11 formam legum non -entibus oculis accipere. **c** *de variis rebus*: GELL. 16,3,3 *ventris ac stomachi vacua* ubi aut cibo complentur aut inanitate diutina contrahuntur et -ent. 17,11,4 *foramina* quasi claustra quaedam mobilia, -entia vicissim et resurgentia (*cf. p. 320, 60*). APVL. Socr. 106 -entibus ad regulam lineis. *transitive*: VINDIC. med. 13 *foetus* rumpit membranas, sed celeritate eruptionis -et.

2 *translate*: *indulgere, concedere, consentire.* GLOSS. παραπροσποιοῦμαι. consentio, conspiro. ῥαθυμεῖ. concedere. coniventes consentientes vel conspirantes, coniventibus faventibus consentientibus. CIC. Flacc. 25 in quo *reo*, etiamsi quid errasset, omnes boni -endum esse arbitrarentur. Cael. 59 in hominum sceleribus maximis (har. resp. 52 in tot tantisque sceleribus). Mil. 32 *consulibus* si non adiuvantibus, at -entibus certe. Phil. 1,18 sed haec ipsa concedo; quibusdam etiam in rebus -o SEN. benef. 4,36,2 COLVM. 4,29,2. PERS. 6,50 quis vetat? aude. vae, nisi -es. SVET. Iul. 67 desertorum ... punitor acerrimus -bat in ceteris. ARNOB. nat. 3,4 astipulamur, acquiescimus, -emus. 6,12 illud etiam vobis -entibus consecutum est (HIER. in Eph. 2,1 p. 571 nobis. SIDON. epist. 9,7,5 PAPYR. Berol. 628^{r} I 16). LACT. inst. 3,3,16. 5,2,9. HIL. trin. 5,1 si sanctitatem dicti infideliter usurpati -entis taciturnitas confirmaret. EDICT. imp. Diocl. 1,10 ultra -ere non possunt, quos ... egestatis extrema traxerunt. CORP. XIII 2129 (*Lugudunī*) -ente Dunnio ... curavit. DICT. 2,33 -ente Achille. AMM. 14,11,33 *Fortuna* -ente. PRVD. psych. 453 nec fronte severos -ente oculos praedarum ad gaudia flectit. AVG. in psalm. 57,15 ille vel -ens vel non intellegens. COD. Theod. 12,1,77 (*a. 372*) per gratiam aut -ente iudice. LEX VISIG. 3,4,1 si -bente aut non -bente uxorem cum alio viro adulterium fiat. *accedit dativus*: TERT. coron. 11 nec illi necessitati disciplina -et. IVL. VAL. 1,15 quod appellatio illa (*sc. Lysiae*) solutioni coepti ⟨coniugii⟩ -visset (*P*, convivasset *ex* -visset *A*). AVR. VICT. Caes. 4,10 sceleribus. HIL. in Matth. 14,8 voluptatis condicionibus. PAVL. NOL. carm. 10,319 lentis ... dum -o votis. MACR. sat. 5,17,6 fabulae. MART. CAP. 1,25. COD. Theod. 15,1,43 (*a. 405*) competitorum obreptionibus. NOVELL. Val. 15,1,43 (*a. 405*) celare tales (*sc. Manichaeos*) aut talibus -ere. LEO M. epist. 155,2 adversariorum pravitati. 157,3 si quis adversariorum machinationibus -endum esse credidit. COD. Iust. 2,14 (15),1,1 qui huiusmodi dolo scientes -ent. *seq. acc. c. inf.*: IVLIAN. Aug. c. Iul. 5,7,27 si -vero invictum esse libidinis malum. *seq.* ut: OROS. hist. 4 praef. 6 non tamen -o ut etiam asserant (*syn.* concedo, ut). 5,1,2 sed -o, ut ... videatur.

part. adi. **cōnīvēns,** -tis. PANEG. 10,9 vota hominum -enti patientia fatigabas. AMBR. in psalm. 118 serm. 1,11 ita et tu primo averteris -enti magis dissimulatione quam refragatione praerupta. MACR. somn. 2,15,18 in exercitio argutiarum talium -entem sibi operam sponte lusisse. CLAVD. MAM. anim. p. 75,18 -entium (convenientium *pars codd.*) elementorum harmonia turbata. p. 124,23 valde consentanea nostrisque oppido -entia (convenientia *pauci codd.*) pronuntiari. p. 149,13 suntne haec omnia genti mortalium vel -entia (convenientia *pauci codd.*) usui vel iucunda spectamini? CONC. Cabil. a. 639 p. 209,7 una conspiratione et -bente animo sentiente.

coniuga, -ae *f. cf.* coniux *et gr.* ἡ σύζυγος. GLOSS. IV 435,20 -a conivulus conparticeps (*dub.*) APVL. met. 6,4 magni Iovis germana et -a. 8,22 servus ... habens ex eodem famulitio conservam -am. 9,14 pessimam ... sortitus -am. CARM. epigr. 112,2 (*Africa*) ex Germana -a. 1559,1 (*Roma*) Bassa vatis quae Laberi -a ... quiescit. INSCR. christ. Rossi I 17 (*a. 291*) -a innocentissima Cervonia Silvana. MART. CAP. 1,4 Ope -a. *cf. p. 322, 73.*

coniugābilis, -e *a* coniugare. CHALC. comm. 17 natura eius (*sc. continui competentis*) -is est et adunatrix distantium limitum.

coniugālis, -e [*a* coniux. *Th.*]. *scribitur* coiug- CORP. VI 9275 *v. p. 322, 48.* GLOSS. ὁμόζυγος, γαμικός, συναπτικός. coniugale γαμήλιον. *habent singulis locis*: VARRO PHAEDR. COLVM. PLIN. nat. QVINT.; *ternis*: VAL. MAX. SEN. trag. TAC.; *inde ab* APVL. *saepius legitur.*

1 *ad coniugium, nuptias, matrimonium pertinens*: VARRO frg. Non. p. 528 (*cf.* SERV. Aen. 9,4) dis -bus Pilumino et Picumino in aedibus lectus sternebatur (SEN. Med. 1 di -es tuque genialis torī custos. Thy. 1103 QVINT. decl. 347 p. 368,3 PS. QVINT. decl. 18,5 TAC. Germ. 18. AVG. civ. 4,34 sine diis -bus coniugati. INSCR. numm. Cohen III^{2} p. 383 n. 13 [*ara*] dis -bus). VAL. MAX. 2,9,2 sacra. 4,6 tit. de amore -i (TAC. ann. 11,4 LACT. epit. 33,4 HIL in Matth. 14,7. VICT. VIT. 3,26 ubi sunt foedera -is amoris? ubi societatis vincula?). PHAEDR. app. 14,10 -em praebet Hymenaeus facem. SEN. Tro. 890 o -e tempus. PLIN. nat. 15,123 *myrtum* (*cf. p. 326, 57*). PS. QVINT. decl. 19,7 nec adeo -i societate cuncta miscentur, ut. TAC. ann. 11,27 noctem actam licentia -i (GAVDENT. serm. 8 *viro et feminae* licentiam tribuerit -em *Christus*. SACR. Leon. p. 447). CARM. epigr. 141,5 (*Numidia*) iugumque -em pudicum ... marito exhibui (ZENO 1,6,8 sanctissimo -i iugo ... subeuntes *componit patientia*. 1,15,6). TERT. adv. Marc. 3,9 non ex semine -i et tamen carnem *Adam*. PERVIG. Ven. 82 quisque tutus quo tenetur -i foedere (ARNOB. nat. 4,20 -a foedera. LACT. epit. 61,8 -is foederis vinculum). IVL. VAL. 1,15 ritibus. ARNOB. nat. 2,8 -a copulatis consortia (FIRM. err. 7,1 -e consortium. 9,2. VICT. VIT. 1,30 -i consortio sociare. ENNOD. dict. 15 p. 471,1). 4,25 -a secreta. LACT. inst. 3,21,5 ubi est igitur virtus castitatis? ubi fides -is? (VAL. CEM. hom. 20,8). HIL. c. Const. 13 colloquium et sermocinatio et coniunctio -is verbi. PS. HIL. libell. 19 iuxta coniunctionem -em continentes. ZENO 2,8,2 Mariae superbus emicat venter, non munere -i, sed fide. AMBR. vid. 1,1 -a oblectamenta (*ibid.* coniugii). hex. 5,7,18 amplexus (HIER. tract. p. 410,1 complexus). HIER. epist. 48,9 officium (75,2. 108,4. 123,11 adv. Iovin. 1,26). 69,10 vinculum (VVLG. Ruth 1,12 confecta sum nec apta vinculo -i [τοῦ μὴ εἶναι ἀνδρί]. PELAG. in I Cor. 7 p. 737^{D} PAVL. NOL. epist. 25,7. AVG. civ. 1,9 -bus vinculis inretiti. 14,22 de vinculo -i quo invicem sibi uterque sexus obstringitur. gen. ad litt. 9,7 p. 275,27 CASSIAN. conl. 21,1,1. CANON. Migne 56, 448^{A} vinculum -e dissolvere. GREG. TVR. Mart. 3,54). HIER. epist. 69,5 -es tabulae et iura dotalia. RVFIN. epist. Clement. 7 -i lege. PRVD. psych. praef. 11 nec ante prolem -em gignere deo placentem. AVG. civ. 1,9 vitam ducentes -em (14,16). 1,27 tori -is fidem (SACR. Leon. p. 447 -is tori iussa consortia. POMER. 2,3,2). 14,16 concubitus (14,8). 14,22 de copula -i a deo primitus instituta (21,26 ALC. AVIT. epist. 4 p. 30,30. ENNOD. epist. 9,1 p. 228,12 -is copulae vitans remedium. PASS. Thom. p. 128,25). civ. 16,38 -i iure servato (epist. 127,9). de bono -i *scripsit* AVG. *cf.* gen. ad litt. 9,7 p. 276,7. PAVL. MED. bened. 1,4 nulla mensura -i libidinem cohibuisti. CANON. Migne 56, 448^{A} quod nullus in -i gradu positus spem habeat apud deum. VAL. CEM. hom. 17,6 -es thalamos. SALV. eccl. 2,14 coniugium sine opere -i (FVLG. RVSP. fid. 83 -e opus appetere). ENNOD. dict. 24 p. 499,16 -is iura sacramenti. CASSIOD. var. 2,11,1 -is affectus (CORP. VI 29580,7 [*christ.?*] quam adfectioni -i tam industria morum suorum. INSCR. christ. Leblant I 391 [*a. 496*] qui vixer⟨unt in coniu⟩gali adfectu et carita⟨te⟩). *nota*: CORP. VI 9275 coiugi coiugali castae. 11794 coniugi dulci fideli piae -i.

2 *ad coniugem* (*maritum, uxorem*) *pertinens*: VAL. MAX. 2,1,4 ne cupiditatem quidem liberorum -i fidei praeponi debuisse (IVL. VAL. 1,4 ne quid omnino -i fidei deesset apud eum maritum qui). COLVM. 8,2,11 -em gregem *gallinacei*. APVL. met. 5,6 amplexus. 5,8 -e praeceptum. 5,28 non nuptiae -es, non amicitiae sociales, non liberum caritates. 8,3 furatrinae -is (*i. adulterii*) FIRM. math. 3,6,9 se -bus affectibus copulare (ZENO 1,10,1). DON. Ter. Hec. 361 -is dolor (*i. mariti*). GAVDENT. serm. praef. p. 838^{C} inter intestinos dolores opprobrii -is (*i. uxoris*). serm. 1 abstineat se ab usu -i. SERV. Aen. 3,324 non cum fiducia -i (*i. uxoris, opp.* captivae) ascendit. AMBR. Abr. 1,2,9 erat iusto viro cura -is pudicitiae (*i. uxoris*. HEGES. 2,4 castimonia. 5,16 l. 17 AVG. civ. 1,28. 15,16. 26. serm. ed. Mai 57,1 castitas. VAL. CEM. hom. 20,8 pudor. CORP. VIII 78 exemplum sanctimoniae -is). HEGES. 1,37,5 propter -is formae appetentiam. 1,37,7 redderet se -i (*i. mariti*) gratiae (ENNOD. epist. 8,29 p. 218,25 affectum -is gratiae. *cf.* CARM. epigr. 111,48 *a. 384* pietate matris, -i gratia). PS. AVG. serm. 1,6 o affectus uxoris, o malagma -is. EVGRAPH. Ter. Ad. 28 *uxor* animo -i de marito suspicatur quod alteram amet (ENNOD. dict. 15 p. 470,6 ubinam gentium fuit animus -is diligentiae? ubi maritalis sacramentum copulae?). SIDON. carm. 9,105 ut transmarina in fluctus cadat unda *Alphei* -es (*sc. Arethusae*). 23,297 *Andromeda* vindicata ... harpe -i. FVLG. RVSP. fid. 43 etsi fuerit aliquis -is excessus (*i. coniugum*). CASSIOD. var. 4,1,1 dulcedinem suavissimam -em. CORP. VIII 1757 Valeria coniuga(li?) fide ministra.

subst. **coniugālis,** -is. *masc.*: ITALA Phil. 4,3 (Theod. Mops. *ad l.*) -is affectiose (γνήσιε σύνζυγε, VVLG. germane compar). AVG. gen. c. Manich. 2,16 ut quisque huic sŭae parti recte dominetur, ut fiat quasi -is in se ipso, ut caro non concupiscat adversus spiritum. *fem.*: PAPYR. Amherst. 2,26 *saec. III/IV* luppa enim eum -is interrogabat (*Babr. 16,8* λύκαινα δ' αὐτὸν ἡ σύννεννος ἠρώτα). *pluralis* coniugālēs, -ium *m.*: TERT. adv. Val. 8 alios ebulliunt fetus, proinde -es per copulam utriusque naturae. PS. CYPR. singul. cler. 32 ecce sancta dilectio quae -bus ... inducit absentiam. OPTAT. 6,4 p. 149,20 -es christiani. FVLG. RVSP. ad Monim. 2,13.

adv. **coniugāliter.** IVL. VAL. 1,4 agebat Philippus cum mu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liere -r. AVG. epist. 157, 39 dicentes eis nihil prodesse quod pudice, quamvis -r vivunt. c. Iul. 5, 10, 41 non adulteria committendo, sed -r bene utendo malo libidinis.

coniugālitās, -ātis *f. a* coniugalis. *i. q. matrimonium*: PS. CYPR. singul. cler. 14 ut et ipsa -s ignoretur. 32 ecce vera dilectio quae in -e dividit, ut in castitate coniungat. *ibid. saepius.*

***coniugātio,** -ōnis *f. a* coniugare. GLOSS. II 109, 44 *συνζυγία ἐπὶ ῥήματος τεχνικοῦ.* *formatum a* CIC. *ad gr. συζυγία.*

coniunctio, copulatio: **1** *generatim*: APVL. flor. 18 p. 85 ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam vel parva querimonia -e quadam mellis et fellis. TERT. adv. Val. 7 ex -bus masculorum et feminarum. PS. TERT. haer. 4 syzygias, id est -es *Aeonum* (IREN. 1, 1, 1 *al.*). SOL. 26, 3 *ursi* apti amplexibus mutuis velut humanis -bus copulantur. IVL. VAL. 1, 23 dei cum matre -o. ARNOB. nat. 2, 16 et nos corporum -bus nascimur. 5, 21 patrem cum filia comminus uxoria -e misceri. CHALC. transl. p. 31ᴬ nec esset unum et simplex initium cuncta continens sed -o copulata. p. 35ᴬ quod *naturae genus* medium locavit inter individuum et item -e corporea dividuam substantiam (*Plato κατὰ τὰ σώματα*, CIC. Tim. 21 in corpore). comm. 225. 235 ex translativis motibus quaedam est praecedendi -o. QVEROL. p. 40, 6 inter servos et ancillas una -o est. AMBROSIAST. in I Cor. 7, 26 *virginitas* necessitates temporis nescit quas patitur -o (*i. matrimonium*). AVG. serm. 90, 6 sponsi et sponsae. RVFIN. hist. 4, 11, 5 spiritales nuptias . . . ad instar videlicet supernarum -um (*τῶν ἄνω συζυγιῶν*). CASSIAN. conl. 5, 10, 5 *vitia* specialius in quattuor -es et copulas dividuntur. 14, 16, 9 virtutum. ALC. AVIT. epist. 18 p. 49, 31 non licitae -is tricennale consortium. GREG. TVR. Franc. 5, 13 Brunichildis.

2 *technice: apud rhętores in conclusione*: CIC. top. 12 haec verborum (*sc. quae orta ab uno varie commutantur*) -o *συζυγία* dicitur, ex qua huiusmodi est argumentum. 38 cuius est primus locus ex -e (coniunctione *plerique codd.*) quam *συζυγίαν* vocant (MART. CAP. 5, 559 *v. p. 326, 19*). PS. APVL. herm. p. 271 -o autem propositionum dicatur ipsa conexio earum per aliam communem particulam, qua inter se copulantur *eqs.* p. 273 nunc tradendum est quibus modis et -bus fiant intra certum numerum praedicativi generis verae conclusiones; quippe in prima formula (*i. σχῆμα*) novem soli moduli, sex autem -es reperiuntur *eqs.* *apud grammaticos de declinatione verborum*: CHAR. gramm. I 164, 15 verba accidunt qualitas genus . . . -o (DIOM. gramm. I 334, 12). COMINIAN. Char. gramm. I 175, 30 -es quas Graeci *συζυγίας* appellant, sunt apud nos tres *eqs.* CHAR. gramm. I 252, 30 ex quacunque autem -e ortum fuerit verbum inchativum, in tertia declinabitur -e. 255, 26 DIOM. gramm. I 344, 24. 346, 26 *sqq.* EXC. Bob. gramm. I 563, 6 verborum ordines sive -es. PRISC. *passim cf. ind. s. v.* gramm. III 567. *nota* II 442, 24 -o autem nominatur vel propter coniugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleraeque apud Graecos -es regulam sumunt, vel quod una eademque ratione declinationis plurima coniungantur verba, quod magis ad Latinorum nominationem aptius est (*cf.* AVG. gramm. V 511, 41 ISID. orig. 1, 9, 6). CONSENT. gramm. V 380, 29 -o est collectio quaedam, quam Graeci *σύστημα* appellant, verborum simili declinatione currentium *et passim apud grammaticos.* PORPH. Hor. carm. 3, 12, 1 tertiae -is hoc verbum (*lavere*) apud veteres erat (*aliis locis* declinatio). DON. Ter. Ad. 534. Eun. 805 *scibis* dicitur per productionem tertiae -is. SERV. Aen. 1, 451. 3, 56 hoc verbum (*potitur*) de his est quae permiscent -es. MART. CAP. 3, 283 *sqq.* [*dubium* FEST. p. 162 'nec' -em grammatici fere dicunt esse disiunctivam, *sed* PAVL. FEST. coniunctionem.] *apud metricos de compositione metrorum*: IVBA Prisc. gramm. III 420, 9 in secundo et quarto et sexto loco iambus non recipit nisi a brevi incipientes, quia in his locis feriuntur per -em pedestrem metrorum. PRISC. gramm. III 429, 2 comicum epionicum spondeos paribus locis habens iambicarum *συζυγιῶν*, id est -um. MAR. VICTORIN. gramm. VI 49, 30 *sqq.* 53, 19. 61, 26 *sqq.* 93, 17 *gr. ἐπίζευξις.* ATIL. gramm. VI 281, 1 cum unus pes simplex bis positus compositum pedem fecerit, graece *συζυγία*, latine -o dicitur. 290, 8 *hoc genus* ordinem pedum naturalem ac solitum amittit et immutatis pedum -bus copulatur. *apud mathematicos de serie numerorum*: BOETH. arithm. 1, 27 p. 55, 15 si talis -o *numerorum* misceatur. *apud astronomos de stellarum iunctione*: CHALC. comm. 124 duplex est -o, altera per cathetum, altera per diametrum *eqs.*

coniugātor, -ōris *m. a* coniugare. CATVLL. 61, 45 dux bonae Veneris, boni coniugator amoris *Hymenaeus.*

coniugiālis, -e *a* coniugium. OV. met. 5, 3 nec -a festa qui canat, est clamor. 6, 536 *nec te movere* nec mea virginitas nec -a (coniugalia *plerique codd.*) iura. 11, 743 nec -e solutum foedus in alitibus. STAT. Theb. 12, 158 rapiet *Creon* fortasse precantes *matronas* . . . nec -a (*i. maritorum*) supra funera, sed caris longe mactabit ab umbris.

coniugis consociatus GLOSS. V 447, 29.

***coniugium,** -iī *n.* [*cf. c.* coniugare, coniux. *Th.*]. *apud poetas gen. sing.* coniugii: PROP. 3, 11, 31 (*v. p. 324, 32*). OV. epist. 2, 34. 7, 178 *al.* coniugi: SEN. Ag. 155 Med. 481. coiugio: CORP. X 3304. XI 6428 INSCR. christ. Rossi I 45 (*a. 336*). coniugius *v. p. 325, 48.* ISID. orig. 9, 7, 20 -m est legitimarum personarum inter se coeundi et copulandi nuptiae: -m dictum quia coniuncti sunt, vel a iugo quo in nuptiis copulantur, ne resolvi aut separari possint (*cf.* AMBR. virginit. 6, 33 inst. virg. 6, 41). GLOSS. *συμβίωσις, συνζυγία, γάμος, συναφή, συνοικέσιον ἀνδρὸς καὶ γυναικός.* matrimonium. GLOSS. II 109, 43 coniugium et conubium *συνζυγία ἐπὶ γάμον, συμβίωσις.* DIFF. ed. Beck p. 47, 39 -m est etiam inter servos, conubium inter gentes, matrimonium inter cives. *legitur inde a* TER. *et* ACC. *plur. poet.*: VERG. Aen. 7, 555 VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 SEN. Med. 144 Herc. f. 501 Tro. 59 VAL. FL. 8, 393 *al.* [*corrupt.* FIRM. math. 1 prooem. 4 *v.* confligium].

1 *matrimonium, nuptiae*: **a** *proprie*: *de hominibus*: TER. Andr. 561 consuetudine et -o liberali devinctum. CIC. nat. deor. 2, 70 *deorum* -a, cognationes (AETNA 88 norunt *poetae* bella deum, norunt abscondita nobis -a). Tusc. 5, 5 tu *homines* inter se primo domiciliis, deinde -is . . . iunxisti. fin. 4, 17 ut -a virorum et uxorum natura coniuncta esse dicerent (VAL. MAX. 2, 6, 15 honesta tam inhonesto vinculo -a iuncturae *matronae*). 5, 65 tota domus -o et stirpe coniungitur. off. 1, 54. Att. 6, 8, 1 de -o Tulliae meae. CATVLL. 66, 28 regium adepta's -um. 89, 90 nascatur magus ex Gelli matrisque nefando -o. PVBLIL. P 32 perenne -um animus non corpus facit. CARM. Suet. gramm. 18 -o hanc petere (*sc. Smyrnam*). NEP. Cim. 1, 3 huius -ii cupidus. VERG. Aen. 3, 475 -o, Anchisa, Veneris dignate superbo. 4, 48 quae surgere regna *cernes* -o tali (TAC. ann. 4, 40 quid si intendatur certamen belli tali -o? SVET. Claud. 26 dandam . . . veniam talium -orum). Aen. 4, 172 -um vocat *Dido furtivum amorem.* 4, 431 non iam -um antiquum quod prodidit oro. 7, 555 talia -a et talis celebrent hymenaeos (SIL. 17, 79 longe -a ac longe Tyrios hymenaeos inter Dardanias acies fore). CIRIS 73 ipse pater . . . -um castae violaverat Amphitrites. LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 50 *ut* alteriu⟨s c⟩oniugio parares fecunditat⟨em⟩. 2, 51. TIB. 2, 2, 18 flavaque -o vincula portet Amor. LYGD. 4, 74 si ferre recusas immitem dominam -umque ferum. 4, 79 hoc tibi -um promittit Delius ipse. PROP. 2, 9, 5 -um falsa poterat differre Minerva *Penelope.* 3, 11, 31 -ii (*Passerutius,* coniugis *codd.*) obsceni pretium. 4, 11, 11 -m Pauli. OV. epist. 2, 34 -ii sponsor et obses (15, 116). 6, 163 -o fraudata. 7, 178 pro spe -ii tempora parva peto (15, 100 -ii spes est . . . facta tui. TAC. ann. 4, 3). 9, 150. 13, 160 perque pares animi -iique faces. 15, 171 non ego -um generosae degener opto. 19, 7 -um pactamque fidem . . . posco. 20, 45 -ii tempus (VAL. FL. 8, 227). 20, 111 nomine -ii dicto. 20, 139. met. 2, 804 fortunatumque sororis -um. 7, 69. 9, 722. 10, 295 -o quod fecit adest dea. 10, 613 -um petere hoc (VAL. MAX. 8, 2, 3 expetisse. IVV. 10, 352 -um petimus partumque uxoris). 10, 621 -m crudele meum est. 10, 634 *nisi* mihi -um fata importuna negarent. 11, 298. 14, 298 -ii dotem sociorum corpora poscit. fast. 5, 528 -o sola fruere meo. 6, 587 -o . . . peracto. Ib. 529. Pont. 4, 11, 22 -o felix iam potes esse novo. MANIL. 2, 839 -a atque epulas. 3, 120. PAVL. FEST. p. 63 initio -ii solutio erat cinguli. p. 170. 353. VAL. MAX. 4, 3, 3 convictum socrūs pro -o habuit. 7, 2 ext. 1 splendidis -iis inicis manus. 7, 7, 4. SEN. Ag. 80 -ii sacrata fides. 245 Agamemnonis fidele -m. Herc. f. 497. 501. Herc. O. 453 artibus magicis fere -a nuptae . . . ligant. Med. 144 -a solvit (IVV. 9, 80). 481 -i testes mei. Tro. 90 cui -o pectora velas. COLVM. 12 praef. 1 maritale -um sic comparatum esse natura. PLIN. nat. 15, 122 *myrtum* coniugulam, fortassis a -iis. VAL. FL. 1, 523 natae. 2, 173 dira precantur -a et Stygias infanda ad foedera taedas. 3, 535 quem tibi -o . . . dicavi. 8, 206. 279. 300 -o atque iterum sponsae flammatus amore. SIL. 6, 448. QVINT. decl. 291 p. 161, 22. PS. QVINT. decl. 18, 3 rudem -ii mentem (*cf. p. 325, 10*). IVV. 11, 29. TAC. ann. 2, 86 in eodem -o manebat. 3, 25. 3, 34 vix praesenti custodia manere inlaesa -a (*opp.* discidium). 6, 20 -o accepit. 11, 34. 13, 19. 14, 1 redderetur ipsa Othonis -o. 14, 27 nec -iis suscipiendis neque alendis liberis sueti. 15, 37 nisi uni . . . in modum sollemniorum -orum denupsisset *Nero.* SVET. Aug. 99 (*verba Augusti*) nostri -ii memor. APVL. apol. 92 TERT. pudic. 16. monog. 4 perseveravit unio -ii in auctoribus generis. castit. 6 concubinis -a miscuerunt *patriarchae.* PANEG. 9, 4 pudicitia soli dicata -o. LACT. inst. 1, 10, 9 in -um sibi vindicavit. HIL. in Matth. 7, 6 nos quadam sibi -ii societate coniungit (10, 23 quodam -ii sibi iure distringit). myst. p. 5, 27 in sanctificandis per -a fidelium infidelibus. p. 5, 30 unius fidelis societas prodesset per -um infideli. GAVDENT. serm. p. 896ᴬ repudiata Iudaeorum plebe nostra ex gentibus sumitur in -um plebs (*in imagine*). FILASTR. 108, 7 deos deasque transformatos nefanda -a commisisse. AVIEN. carm. ad Nort. 6 -o laetus Placidae. AVSON. 161, 5 -ii fides. 208, 6 natam -o attribuit *tibi.* 209, 5 illic -m natique *erant Sedato.* 219, 4 -ii vindex, ultor adulterii *Menelaus.* 319, 37 -m concors. AMM. 28, 1, 14 Hispanillae affectasse -um. SERV. Aen. 3, 139 *opp.* divortia. HYG. fab. 35 p. 67, 6 cum Iolen . . . in -um petisset. 42 p. 70, 14 *Ariadnen* in -o secum habiturus avexit. 43 p. 70, 22 Phaedram duxit in -um (186 p. 118, 23 duxit -o Melanippen). 92 p. 88, 7 in -um dare (VVLG. gen. 30, 4). *talia saepissime.* AMBR. epist. 19, 34 alienigenarum consortia refugienda, ne pro caritate -ii proditionis insidiae succedant *al.* RVFIN. hist. 4, 17, 3 repudiare iura -ii (*συζυγία. syn.* consortium). HIER. epist. 41, 3 scelerata -a iterata (*syn.* secundae nuptiae). 123, 5 secunda -a. VVLG. gen. 26, 7 quod sibi esset sociata -o. deut. 7, 3 neque sociabis cum eis -a. AVG. civ. 15, 16 fraterna -a (*i. inter sororem et fratrem*). 16, 36 cum continentia -o praeferatur. SVLP. SEV. chron. 2, 12, 5 cum . . . puella regis -o quaere-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

retur. BACHIAR. repar. laps. 10 ut illa vel ille qui criminis peccatique consortes sunt, veluti in matrimonio -oque iungantur. ZACCH. 2,9 habere in -o conventuque plures. MAX. epist. p. 2 in plures toros transmissa -a. CORP. VI 35469 uno coniug(io) vixer(unt) ann. L. XIV 1262 vixit in -o annis *tot. talia saepe in* INSCR. CORP. X 5815 vixit in -um. 7643 vita et -o amantes et unanimitate pares.
nota: TAC. ann. 12,6 nova nobis in fratrum filias -a. *de bestiis*: VERG. georg. 3,275 sine ullis -iis vento gravidae *equae*. PROP. 2,15,28 columbae, masculus et totum femina -um (*cf.* PLIN. nat. 10,104 *columbae* -ii fidem non violant). OV. fast. 4,336 *iuvencam* operum -iique rudem. SEN. Phaedr. 341 si -o timuere suo, poscunt timidi proelia cervi. PLIN. nat. 11,84 (*de araneis*) paria fieri merita -o (*dat.*). HIER. epist. 123,12 quia alterum *animalium* fetibus et -o, alterum (*sc. mas*) sacrificio praeparatum est. RVFIN. symb. 11 apes certe nescire -a. AVG. civ. 19,12 quis milvus ... non -um copulat, nidum congerit.

b *metonymice de ipsis coniugibus*: *i. q. uxor*: ACC. trag. 500 -um Pisis petere. VERG. Aen. 3,296 *Helenum* -o Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum. 7,423 rex tibi -m et quaesitas sanguine dotes abnegat. 7,433 dare -um. 11,270 *ut* -um optatum ... *viderem*. PROP. 4,11,87 -um ... ferte paternum (*i. novercam*). SEN. Tro. 59 hic Hectoris -a despondet sibi. LVCAN. 5,725 seponere tutum -ii decrevit onus Lesboque remotam *Corneliam* occulere. VAL. FL. 8,393 an vero *se secutos esse* ut thalamis raptisque indulgeat unus (*sc. Iason*) -iis. IVV. 8,219 nec Electrae iugulo se polluit aut Spartani sanguine -ii *Orestes*. ITALA I Cor. 7,33 (Tert. pudic. 16) quomodo *nupti* placeant -o (*γυναικί*, VVLG. uxori). ANTH. 224 tit. de electione -ii (*i. uxoris*). AVSON. 364,13 -a et nati cum patribus ... serunt. DICT. 5,14 amorem -ii ... retinens. AMM. 22,8,41 -iis potiti dominorum et rebus (OROS. hist. 4,5,5 patrimonia -aque dominorum usurpant). AMBR. Iac. 2,5,24 duorum vir -orum. HEGES. 1,32,6 non -ii aut prolis caritas. HIER. epist. 22,21 quo mihi superbissimo regi servitura -a? 69,5 (*syn.* uxores). COD. Theod. 7,1,3 (*a. 349*) -a liberos servos. 16,2,14,4 (*a. 357*). CARM. epigr. 1347B,30 (*ante a. 395*) auxilium soboli -oque feras, *Christe*. SVLP. SEV. chron. 1,40,4 ex alienigenis -a sumpsisset. PROSP. in psalm. 127,3 CASSIOD. var. 4,43,1 GREG. TVR. Mart. 2,24.
nota: CARM. epigr. 1192,1 (*saec. II*) debita -o Apelles pia carmina scribit, quam rapuit mors. *i. q. maritus*: CATVLL. 68,84 abrupto vivere -o. 68,107 *Laodamiae* ereptum est vita dulcius atque anima -m (CARM. epigr. 598,3 *saec. III ex.* -o ereptam Firma⟨m⟩). VERG. Aen. 2,579 *Helena* -umque domumque patres natosque videbit. PROP. 3,13,20 *viduae* certamen habent leti, quae viva sequatur -um. SEN. Ag. 155 -i nomen sacrum. Tro. 874 tale -um tibi ... non Priamus daret. SOL. 1,59 aliae *mulierum* mutatis -iis exuunt sterilitatem. LAMPR. Heliog. 4,3 matrona consularis -ii ornamentis donata. DICT. 6,3 spreto priore -o. HYG. fab. 1 p. 38,8 quod se Ino -o privasset (36 p. 67,12). *de utroque coniuge*: CARM. laud. dom. 10 -um memini summa pietate fideque. AMM. 17,7,4 *clamores* quaeritantium -um liberosque. CARM. epigr. 595,1 coniugiu⟨s⟩ hic ille iacet castissim(a)e fam(a)e, quibus non in se licuit ... viverent. AVG. civ. 4,10 ut singula deorum -a dividerentur singulis elementis. 14,10 primus homo vel primi homines — duorum erat quippe -m. c. Iul. 6,18,55 pudica -a. c. Pelag. 1,16,33. c. Adim. 11 proprie inter -a zelotypia dici solet. VICT. VIT. 1,25 ut et -a foederata manerent. *cf.* DRAC. laud. dei 1,365 -um se quisque vocet (*sc. tam vir quam femina*).
nota de bestiis: PLIN. nat. 8,86 -a ferme vagantur *serpentes* (9,20 *delphini*). 10,31 parvis in vicis non plus bina -a sunt *corvorum*.

c *i. q. conubium*: INST. Iust. 3,1,2a cum qua poterat habere -um (*ex* COD. Iust. 5,27,11, *ubi* conubium). *cf.* CIC. de orat. 1,37 Sabinorum conubia (coniugia *M*) coniunxisse.

2 *societas, coniunctio*: LVCR. 3,845 comptu -oque corporis atque animae consistimus uniter apti (*opp.* discidium. CHALC. comm. 33 rationem animae corporisque -ii). CARM. epigr. 68,6 (= Corp. I 1019. VI 30105) parí -o (*i. amore, concordia*), virtute, summa industria vixsí. VAL. MAX. 6,2 ext. 3 inter has *feminas* et Theodorum Cyreneum quasi animosi spiritus -m esse potuit (*i. similitudo*), virtute par, felicitate dissimile. CYPR. GALL. gen. 407 *Loth et Abram* -um iunxere sibi. ARNOB. in psalm. 72 p. 428D a veritatis -o se falsitati commiscet.

coniugius *v. supra l. 48.*

coniuglae *ζευκτῆρες* GLOSS. III 443,30. [*hisp.* coyunda. *M.-L.*]

coniugo, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* iugum *derivatum; cf. c.* coniux, iugare. *Th.*]. GLOSS. IV 39,10 coniugatae conexae, coniunctae (39,35). 497,26 nexae vel coniunctae. *legitur apud* CIC. *et inde a* QVINT. [*sard.* cojuare. *M.-L.*]

coniungere, copulare: **1** *generatim*: *aliquid*: SOL. 4,2 *Aristaeum* seiuges usque ad se gentes ad unum morem -asse. *c. dat.*: ARNOB. nat. 2,28 *animae* hominibus -atae. AVG. c. Iul. op. imperf. 6,14 carnem moderatioris animae arbitrio -andam. *c. praep.* cum: ARNOB. nat. 3,13 purpurei sanguinis venas cum arteriis spiritalibus -atas. PRISC. gramm. III 161,20 quoscumque casus cum genetivis possessive prolatis. *i. q. coniungendo efficere aliquid*: CIC. off. 1,58 amicitia quam similitudo morum -vit. BOETH. arithm. 2,3 p. 85,5 si quincuplus cum sesquiquinto *se adglomeret*, mox sescupli proportio -bitur.

2 *speciatim i. q. matrimonio iungere*: APVL. met. 5,26 ego vero sororem tuam iam mihi ... nuptiis -bo (IVL. VAL. 1,13 matrem aliis regalibus nuptiis). ITIN. Alex. 44 virginem filiam Roxanen sibi -at (coniungat *cod.*). IVL. VAL. 3,58 *Cratero* Philippi filiam -ari. ARNOB. nat. 5,29 *feminas* vobis matrimonio -atas. AVG. civ. 4,21 diis nuptialibus *commendare* ut bene -rentur. 4,34 sine diis coniugalibus -ati. 16,34 post obitum coniugis iterum -ari. conf. 8,1,2 nec me prohibebat apostolus -ari. epist. 130,11 alius vult -ari. 220,5. 245,1. c. Iul. 3,7,16 gignendi gratia -ati. 4,2,9. SIDON. epist. 9,6,3 uxori. EVANG. de nativ. Mar. 7,4 cunctos de domo et familia David nuptui habiles non -atos.

part. adi. **coniugātus,** -a, -um. **1** *t. t. rhetorum, συνεζευγμένος*: CIC. top. 11 nam alia *argumenta* -a appellamus. 12 -a dicuntur quae sunt ex verbis generis eiusdem. 71 cum profectus sis a definitione ..., a -is (*cf.* MAR. VICTORIN. defin. p. 31,31. 32,6). QVINT. inst. 5,10,85 nisi eo Cicero uteretur, quod -um vocant. FORTVN. rhet. 2,24 p. 116 sunt et alii *loci argumentorum*, quos apud varios auctores artium invenimus, *ἀπὸ τῆς συζυγίας*, id est a coniunctione sive -is (MART. CAP. 5,559 sunt alii loci *ἀπὸ τῆς συζυγίας* id est a coniugatione sive a -is, quod quasi iunctum est personae qualitati). DON. Ter. Ad. 57. 127 a -is argumentatio. MART. CAP. 5,474 et sunt *argumenta* numero tredecim: a -is, a genere..., apparet in omnibus relativam inesse rationem, nam -um alterum alteri nominatur. 5,484. *t. t. grammaticorum*: CIC. top. 38 quia -a (*Friedrich*, iugata *trad.*) verba essent 'pluvia' et 'pluendo'. CASSIOD. art. 3 p. 1187B. 1191A -a dicuntur, cum declinatur a nomine et fit verbum. BOETH. diff. top. 2 p. 1192B. PRISC. gramm. II 442,24 'coniugatio' autem nominatur vel propter -as consonantes, hoc est cognatas. III 198,11 -a pronomina quae *σύζυγα* Aristarchus vocat (*sc. mei, tui, sui etc.*). *cf.* 198,19 *sqq.* 199,11 in personarum discretione -arum hoc fieri. *t. t. mathematicorum*: BOETH. arithm. 2,23 p. 108,4 qui ultimus est -orum numerorum. **2** *i. q. matrimonio iunctus*: FVLG. aet. mund. p. 145,15 fratri iam -o. AVG. gen. ad litt. 10,18 p. 320,8 sancti patres -i. conf. 6,12,21. 6,13,23. civ. 5,6 ille -us, illa virgo sacra est. 15,15. 16,36 melior est tamen homo fidelis -us quam continens infidelis. epist. 130,29 una -a ..., alia vidua (serm. ed. Mai 116,4 aut virgo aut vidua aut -a). 262,7 *alia causa* viri et uxoris, ubi mulierem -am non licet dicere. c. Iul. 6,14,42 *concupiscentia* pudicus bene utitur -us. PS. AVG. serm 228,3 mulier -a, ... casta et humilis -a (*opp.* virgo superba). ENNOD. epist. 9,31 p. 255,12 habeas ... frugem et dulcedinem -i. *plur.*

coniugātī, -ōrum *m. i. q. coniugales*: PS. AMBR. prec. 2,13 pro -is, ut ... sibi invicem carnis debitum solvant. AVG. civ. 6,9. 14,21 benedictio nuptiarum, ut -i crescerent (c. Iul. op. imperf. 6,17 -orum ex illa veraci dei benedictione fecunditas). epist. 127,9. 194,32 infans de fidelibus -is ortus (262,9. PS. RVFIN. in psalm. 42,3 tabernacula -orum fidelium). AVG. serm. ed. Mai 116,4 de -is aliquis. 134,3 c. Pelag. 3,5,14 c. Iul. 3,24,54. 3,26,66 isto enim *malo concupiscentiae* -i bene utuntur quo continentes melius non utuntur. PS. AVG. serm. 303,7 sunt virgines, sunt viduae, sunt etiam -i. POSSID. vita Aug. 27 dum inter se -i casu iurgarent. LVP. EVPHRON. epist. p. 66B.C ALC. AVIT. epist. 4 p. 31,7 hom. 9,2 p. 120,21. **coniugātae,** -ārum *f. i. q. uxores*: AVG. civ. 4,10 una *Venus* virginum ..., alia -arum, alia meretricum. quaest. hept. 1,129 serm. ed. Mai 116,2.

coniugulus, -a, -um; *cf. c.* coniugalis. CATO agr. 8,2 murtum coniugulum (133,2 *cod.* conivolum), *ex quo* PLIN. nat. 15,122 *myrtum* coniugulam, fortassis a coniugiis (15,123 coniugalem).

coniugus, -a, -um [*cf. c. gr. σύζυγος. Th.*]. PRISC. gramm. III 144,8 coniuga esse personis pronomina (*opp.* inconiugus).

cōnīum, -ī *n.*, *κώνειον*. GLOSS. cicuta. V 447,28 cicuta veneni genus quod philosophus bibit. AMBR. hex. 3,9,38 -m, quod inter alimenta vitae noxium reperias. 3,9,39 -o plerumque furores libidinum marcuerunt. DIOSC. 1,61 qui chonium vel venenum ... sumpserit. 3,23 bibentibus coniu. 4,75 de [a] conion. conion hastas habet nodosas *etc.* (PLIN. nat. 25,151 cicuta). *L.*

coniuncta, -ae *v. sub* coniungo *p. 337,12.*

coniunctē *v. sub* coniungo *p. 337,71.*

***coniunctim** *adv. i. q.* coniuncte. *in versione graeca*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357A *κονιούνκτιμ συνημμένως*. S. C. Cic. epist. 8,8,5 neve quid -m referetur (*cf.* CAEL. Cic. epist. 8,9,5). CAES. Gall. 6,19,2 huius omnis pecuniae -m ratio habetur. LIV. 6,40,9 ut rogationes ... -m accipiatis. CYPR. GALL. exod. 296 -m (-um *A*) necant omnes. CARM. de fig. 40 haec duo -m faciunt. PROSP. c. coll. 19 ea quae ostendimus non congruere catholicae veritati breviter -mque digerere. *apud grammaticos*: SERV. gramm. IV 442,22 si ... volueris ut -m cohaereat *adverbio praepositio*. MART. CAP. 5,561 *quaestiones* ut aut singillatim separatae inducantur aut plures -m. PRISC. gramm. II 56,13 *praeponuntur praepositiones* -m ... per compositionem tam cum habentibus casus quam cum non habentibus *al.* *apud Ictos*: GAIVS inst. 2,199 si duobus pluribusve ... eadem res legata sit sive -m sive disiunctim. VLP. dig. 7,2,1 pr. si -m sit usus fructus relictus. COD. Iust. 6,37,23,2 si -m an separatim eis relinquatur *ager*. IAVOL. dig. 28,5,64 heredes ... utrum -m

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

an separatim scribantur. VLP. dig. 28, 5, 15 pr. -m eos videri institutos (COD. Iust. 6, 51, 1, 10ª) *et passim.*

×coniunctio, -ōnis *f. a* coniungere. *actus coniungendi, res coniuncta.* GLOSS. *σύνδεσμος* copulatio conbinatio conpago conexio. *verbum a poetis omnino vitatum et raro a scriptoribus vetustioribus usurpatum frequentant* CIC. VITR. GRAMM. ECCL.

I *de coniunctione* ***rerum:*** **a** *corporearum:* CIC. Verr. 5, 117 eorum *portuum* -e pars oppidi ... ponte ... adiungitur et continetur *urbi.* rep. 1, 41 -em tectorum oppidum ... appellaverunt. VITR. 2, 3, 2 *lateres* ab -e eius *tectorii* disparantur. 10, 1, 1 machina est continens e materia -o. PAVL. dig. 32, 92 pr. qui (*agri*) ad -em cuiusque ... fundorum ... optigerint. ITALA iud. 9, 37 (Lugd.) populus descendens ... a -e umbilici terrae (*ἀπὸ τοῦ ἐχόμενα ὀμφαλοῦ*). PS. DAMAS. 64, 1 trina -o mundi. PALLAD. 1, 40, 3 rimas -is obducito. *de humani corporis partibus:* CELS. 5, 26, 23 si *caro* -e corporis fovetur. HIER. epist. 48, 2 digitorum (123, 9). VVLG. Col. 2, 19 caput ex quo totum corpus per nexus et -es (*διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων*) subministratum. PHYSIOGN. 53 inter -em scapularum et cervicis. THEOD. PRISC. log. 112 inter articulorum -es. AVG. civ. 1, 19 -e membrorum. PS. SORAN. quaest. med. 241 ad ... -es recentium vulnerum. *v. p. 330, 49 sqq.* *de sideribus:* CIC. nat. deor. 2, 55 habent ... suam sphaeram stellae ... ab aetheria -e secretam. SEN. nat. 7, 19, 1 per -em cohaerentium *siderum.* HYG. astr. 3, 13 *habet* in dorso anguis *Ophiuchi* ad ipsam corporis -em v *stellas.* 3, 29 *Piscium* -em ... Aratus graece *σύνδεσμον ὑπουράνιον*, Cicero nodum caelestem dicit *al.* FIRM. math. 4 praef. 4 Lunae ... -es (4, 16, 4). *in imagine:* HIL. in Matth. 22, 2 hic filius ... inter legem atque gentes lateris et aedificii utriusque -o. *nota:* IVL. HON. cosmogr. A 22 *Bicornis* ante -em Rhodani vel commixtionem ... nomen aliud accipit. PAVL. FEST. p. 12 'apud' mutuam loci et personae -em demonstrat.

b *incorporearum inter se aut cum corporeis: c. genet.:* CIC. div. in Caec. 61 nullam ... graviorem causam necessitudinis posse reperiri quam -em sortis. Verr. 2, 38 si ... habebit nullam societatem -o secundae dubiaeque fortunae. 2, 97 ut se ... -e criminum liberaret. de orat. 2, 200 ius ... cum seditionis -e. Brut. 1 multorum officiorum -e me privatum videbam. epist. 9, 8, 1 studiorum amorisque. Phil. 8, 20 gratiae. div. 2, 142 quae est continuatio -oque naturae quam ... vocant *συμπάθειαν*? (2, 34; *cf.* SEN. nat. 2, 2, 2 continuatio est partium inter se non intermissa -o). ad Q. fr. 1, 1, 29 potestatis et sapientiae *al.* VARRO ling. 5, 63 -e ignis et humoris. VITR. 1, 1, 12 omnes disciplinas inter se -em rerum et communicationem habere. TERT. anim. 27 -o corporis animaeque (AVG. civ. 19, 4 *al.*). HIL. in Matth. 10, 10 fit inter eos quaedam corporis solique -o. FILASTR. 155, 9 diversae virtutis. AMBROSIAST. in Rom. 7, 25 ut *caro* societate et -e animae non moveretur. VINCENT. LER. 13 illa -o *naturarum in Christo.* CAEL. AVR. chron. 2, 13, 146 figmentorum et fabularum. *absolute:* COLVM. 6 praef. 2 in his tam discordantibus votis est tamen quaedam societas atque -o. HIL. ad Const. 1, 2 dies ... et nox habent aliquam -em. BOETH. arithm. 2, 4 p. 89, 2 *longitudo latitudo altitudo* circa omne corpus inseparabili -e versantur. cum: CIC. nat. deor. 2, 66 quod ei (*aeri*) ... cum eo (*aethere*) summa -o. off. 3, 120 nulla potest esse *voluptati* cum honestate -o. div. 2, 119 mentis ...-e cum externis mentibus. *de musica:* VITR. 5, 4, 5 *sonitus* continent tetrachordi -em. 5, 4, 9 ex -e sonituum. FAV. EVL. 17, 9 symphoniarum ... o. MART. CAP. 9, 947 tertia (*sonorum diversitas*) per -em systematis.

c *technice:* **1** *apud rhetores: de sermone:* RHET. Her. 1, 16, 26 ea *iudicatio* constituetur ex -e firmamenti et rationis defensione. CIC. part. 21 suave ... genus erit dicendi ... -e. RVT. LVP. 1, 2 *συναθροισμός* ... plurium verborum -e fieri potest (1, 11). 1, 9 duorum ... schematum. ALF. dig. 33, 8, 14 in -bus ordinem nullum esse. PAVL. dig. 50, 16, 142 triplici modo -o intellegitur: aut enim re per se -o contingit, aut re et verbis, aut verbis tantum. 50, 16, 29 -em nonnumquam pro disiunctione accipi. FORTVN. rhet. 2, 24 p. 116, 9 *ἀπὸ τῆς συζυγίας* i. e. a -e sive coniugatis *argumentum.* HIL. trin. 3, 14 nec deus verus ab eo (*Christo*) deficit, qui in -e succedit. in psalm. 68, 33 ad conservationem -emque totius sensus ... subiecit. FILASTR. 153, 4 in hac -e baptismi. HIER. in Is. 37, 1 p. 459 in -bus (*i. enumerationibus*) apostolorum. SACR. Leon. p. 331 -o (*i. orationis formula*) oblationis virginum sacratarum. GLOSS. *συναφή συναφία συζυγία.* CIC. de orat. 3, 170 factum *verbum* vel -e vel novitate. part. 18 de -e *verborum al.* QVINT. inst. 1, 1, 31 litterarum inter se -o. 8, 3, 46 aliae ... -es. 9, 4, 147 *compositionis* tres partes: ordo -o numerus *al.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 129, 31 binae bases ... iunctae per synaphian, ut Graeci vocant, nos per -em. *cf.* PS. PRISC. gramm. III 520, 8 hyphen, quae -o dicitur, qua tunc utimur quando duo verba conectimus. *de musica:* BOETH. mus. 1, 24. MART. CAP. 9, 989 neque ... per -em h. e. *συζυγίαν* neque per periodum in isto genere *paeonico* rhythmus accedet. BOETH. arithm. 2, 1 p. 77, 10 ab eis (*litteris*) est syllabarum progressa -o. *nota:* RHET. Her. 4, 27, 38 -o (*i. ζεῦγμα*) est cum interpositione verbi et superiores partes orationis conprehenduntur et inferiores. **2** *apud dialecticos:* CIC. ac. 2, 91 quae -o, quae diiunctio vera sit. fat. 12 haec ... -o est ex repugnantibus. 15 neque eos (*Chaldaeos*) usuros esse -bus (*ubi* conexionibus *Madvig*). 16 ex conexo transferri ad -um negationem (top. 57 negantiam). COLVM. 2, 2, 3 ad qualitatum inter se dissidentium quasi -es, quas Graeci *συζυγίας ἐναντιοτήτων*, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. GELL. 2, 8, 8 -em synlogismi non in fine posuit, sed in principio. **3** *apud grammaticos de particula:* GLOSS. *σύνδεσμος τὸ μέρος τοῦ λόγου.* , CHAR. gramm. I 224, 24 -o est pars orationis nectens ordinansque sententiam, *talia persaepe apud* GRAMM. *cf.* SERV. gramm. IV 418, 14 -es dictae sunt ab eo quod coniungant elocutionem. PRISC. gramm. III 93, 1 -o est pars orationis indeclinabilis. ISID. orig. 1, 12, 1 -o dicta, quod sensus sententiasque coniungat. SERV. Verg. Aen. 1, 27 numquam ... -o ponitur nisi inter duas res. MART. CAP. 3, 286 copulativae et disiunctivae et expletivae -es breves sunt, nisi positio fecerit longas. RHET. Her. 4, 30, 41 -bus verborum e medio sublatis. CIC. orat. 135 cum demptis -bus dissolute plura dicuntur. VARRO frg. Char. gramm. I 73, 3 quintum tricensimum annum dici sine -e ... et similia, nec interponendam -em ipsa re cohaerente. PAVL. FEST. p. 259 quando ... significat idem, quod quoniam et est -o *al. cf.* SERV. Aen. 4, 291 quando ... est -o ratiocinantis *al.* SEN. epist. 88, 42 -um ac praepositionum proprietates. ASCON. Scaur. p. 23 'quia' est -o disiunctiva (*cf. p. 223, 57*). QVINT. inst. 1, 5, 50 'an' et 'aut' -es sunt. 1, 7, 5 'ad' cum esset praepositio 'd' litteram, cum autem -o 't' acciperet. 9, 3, 50 *figura* quia -bus caret, dissolutio (*ἀσύνδετον*) vocatur. *ibid.* contrarium ... quod -bus abundat ... *πολυσύνδετον* dicitur *al.* SVET. Aug. 86 -es saepius iterare. GELL. 10, 29, 1 'atque' particula ... -o esse dicitur conexiva, et plerumque sane coniungit verba et conectit. 17, 13, 1 'quin' particula quam grammatici -em appellant. PAVL. dig. 33, 8, 14 detracta -e (*sc.* '*que*'). PORPH. Hor. carm. 1, 2, 25 *ἀσυνδέτως* transiit et fere morem hunc habet sine -bus transeundi. subaudienda ... est -o 'ergo'. DON. Ter. Phorm. 171 'et' modo non conexiva, sed inceptiva -o est *al.* HIER. epist. 121, 10 'quidem' -o superflua est. in Eph. 3, 5 *sqq.* p. 591 appositionem -is eius (*i. q. praepositionis* '*con*') *al.* CHAR. gramm. I 268, 12 -o pro adverbio. PRISC. gramm. II 181, 21 -o enclitica. III 34, 24 non bene tamen Stoici praepositionem inter -es ponebant, praepositivam -em eam nominantes, cum -o et nominibus et verbis et omnibus tam declinabilibus quam indeclinabilibus per appositionem soleat adiungi. 74, 28 -o electiva. COD. Iust. 6, 38, 4, 1ª -em 'aut' pro 'et' accipi (*παραδιάζευξις*).

II *de coniunctione* ***hominum:*** **a** *generatim:* CIC. fin. 3, 69 ut ... conservetur omnis homini erga hominem societas, -o, caritas. leg. 1, 16 quae sit -o hominum, quae naturalis societas inter ipsos (fin. 5, 65). off. 3, 23 civium. AVG. serm. ed. Mai 6, 1 sumentes de pace bellum, de -e discidium. VAL. CEM. hom. 12, 6 laudans -em fraternam. *ibid.* haec est mortalibus utilis et iucunda -o, ut non dividamus ... patrem a filio ....

b *speciatim:* **1** *cum deis sim.:* CIC. leg. 1, 43 -e, quae est homini cum deo. APVL. Socr. 15 p. 152 preces quibus Genium et genua precantur, -em nostram. .videantur mihi obtestari. PS. APVL. Ascl. 7 de -e deorum, qua homines soli eorum dignatione perfruuntur. **2** *cum hominibus per affinitatem, amicitiam, sim.:* CIC. Cluent. 190 affinitatis -o (dom. 118 Att. 2, 17, 1 epist. 3, 10, 10). Planc. 21 vicinitatis. Cato 45 vitae (SEN. epist. 99, 4). off. 1, 54 sanguinis ... -o (QVINT. decl. 264 p. 78, 18. MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 9 p. 1210ᴰ germanitas. CHAR. gramm. I 99, 22 necessitudo. HIER. epist. 79, 3). *cf.* CALL. dig. 27, 1, 17, 1 propter -em originis Romanae. DICT. 1, 10 ob generis -em. CIC. Catil. 4, 22 -em vestram equitumque Romanorum ... confringere et labefactare. prov. 45 -em Caesaris defugi. Att. 2, 23, 4 -o animorum (epist. 5, 13, 5. PVBLIL. B 16 benevoli -o animi maxima est cognatio. AVG. vera relig. 47, 91. PS. AVG. serm. 107, 1 vera et sincera. SIDON. epist. 2, 11, 1). CIC. epist. 3, 4, 2 -es necessariorum tuorum. LIV. 44, 29, 6 -o ipsa regum. QVINT. decl. 312 p. 226, 19 est quaedam eiusdem ordinis -o. TAC. ann. 4, 39 -e Caesaris dignus crederetur. 12, 46 -em fratrum ... referens. IVST. 6, 3, 8 Pisander pro -e Agesilai. CAPITOL. Ver. 1, 3 *Verus* ex Antonini -e Verus et Antoninus. EVGRAPH. Ter. Andr. 110 *familiaritatem* habebat ex -e ... mulieris. FILASTR. 148, 8 duorum ... populorum ... in unum societatis -o. *de militibus:* VEG. mil. 2, 21 ut una videatur esse -o. CIC. Verr. 4, 23 habet morum similitudo -em atque concordiam. Catil. 4, 15 quam si -em ... perpetuam ... tenuerimus. dom. 28 nostram -em ... diremerunt. Att. 11, 12, 2 auctorem nostrae -is fuisse *al.* SEN. benef. 1, 11, 4 -e ac sanguine usuque et consuetudine longa cara. QVINT. decl. 318 p. 250, 6 nullam ... amicitiae summae, nullam nostrae -is reverentiam. 321 p. 261, 18 maior artiorque -o post paenitentiam. TAC. ann. 5, 1 quem -e tali super alios extulisset. PLIN. paneg. 84 *aemulatio* maxime nascitur ex -e. GELL. 13, 3, 1 *necessitudo* vinculum religiosae -is. VLP. dig. 43, 29, 3, 12 ex -e actorem ... eligendum. DON. Ter. Hec. 506 ditiorem quaeratis -em. PS. APVL. Ascl. 5 generis humani species ... prope omnium per necessitatem -es facit. ENNOD. epist. 4, 12, 2 p. 107, 11 te a -e peccata *non* retrahunt *al.* cum: CIC. Att. 2, 3, 3 -o mihi summa cum Pompeio. 4, 19, 2 cum Caesare suavissimam -em. 11, 6, 2 tanta cum barbaris gentibus -o *al.* LIV. 41, 24, 14 vetusta -o cum Macedonibus. VLP. dig. 1, 16, 4, 3 si qua ei *proconsuli* familiaritas

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *translate, de rebus non animantibus*: **A** *i. q. desistere, intermittere*: CIC. Manil. 15 agri cultura deseritur, mercatorum navigatio -it (NON. p. 85 casteria: locus ubi, cum navigatio -it, remi et gubernacula -unt). leg. agr. 1, 21 hoc solum in re publica vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non -at. dom. 101 ne umquam -ere possit fletus bonorum. Rab. Post. 42 cum ... omnia bella iure gentium -ant. Mil. 37 quando illius postea sica illa...-vit? epist. 12, 39, 2 -ent litterae, nisi quid novi extiterit. LIV. 24, 47, 1 imbre -ente. 30, 13, 12 illam furiam pestemque omnibus delenimentis animum suum avertisse atque alienasse nec -iesse (-ere *P*). CELS. 2, 8 febris protinus -vit, desieruntque urgere cibi fastidium et potionis desiderium. 3, 4 cum iam bene venae -erunt. 4, 11 ubi bene sanguis -vit (5, 26, 21. 7, 26, 5). 4, 26 intra septimum diem id -at. 4, 29 donec id vitium -at. 6, 6, 34 antequam sudor et calor domi -ierint. 7, 7, 15 donec in oculis pituitae cursus -at. 7, 18 nisi celeriter ea inflammatio -vit (7, 19 si sub his inflammatio non -erit). SEN. nat. 4, 2, 22 cum ... pelagus -it. PAVL. sent. 5, 3, 4 sublatis ... susceptoribus grassantium cupido -it. APVL. met. 5, 15 nec tamen scelestarum feminarum nequitia vel illa mellita cantus dulcedine mollita -vit. 6, 12 dum meridies solis sedaverit vaporem et pecuda (pecula *F*) spiritus fluvialis serenitate -erint. 8, 18 infestorum canum revocata -vit procella. SOL. 1, 59 post annum quinquagesimum fecunditas omnium *mulierum* -it. ARNOB. nat. 1, 9 caeli -isse flaturas. 7, 38 superorum -isse terrores. LACT. inst. 4, 15, 22 silere ventum protinus iussit et fluctus qui maximi ferebantur -ere. 5, 2, 4 ferarum omnium rabies usque ad ventris satietatem furit fameque sedata protinus -it. epit. 40, 3 praecepit vento, ut -ret statimque tranquillitas facta est. FIRM. err. 6, 9 nec tam diu vindices gladii consulis -ierunt quam diu hoc malum fuisset radicitus amputatum. MAR. VICTORIN. ad Iust. 15 si errorum vitia -unt. SYMM. epist. 6, 62 tironum -vit indictio. 10, 19, 3 haec quoque praescriptio -vit. COD. Theod. 4, 9, 1 (*a. 319*) quae multa non semper imponitur, sed potius -it, si (= COD. Iust. 7, 10, 7, 2). 16, 2, 14, 2 (*a. 357*) extraordinariorum a praedictis necessitas atque omnis molestia -at. 16, 5, 4 (*a. 376*) ut coetus haeretici usurpatio -ret. SERV. Aen. 9, 454 spumas tunc habet sanguis cum effunditur, nam postea -it. AMBR. Isaac 5, 49 tanto secura praeconio -ere aquilonem gravem ventum petit. bon. mort. 9, 38 id quod procellosum et ad omnia vitia inlecebrosum est -at vel iaceat. HIER. in Ier. 25, 36 p. 1024 -ent sive conticescent bona pacis. in Is. 25, 1 p. 339 ut mille annorum regnum et aureae Ierusalem atque gemmatae somnia -ant. epist. 54, 13 cito ignis stipulae -it. 60, 2 ut tempestas mundi -ret. VVLG. prov. 26, 20 susurrone subtracto iurgia -ent (*ἡσυχάζει*). Ier. 30, 23 procella ... in capite impiorum -et (*ἐπ' ἀσεβεῖς ἥξει*). AVG. civ. 1, 32 neque enim et illa corporum pestilentia ideo -vit. 17, 3 non quia bella -erunt, sed quia non tam gravi pondere urgebant. 22, 8 dolor continuo -it (CAEL. AVR. chron. 5, 1, 6 plurimis ... dolor cito -it. 5, 4, 75 vel in toto -erit dolor). MART. CAP. 6, 638 ab ipsis Gadibus ... in Bruttium sinum ... emissa maria -unt. VAL. CEM. hom. 5, 4 si res ... non provocetur in litem, sed aut tacita doleat aut in suis volutata sedibus -at. 14, 7 quatenus ... odiorum studia -ant. BOETH. in top. Cic. 5 p. 373, 40 ad id lapidis natura tendebat, ut in suum locum pondus veniens -ret. herm. pr. 1, 3 p. 63, 16 mox quid dictum sit, auditor intellegit et eius intellegentia -it. INST. Iust. 4, 13, 11 eas ... exceptiones ... -ere sancimus. COD. Iust. 6, 22, 1, 4 sic ex tempore omnibus discretis vetustissima dubitatio nostro foedere -at. 6, 40, 2, 2 tale iuramentum -at. 7, 6, 1, 1a ceteri omnes modi, per quos Latinorum nomen inducebatur, -ant. 7, 6, 1, 12 his tantummodo casibus ... electis ceteri omnes ... penitus -ant (11, 16, 1, 1 omne etiam speciale beneficium ... penitus -at). 7, 24, 1 pr. Claudianum senatus consultum et omnem eius observationem circa denuntiationis et iudicum sententias -ere in posterum volumus. 9, 1, 17 ex nomine Thaumasti mentio super conflictu criminali Symmacho -at. NOVELL. Iust. 111, 1 ut sopitae hoc temporis spatio tam personales quam hypothecariae actiones in perpetuum -ant (*ἐφησυχάσωσιν*). **B** *i. q. cessare ab aliqua re*: COD. Theod. 16, 2, 14 pr. (*a. 357*) ab his (*clericis*) universis istius modi strepitus -at.

Burger.

conquil- *v.* conchyl-.

conquinīsco, -quexī, -ere [*cf. c.* ocquiniscere *et c.* cossim coxim, *ut videtur. sunt qui conferant c. island.* hvika '*cohorrescere, declinare*', *slavon.* čeznąti '*decrescere*' *et seiungant a* coxa; *v. Zupitza, Bezzenbergers Beitr. 25, 105; Joh. Schmidt, Zeitschr. f. vergl. Sprachforschung 23, 270. Th.*]. PRISC. gramm. II 508, 28 unum invenitur in 'sco' desinens verbum apud vetustissimos, cuius praeteritum perfectum in 'xi' protulerunt teste Capro: conquinisco conquexi. est autem -o caput inclino. NON. p. 84, 14 -ere inclinari (GLOSS. V 638, 75).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Cist. 657 faciundum est puerile officium: -am (*sic Nonius*, quomque mei sciam *i.* quomqueineiscam *codd.*) ad cistulam. Pseud. 864 si iste ibit, ito . . . si -et istic, -ito (*A*, -ito simul *P*, ceveto simul *Non. p. 84*). POMPON. Atell. 171 in terram, ut cubabat, nudam ad eum ut -quexi. EPIT. Alex. 101 *Alexander* -quexit (*Wölfflin*, conquievit *cod.*), ut *Roxane* se posset praeterire. *L.*

conquino *v.* coinquino.

conquīro, -īsīvī, -ītum, -ere [*a* con *et* quaerere. *Th.*]. *formae*: conquaero: INSCR. mill. Popil. (Corp. X 6950) 11 conquaeisivei. LEX repetund. (Corp. I 198) 31 conquaeri. 34 conquaesiverit (*ibid.* inquirere). *perfect. indic.* conquisierunt: RHET. Her. 1, 1, 1. *coni.* conquisierit: CIC. Rab. perd. 15 ac. 2, 87. conquiror *deponens*: ITALA act. 9, 29 (cod. g). GLOSS. II 111, 24 -it *συνπορίζει*. NOT. Tir. 29, 25. 32. *legitur* INSCR. mill. Popil. (*a. 132 a. Chr.*) *et* LEX repetund. *et inde a* RHET. Her. *vox orationis solutae, apud poetas* AFRAN. com. 259 (conquisite). LVCR. 2, 267. 3, 419. PROP. 1, 2, 23 *cf. l. 27.* CIRIS 354 MANIL. 3, 171 SIL. 6, 590. 13, 501 ANTH. 438, 3 IVVENC. 3, 270. [*ital.* conquidere. *M.-L.*]

a *cogere, colligere*: **1** *de hominibus et rebus corporeis*: LEX repetund. (Corp. I 198) 34 ⟨e⟩a, quai ita -aesiverit. 57 bona eius facito puplice possideantur conq⟨uaerantur . . .⟩. . CIC. Verr. 3, 22 undique homines nequissimos -isset (leg. agr. 2, 97). Cluent. 192 -endorum et conducendorum testium causa (*cf.* HIL. in Matth. 32, 3). Brut. 176. 244. CAES. Gall. 1, 27, 4 dum *obsides, arma, servi* -untur et conferuntur (*cf.* LIV. 39, 2, 4). 1, 28, 1. 7, 31, 4 civ. 1, 16, 1. 1, 77, 1. NEP. Dion 8, 3 ad eum interficiendum socios -vit. Timol. 3, 1. PROP. 1, 2, 33 vulgo -ere amantes. LIV. 25, 22, 9 desertores de exercitu volonum -rerent. 27, 7, 13. 27, 8, 12 reliquias exercitus Fulviani. 31, 11, 7 profugas . . . comprehendi -ique debere. 33, 38, 12 fuga sparsos -ere et contrahere. 34, 50, 3. 37, 60, 4 captivos . . . in suis quaeque urbibus agrisque -sitos (43, 8, 7 VAL. MAX. 6, 5, 1). 39, 3, 5. 39, 14, 9 frg. 22 CVRT. 9, 9, 1. TAC. hist. 4, 46 ceteri per urbem et urbi vicina -siti (3, 76). 5, 3 sic -situm collectumque volgus. ann. 6, 1. SVET. Aug. 71 virgines undique. 83 Tib. 43 VENVL. dig. 45, 1, 137, 3 LAMPR. Alex. 25, 8. *i. q. conscribere*: LIV. 27, 11, 15 magnum numerum eorum -verunt, qui equo merere deberent. FRONTO p. 140 N. DARES 11 per totam Graeciam -ituri mitterentur ad convocandos Graecos. CIC. Verr. 4, 50 argentum. 4, 52 scuta. 4, 73. epist. 12, 30, 4 pecuniae publicae, quae -itur undique (LIV. 29, 18, 6. 29, 19, 7. 29, 21, 4. TAC. hist. 3, 76 donis ac pecuniis acerbe . . . -endis). CAES. Gall. 7, 12, 4 arma iumentaque. civ. 1, 60, 3 omnibus undique -sitis iumentis (SALL. Iug. 75, 4 ex agris quam plurumum potest domiti pecoris. TAC. ann. 1, 47 impedimenta). 3, 42, 4 quod esset frumenti -i iussit. 3, 42, 5. Gall. 6, 28, 6 urorum cornua studiose -sita. 7, 60, 4 lintres. civ. 1, 61, 4 toto flumine Hibero naves -i (1, 30, 1 BELL. Afr. 8, 2. PLIN. paneg. 34 navigia raptim -sita). HIRT. Gall. 8, 10, 3 raris disiectisque ex aedificiis pabulum. BELL. Alex. 1, 1 tormenta. LIV. 25, 7, 5 sacra. 38, 38, 12 si quid ablatum est, id -endi cognoscendi repetendique item ius esto. 39, 16, 8 libros (TAC. ann. 14, 50 GELL. 14, 2, 1). PAVL. FEST. p. 62. CELS. 5, 26, 23 peregrinis et -sitis et compositis medicamentis. VAL. MAX. 4, 6 ext. 1 SEN. dial. 11, 10, 7. COLVM. 9, 13, 11 -endi mellis causa. FRONTO p. 213 N. APVL. met. 2, 21 paupertati meae fomenta -o. ZACCH. 3, 3 foeda avaritiae lucra. MART. CAP. 2, 127 matronae *non* -sitis figmentis circa faciem vultuosae. *nota part. subst.*: AMM. 17, 3, 2 quicquid in capitatione deesset, ex -sitis se supplere. **2** *de rebus incorporeis*: RHET. Her. 1, 1, 1 ea -ierunt, quae nihil attinebant. CIC. inv. 2, 6 praecepta magna -sita cura. Rab. perd. 15 omnis et suppliciorum et verborum acerbitates non ex memoria vestra . . . sed ex annalium monumentis . . . -ierit (TAC. ann. 6, 4 ne curas imperatoris -sitis insuper acerbitatibus augerent). har. resp. 57 vitia. Scaur. 20 neque acu quaedam enucleata argumenta -am (TAC. ann. 14, 44 OPTAT. 1, 10 p. 11, 16 HIER. epist. 36, 14). fin. 1, 31 rationibus -sitis. 2, 111 ea nullam ad aliam rem nisi ad voluptatem -untur. 4, 13 quam multa ab iis -sita et collecta sunt de omnium animantium genere *eqs.* (Att. 10, 14, 2). ac. 2, 87 studiose omnia -ierit contra sensus et perspicuitatem. div. 1, 39. off. 3, 117 undique suavitates. phil. frg. V 46 de orat. 2, 130. 3, 29. LVCR. 2, 267 omnis enim totum per corpus materiai copia -i debet. CIRIS 354 undique -it nubendi sedula causas (SEN. epist. 99, 3). LIV. 34, 5, 6. 48, 9, 4 varia spectaculorum genera. SEN. contr. 9 praef. 1. SEN. benef. 6, 16, 1 exempla. epist. 45, 12 vitae instrumenta. 49, 6. 90, 18. PS. FRONTIN. strat. 4 praef. multa lectione -sitis strategematibus. TAC. Agr. 33 hist. 2, 50. ann. 4, 11 omnia alia -rerent intenderentque. 12, 68. 15, 21 in modum candidatorum suffragia -imus. 15, 56 FRONTO p. 211 N. GELL. praef. 5 variam ac miscellam et quasi confusaneam doctrinam -verant. 10, 25, 1 TERT. pudic. 8. CASSIAN. inst. 10, 7 causarum fabularumque occasiones. BOETH. mus. 1, 1.

b *quaerere*: **1** *investigare*: *personas*: INSCR. mill. Popil. (Corp. X 6950) 11 fugiteivos Italicorum conquaeisivei redideique homines *tot* (VLP. dig. 1, 15, 4). LEX repetund. (Corp. I 198) 31. CIC. Verr. 4, 50 Diodorum tota provincia. 4, 106 Liberam cum investigare et -ere Ceres vellet. de orat. 1, 202 nec enim causidicum . . . neque clamatorem . . . hoc sermone nostro -imus (*i. naturam causidici*). ad Q. fr. 1, 2, 5. VATIN. Cic. epist. 5, 9, 2 terra marique. CAES. civ. 1, 74, 1 quem quisque in castris notum aut municipem habebat, -it atque evocat. NEP. Att. 11, 1 RVT. LVP. 2, 16 LIV. 22, 52, 6. 39, 14, 7 sacerdotes . . non Romae modo, sed per omnia fora et conciliabula. 43, 1, 8. VELL. 1, 15, 1 esset in bello -endus potius miles quam dimittendus. 2, 22, 4 Q. Catulus . . . , cum ad mortem -reretur. 2, 41, 2. VAL. MAX. 5, 9, 3 *ut filius* per triumvirum -reretur (9, 2, 1 per nomenclatorem). SEN. dial. 3, 18, 3 clem. 1, 25, 4 TRAIAN. Plin. epist. 9, 7, 2 MIN. FEL. 24, 3 VLP. dig. 1, 18, 13 MARCIAN. dig. 48, 13, 4 CORP. IX 2826, 16 (*Gothorum aetate*). *nota*: PLIN. epist. 1, 8, 17 plebem . . . velut obvia ostentatione -ere (*i. adulatione adire*). *animalia et res*: VARRO ling. 5, 81 quaestores a quaerendo *nominati*, qui -rerent publicas pecunias (*cf. p. 355, 39*) et maleficia, quae triumviri capitales nunc -unt (*cf. Mommsen, Staatsrecht II 542 et* COD. Iust. 1, 12, 6, 10). 9, 21 oculis semper aliquas figuras suppellectilis novas -irant. CIC. Verr. 4, 112 *Aproni tabulas* ego cum -rerem, non inveni. 4, 154. 5, 1. leg. agr. 2, 97 nedum isti a Rullo -siti (*cf. a 1*) atque electi . . . non statim -ituri sint aliquid sceleris et flagiti. har. resp. 26 libros. fin. 1, 42 sapientia . . . est tamquam artifex -endae et comparandae voluptatis (CAES. civ. 3, 96, 1). 2, 107 regionum -is historiam. ac. 2, 7 *verum* summa cura studioque -imus. Tusc. 5, 13. Tim. 51 naturae primas causas -ere (*μεταδιώκειν*. TAC. dial. 15 causas quas mecum ipse plerumque -o [inquiro *v. l.*]). LVCR. 3, 419 -sita diu dulcique reperta labore . . . carmina. LIV. 6, 1, 10 foedera ac leges . . . -i, quae comparerent. 40, 37, 2 piacula irae deum. MANIL. 3, 171 fortunae -e locum. VITR. 1, 4, 12 locum ad moenia transferenda -reret eligeretque. PAVL. FEST. p. 333 sacella att⟨acta⟩. SEN. contr. 10 praef. 6 VELL. 1, 17, 7. CELS. 7, 12, 1. 7, 26, 2. 7, 29 -situs . . . pes eius adducendus. SEN. clem. 1, 25, 2 nova supplicia. rem. fort. 15, 1 adversus feras munimenta. COLVM. 1 praef. 29. SIL. 6, 590 -ere fessis iam rebus meditantur opem. 13, 501 dicta. QVINT. inst. 9, 3, 5 *figuras* -sitas et ex omnibus latebris extractas congestasque. PLIN. epist. 4, 25, 5 remedia (*paulo aliter* APVL. apol. 40 flor. 15 p. 57). PS. APVL. Ascl. 8 ex eius voluntate . . . illa dependent, quae de tota summitate tractantur, quam rationem praesenti disputatione -imus. CORP. XI 6068 aquam novam -endam . . . c(uravit). TERT. scorp. 5. ANTH. 438, 3 novas toto terras . . . -ite mundo. ARNOB. nat. 2, 39 per innumeras artes malitiarum venena -ere. HIL. trin. 1, 10 his (*dat.*), quae volumus, rationem -imus. AMM. 16, 5, 6. 25, 3, 8 -bat sollicite scutum. 27, 12, 18 vicinarum gentium auxilia. AVG. civ. 14, 18. serm. ed. Mai 97, 4 medicus curam per blandimenta -et. CASSIAN. inst. 12, 15 humilitatem perpetuam. MART. CAP. 5, 539 res laborem . . . -it. BOETH. in top. Cic. 4 p. 340. **2** *scrutari*: CIC. Brut. 133 -am ista (*sc. libros*) . . . curiosius. VITR. 9, 4, 1 *ἀνάλημμα* est ratio -sita solis cursu et umbrae crescentis et brumae observatione inventa. 9, 8, 2 sunt ex aqua -sitae horologiorum rationes. PLIN. epist. 61, 5 haec . . . multo sagacius -et explorabitque librator. APVL. apol. 36 quae tanta cura -sita si honestum . . . illis fuit scribere, cur turpe sit nobis experiri. TERT. nat. 2, 13. ARNOB. nat. 2, 60 ea -ere aut investigare curamus. LACT. opif. 1, 15 abstrusa . . . scrutarentur ac naturam rerum caelestium terrenarumque -rerent. VVLG. Sirach 38, 39 -entes in lege altissimi (*διανοουμένον ἐν νόμῳ ὑψίστου*). MART. CAP. 2, 101 BOETH. mus. 2, 28. 31. **3** *quaerere, conquirendo assequi*: PLIN. nat. 36, 82 tantas opes meretricio esse -sitas (LACT. inst. 2, 12, 19 victum sibi labore -reret. AMM. 31, 14, 5). PAVL. dig. 48, 16, 6, 4 in fraudem alicuius librum vel testimonium . . . -isse dicuntur. ARNOB. nat. 5, 33 HIL. trin. 9, 53. RVFIN. hist. prol. regnum sibi caeleste . . . -it. 5, 1, 32 misericordia Christi domini arte -itur. VVLG. II Macc. 6, 25 per hoc . . . execrationem meae senectuti -am (*καταχτήσομαι*). PS. AMBR. serm. Sess. 3, 1. AVG. civ. 19, 17 legibus . . . pax terrena vel -itur vel tenetur. MART. CAP. 9, 925 victoriae . . . undique meis cantibus -sitae. COD. Theod. 6, 26, 14 (*a. 407*) labore dignitas -sita. *ibid.* 2 quod anterioris aetatis industria -vit. CASSIAN. inst. 6, 1 ad -endam vel possidendam perfectae castimoniae puritatem. 11, 4 gloriam *et passim*. OROS. hist. 2, 23, 17 CORP. XIV 3031.

c *quaerere cum aliquo, disputare, gr. συζητεῖν*: CIC. rep. 1, 17 Rutilius . . . solebat mecum interdum eiusmodi aliquid -ere. ITALA act. 6, 9 (cod. g) -entes cum Stephano (disputantes cod. e, VVLG.). 9, 29 loquebatur et -batur cum Graecis (conferebat cod. e; disputabat VVLG.). VVLG. Marc. 1, 27 -rerent inter se dicentes. 8, 11. 9, 9. 15. 12, 28. EVGRAPH. Ter. Eun. 225 non tam de domino quam de amore -itur. GREG. TVR. Andr. 17. GLOSS. IV 44, 12 -entes causantes (V 184, 24).

part. adi. **conquīsītus,** -a, -um. *i. magna cura, studiose quaesitus*: COD. Iust. 4, 51, 2 licet sigillo tuo venditionis instrumentum fraude -a (*i. artificiose excogitata, an nomin. i. q. adducta?*) signaveris, eiusmodi tamen commentum emptori . . . non praestitisse potest securitatem. *superl.* CIC. Tusc. 5, 62 mensae -issimis epulis extruebantur (*cf.* SEN. dial. 11, 10, 3 *et* APVL. met. 4, 14).

adv. **conquīsītē**. AFRAN. com. 259 commercatis -e edulibus. RHET. Her 2, 31, 50 haec . . . ut -e conscripsimus, ita tu diligenter . . . considerabis. GELL. 3, 10, 16 haec Varro de numero septenario scripsit admodum -e.

conquīsītio, -ōnis *f. a* conquirere. *i. q. delectus, conductio*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CIC. prov. 5 exercitus ... superbissimo dilectu et durissima -e conlectus. LIV. 23, 32, 19 in Piceno agro -em militum haberet (25, 5, 9). 24, 42, 6 Magone ad -em ... misso (frg. 91). 29, 34, 4 per -em numerum equitum augeret. 29, 35, 10 intentissima -e. *i. q. investigatio*: *personarum*: LIV. 25, 22, 4 -o volonum fieret iique ad signa reducerentur. 39, 3, 6. ARNOB. nat. 5, 25 in istius (*sc. Proserpinae*) -is errore. 5, 39. *rerum*: CIC. Tim. 7 difficillimum ... est in omni -e rationis exordium. LIV. 7, 3, 3 piaculorum. 25, 12, 3 librorum. TAC. Agr. 6 diligentissima -e. hist. 2, 84 pecuniarum. NOVELL. Valent. 21, 1 inanem verborum -em. MART. CAP. 1, 80 eorum, quae gignuntur -bus opulentus. EVGRAPH. Ter. Andr. 26 primo -o est et interrogatio praecedens. *i. q. quaestus*: GREG. TVR. Franc. 8, 18 sine ullius lucri -e. *i. q. contentio*: ITALA (cod. e) *et* VVLG. act. 15, 7 magna autem -e facta (cum diu haesitarent cod. g; *cf. Rönsch, Sem. Beitr. p. 1, 20*). *graece ζήτησις, συζήτησις.*

συνζητῶ **conquīsīto** GLOSS. II 446, 3.

conquīsītor, -ōris *m. a* conquirere. [*corrupt.* PLAVT. Amph. 65. 82 Merc. 665 *v. p. 350, 28*]. **1** GLOSS. V 658, 36 -es dicuntur militum scriptores. CIC. Mil. 67 Att. 7, 21, 1 BELL. Alex. 2, 1 LIV. 21, 11, 13. 21, 21, 13. 30, 7, 10; *cf.* DARES 11 *p. 355, 37*. **2** GLOSS. II 446, 2 *συζητητής, fere i. q. coniector (disputator?). cf.* HIL. ad Const. 2, 5 egregii scilicet arbitri caelestium sacramentorum, -es invisibilium mysteriorum, professionibus de fide dei calumniamur. AMBROSIAST. in I Cor. 1, 20 -r ... saeculi hic est, qui constellationibus agi mundum et duodecim signis ortus et occasus fieri decernit calculis. ITALA (codd. d e g) *et* VVLG. I Cor. 1, 20 ubi sapiens? ubi scriba? ubi -r huius saeculi? (aevi TERT. idol. 9. *cf. Rönsch, Sem. Beitr. p. 1, 20*). *Jacobsohn.*

conr- *v.* corr-. *?* **cōnsacer** *cf. p. 170, 29.*

✖**cōnsacerdōs,** -ōtis *c. a* con *et* sacerdos. *i. q. frater clericus, quo cum verbo saepissime coniungitur*: CORP. IX 1540, 11/12 (*de sacerdotio Magnae Matris Beneventi, saec. III*) simul Corsinia Celsina -c sua. TERT. nat. 1, 12 qui nos crucis antistites affirmat, consa⟨cerd⟩os (consa ... us *vel* consa ... eus *cod.*, consacraneus *Gothofredus*) erit noster. CYPR. epist. 55, 7 fratrem atque ... -em (HIL. op. hist. frg. 2, 8 AMBR. epist. 5, 1 AVR. epist. p. 1009[B] ALC. AVIT. epist. 34. 70 FVLG. RVSP. epist. 15, 18 GREG. TVR. Franc. 8, 7 GREG. M. epist. 1, 16[a] [*16ies*] *al.*) CYPR. epist. 60, 1 HIL. op. hist. frg. 2, 7 (*7ies*) LVCIF. Athan. 1, 1 (*12ies*) PRISCILL. tract. 2 p. 40, 8 MAXIMIN. c. Ambr. 5. 62 PAVL. NOL. epist. 20, 2 AVG. epist. 133, 49 *persaepe*. MAR. MERC. Cyr. epist. cler. 21 VICTRIC. 2 VINCENT. LER. 6, 9 AVELL. p. 64, 13 *saep.* CANON. Migne 56, 841 *saep.* ISID. eccl. off. 2, 6, 1 *al.*

cōnsacrāneus, cōnsacro *sim. v.* consecr-.

cōnsacrilegus, -a, -um *a* con *et* sacrilegus. *i. q. sacrilegi socius*: LVCIF. reg. apost. 5 p. 38, 2 quandoquidem etiam signis ac prodigiis non potuerint priores -i tui revocari ad solum deum colendum (*10ies*).

? **cōnsaepe** ut adsolet GLOSS. IV 498, 9 V 593, 40 (consuete *dubitanter Götz*).

cōnsaepio, -psī, -ptum, -īre *a* con *et* saepire. *part. perf. pass.* consiptum: PAVL. FEST. p. 62 -ptum apud Ennium (*cf. l. 61*) pro cons⟨a⟩eptum invenitur. p. 64 -ptum clavis praefixum. *praeter perf. pass. aliae formae admodum rarae*: SVET. Nero 33. VEREC. in cant. 8, 6 -iri. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916[A]. 7, 3 p. 939[B]. VEREC. in cant. 8, 9 -psit.

I *proprie, i. q. locum saepto cingere, saepire*: VARRO ling. 5, 157 Gallorum ossa ... ibi coacervata ac -pta. LIV. 10, 38, 5 *locus* est -ptus cratibus pluteisque et linteis contectus. 22, 57, 6 vivi demissi sunt in locum saxo -ptum. CORP. XII 2610 loc⟨us⟩ ... privat⟨us⟩ ita ut consaept⟨us⟩ est. SVET. Nero 33 bustum eius -iri. IVL. VAL. 3, 24 *paradisum* -ptum ... non materiae circumiectu, verum arborum frequentia circumsistentium. **II** *translate i. q. homines circumplecti, cingere*: ENN. scen. 297 teneor -pta (consepta *codd. Non.*, consipta *Scaliger*), undique venor. APVL. apol. 103 ubique si -ptum pinnis eum tenui. Socr. 24 p. 179 Charybdi -ptus est nec retentus est *Vlixes*. met. 2, 13 cum frequentis populi circulo -ptus coronae circumstantium fata donaret *Chaldaeus*. PS. CYPR. pudic. 9 bis victrix et in periculo suo tam funeste totiens -pta et libidinem evasit et mortem. AMM. 24, 4, 15 hostem laminis ferreis in modum tenuis plumae -ptum (conceptum *V*). FVLG. Virg. cont. p. 92 nube -ptus socios cognoscit (*ibid.* nube conclusum). EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 916[A] animas ... caelestium mandatorum munitione -psit (*in imagine*). *de natura personata*: MANIL. 4, 303 sic altis natura manet -pta (conspecta *al.*) tenebris et verum in caeco est multaque ambagine rerum. EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 p. 939[A] *testis* mollitudinem carnis eius (*ostreae*) natura -psit.

part. adi. **cōnsaeptus,** -a, -um. *i. q. circumclusus*: CIC. Cato 59 agrum. AVIEN. ora 268 locum. PRVD. psych. 224 de -o paradisi limite progrediens. *nota*: AVSON. Mos. 331 clausos -o gurgite pisces (*i. pisces obstructo alveo fluminis conclusos*) ... captare. *subst.* **cōnsaeptum,** -ī *n.* GLOSS. *περίφραγμα, περίβολος.* **1** *proprie de loco incluso, saepto, saepius consecrato*: VARRO rust. 1, 13, 2 in -o et sub dio. 3, 12, 2 in eodem -o (*ibid.* locum inclusum). PAVL. FEST. p. 101 Hercius Iuppiter intra -um domus cuiusque colebatur. SEN. epist. 97, 2 summotis extra -um omnibus viris. CVRT 8, 1, 32 in -um leonem ... iussit emitti. COLVM. 1 praef. 17 qui in villis intra -a (*opp.* foris) morarentur. 8, 17, 1. APVL. met. 8, 30 intra -um domus. 11, 19 intra -um templi (HIER. in Is. 38, 4). SOL. 1, 10 intra quod *-um* ritus sacrorum. CORP. III 586 quae (*sc. Side*) est infra (intra *maluit Mommsen*) -um consecratum Neptuno. V 7747 intra -um maceria locus deis Mánibus consacratus. XIII 1072 ita uti intra cons⟨a⟩e⟨p⟩tum et termina⟨t⟩um est. AMM. 18, 6, 23 agminatim intra -a exercitus recensitos. COLVM. 1, 4, 7 diffusiora ... -a. 1, 6, 1 universo -o. 6, 23, 1 laxo spatio -a facienda sunt. 6, 23, 2 iuxta -um. 8, 17, 3 per imam -i partem. APVL. met. 3, 2 caveae -um ... complevit (10, 29). ITALA II Macc. 14, 33 (Ambros.) istud dei -um in planitiem redigam (*cod.* conspectum; *σηκόν*, VVLG. fanum). ARNOB. nat. 6, 6 in Eleusin(i)o -o (*i. fano*). SYMM. orat. 2, 28 theatrale -um. CORP. VI 10237, 12 ustrinas de -o ultimo in eum locum traiciendas curaverunt. XIII 950—954 consa⟨ep⟩tum omne circa templum. *notabilia*: LIV. 10, 38, 12 ea legio linteata ab integumento -i appellata est. LEX Malac. (Corp. II 1964) 55, 9 in singulis -is suffragium per tabellam ferant.

2 *translate et in imagine*: CAEL. Cic. epist. 8, 6, 3 -a omnia foeda et inhonesta sunt. VAL. MAX. 7, 2 ext. 2 urbes esse humanarum cladium -a miseranda. QVINT. inst. 12, 2, 23 neque se tanta umquam in eo fudisset ubertas, si ingenium suum -o fori non ipsius rerum naturae finibus terminasset *Cicero*. APVL. met. 3, 15 quaecumque ... commisero huius religiosi pectoris tui penetralibus, semper haec intra -um clausa custodias oro. TERT. anim. 53 *corpus* animam -o suo (*i. carcere*) obstruit et obscurat. CHALC. transl. p. 30[D] *animas* intra -um et limitem suum continens (*ἐντὸς ἔχον ἑαυτοῦ*). p. 36[E] omne corporeum intra -um eius (*sc. substantiae rationabilis animae*) effinxit *deus* (*ἐντὸς αὐτῆς*). comm. 224 *intellectus* affectu vero extra -um cordis. AMBR. Cain et Ab. 1, 10, 44 eradices gentilicium vitiorum omne -um (*i. quasi muros, vallum*), lucos eorum obruas. PAVL. MED. bened. 4, 2 intra -a sanctae ecclesiae.

cōnsaepto, -āre *a* consaepire. *i. q. includere*: SOL. 32, 37 lucus in quo -ant (in quem compellunt *SAP*[2]) animalia diversissimi generis.

cōnsaeptus, -ūs *m.* GLOSS. II 405, 43 *περίφραξις* ⟨va⟩llum obiectus, obten⟨tu⟩s, consaeptus.

cōnsalāneus *σύναλος* GLOSS. II 112, 3. 443, 53 (consalineus). III 443, 37. 484, 16 *cf. Funck, Archiv 8, 374.*

cōnsalūtātio, -ōnis *f. a* consalutare. *actus salutandi*: CIC. Att. 2, 18, 1 plausus maximi, -o forensis perhonorifica. TAC. hist. 4, 72 nulla inter coeuntes exercitus -o. ann. 15, 16 vix prae fletu usurpata -o *militum*. SVET. Otho 9 in ipsa -e (*Plut. Otho 12 προσαγόρευσις*) dimicandum fuisset. SVLP. SEV. dial. 1, 14, 1 *lupam* quasi impleto officio et praestita -e discedere.

cōnsalūto, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* salutare. **1** *de complurium salutatione inter amicos*: CIC. de orat. 2, 13 qui cum ... inter se amicissime -assent. rep. 1, 18 qui a Scipione ceterisque amicissime -atus assedit proximus Laelio. PAVL. FEST. p. 193 obsalutare, offerre salutandi gratia dicebant antiqui, ut -are, persalutare. SYMM. or. 1, 14 qui ad destinata properant, non omnes obvios -ant. AMBR. exc. Sat. 1, 38 quotiens aliquos salutavi, qui, quoniam te prius -erant, se a me iam dicerent salutatos. SVLP. SEV. dial. 1, 4, 2 -atos accepit nos benigne. GREG. TVR. Franc. 5, 17 cumsalutantes atque invicem osculantes se. *nota*: PLIN. nat. 28, 23 cur sternuentes salutamus? ... aliqui nomine quoque -are religiosius putant. **2** *regem, imperatorem sim. cum clamore salutare, appellare; plerumque de populo, militibus*: CVRT. 7, 8, 5 laeti ... -ant *milites* eum. 10, 7, 7 milites Philippum -atum regem appellant. TAC. hist. 1, 27 speculatores -atum imperatorem ac paucitate salutantium trepidum ... rapiunt. SVET. Tib. 17 populo -ato. FLOR. epit. 4, 6, 3. SVLP. SEV. chron. 2, 30, 2 *Vespasianus* diademate capiti imposito ab exercitu -atus *est*. GREG. TVR. glor. mart. 5 -atam reginam. *cum dupl. acc. vel nominat. in pass.*: CIC. Phil. 2, 58 *mimam* non noto illo et mimico nomine sed Volumniam -bant. LIV. 1, 7, 1 utrumque regem sua multitudo -erat. 3, 26, 16 dictatorem eum legati gratulantes -ant. 36, 14, 4 ad ludibrium regem eum -ari iussit (IVST. 11, 7, 12. TAC. ann. 2, 56 regem Artaxiam -vere). SEN. dial. 7, 25, 4 cum deus undique -bor. PETRON. 117 *Eumolpum* dominum -amus. TAC. hist. 3, 86 Domitianum ... Caesarem -atum miles frequens ... in paternos penates deduxit (SVET. Dom. 1 Caesar -atus). ann. 12, 69 inlatus castris *Nero* ... imperator -atus (13, 41 SVET. Nero 8. 14 Galba 10 Otho 6 Vit. 8). PLIN. paneg. 5 te -vit *turba* imperatorem (56 SVET. Tit. 5). SVET. Aug. 58 senatus te ... -at patriae patrem. Cal. 22 eum Latiarem Iovem -arunt. OROS. hist. 6, 20, 2 Augustus -atus est. *de singulis*: PETRON. 7 ridens eum -vi. 131 me -vit. AVR. Fronto p. 61, 7 N. Frontonem meum -are. APVL. met. 8, 31 filio suo parvulo -ato. HIL. in Matth. 33, 9 dominus mulierculis per angelum adhortatis occurrit et -at. AMBROSIAST. ad Tit. 3, 15 propter compendium simul omnes -are illum significat. SIDON. epist. 1, 11, 8 dat sese mihi -andum. *cum dupl. acc.*: LIV. 22, 30, 2 cum patrem Fabium appellasset circumfusosque militum eius totum agmen patronos -asset. TAC. hist. 1, 57 *is* imperatorem Vitellium -vit. SVET. Dom. 3 -vit Augustam (*sc. filiam; sed lectio dubia*). **3** *res*: FRONTO p. 235, 3 N. caelum quidem -bo discedens. MACR. sat. 1, 17, 49 lumen eius amabile amicissima veneratione -amus. SIDON. epist. 2, 2, 14 *corvos* Auro-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rae facem -antes. *substantive*: AVSON. 419, 13 nec -antium confusus occursu.

cōnsancio, -ītum, -īre *a* con *et* sancire. FVLG. aet. mund. p. 145 sanctificatur in fructibus, -itur (*fere i. q. rite constituitur*) suis fratribus primus, confirmatur inimicis omnibus dominus *Iacob*. *cf.* VEREC. in cant. 4, 8 Iacob vero sanctus dei *dicitur*, -itus, videlicet sanctificatus.

cōnsānēsco, -uī, -ere [*a* con *et* sanus *vel* sanescere. *cf. c.* consanare. *Th.*]. *i. q. sanum fieri*: CELS. 7, 12, 4 plerique quidem, ubi -unt, loquuntur. COLVM. 8, 2, 3 ulcera dum -ant. COLVM. 4, 27, 3 celeriter -it (*de vitibus*). *in imagine*: CIC. epist. 4, 6, 2 nunc autem hoc tam gravi vulnere (*i. morte Tulliae*) etiam illa *mala* quae -isse videbantur, recrudescunt.

✖**cōnsanguineus,** -a, -um [*a* con *et* sanguis. *cf. c.* sanguineus. *Th.*]. LVCR. 3, 73 consanguineum (*gen. plur.*). CORP. VI 12869 consanguinio. *de significatu*: ISID. orig. 9, 6, 4 -i vocati eo quod ex uno sanguine, id est uno patris semine sati sunt. GLOSS. ὅμαιμος, σύναιμος, συγγενής. ἀδελφὸς ὁμοπάτριος. ὁμογενής. proximus. contribulus. propinquus. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^{A} *κονσαγγονινει· οἱ ὅμαιμοι. apud Ictos*: VLP. dig. 38, 16, 1, 9 -os Cassius definit eos qui sanguine inter se conexi sunt. GAIVS inst. 3, 10 legitima cognatio est ea quae per virilis sexus personas coniungitur. itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt qui etiam -i vocantur, nec requiritur an etiam matrem eandem habuerint (COLL. Mos. 16, 2, 10). COLL. Mos. 16, 4, 1 fratres et sorores ex eodem patre. IVST. inst. 3, 2, 2 inter filios naturales et eos quos pater eorum adoptavit nec dubium est quin proprie -i appellantur *al. cf. de re Leonhard, PW. III 889 sq.* *vox primum legitur apud* PLAVT. PACVV. ACC., *per liberae rei publicae tempora admodum rara, nusquam in oratt. Ciceronis, deinde satis frequens et praecipue adamata apud Ictos et christianos scriptores.*

a *de animantibus sanguine coniunctis, fraternus*: PACVV. trag. 55 mortem ostentant, regno expellunt, -am esse abdicant. OV. epist. 14, 121 -ae quondam centesima turbae, infelix uno fratre manente cadam? STAT. Theb. 3, 73 -o gestis regnare superbus exule (*de Polynice*). 5, 197 -i mixtus caligine Leti . . . Somnus (*v. p. 360, 19*). 10, 654 -i quamvis atque omnia (*acc.*) fratres tu prior. VLP. dig. 38, 17, 2, 18 -a soror (*ibid. 7^{ies} omisso substant.* HERMOG. dig. 26, 4, 10). ACC. praetext. 20, 4 arietes. STAT. Theb. 11, 61 -os in proelia suscitet angues (*i. uno partu genitos*). *per metonymian de rebus*: OV. met. 8, 476 -as ut sanguine leniat umbras. VAL. MAX. 5, 5, 3 Castoris et Pollucis specimen -ae caritatis. 8, 1 absol. 1 forti punitione liberatā fratris dexterā tantum -o quantum hostili cruore gloriae haurire potuit. SIL. 1, 608 hinc -ae subeunt iam moenia Romae. STAT. Theb. 4, 436 post -as acies. 11, 407 stat -um campo scelus. FLOR. epit. 1, 3, 9 -a civitas. CLAVD. 1, 267 o bene signatum fraterno nomine tempus! o -is felix auctoribus annus (*de Probino et Olybrio fratribus*). 7, 154 -os thalamos. 15, 286 ne -is certetur comminus armis. rapt. Pros. 1, 105 te -o recipit post fulmina fessum Iuno sinu. **b** *latiore sensu de qualibet necessitudine*: CIC. leg. fr. 2 nec se intellegant *homines* esse -os. CAES. civ. 1, 74, 2 arma cum hominibus necessariis et -is contulerint. VERG. Aen. 5, 771 -o . . . commendat Acestae. 7, 366 -o . . . data dextera Turno. 12, 40 -i Rutuli. LIV. 5, 35, 4 Veientes -os. STAT. Ach. 1, 114 -os fracti crateres in hostes. TAC. ann. 2, 68 -um sibi regem. 11, 23 suffecisse olim indigenas -is populis. SIDON. carm. 2, 379 -o Halano. RVRIC. epist. 2, 39 p. 423, 18 proximum et quodam modo -um. DRAC. laud. dei 3, 265 -os . . . iugulare propinquos. *nota i. q. simul natus*: CLAVD. carm. min. 9, 24 -is hastilibus asperat armos (*de hystrice*). **c** *translate vel in imagine i. q. persimilis, affinis, amicus, concors*: LVCR. 6, 475 ratio -ast umoribus ollis. COLVM. 1 praef. 4 *res rustica* sine dubitatione proxima et quasi -a sapientiae est. SIL. 1, 655 vestraene Sagunto spernendum -amque protendere dextram. TERT. cult. fem. 1, 5 unde obveniat tanta dignitas auro et argento cum et -is (*i. eiusdem originis*) et potioribus materiis praeferantur. CHALC. transl. p. 29^{B} *causae* earundem rerum -ae sunt (*ξυγγενεῖς*). p. 36^{C} eiusdem naturae -s motus. p. 47^{D} *harmonia* cognatas et velut -as habens commotiones. p. 52^{C} ob quam depravationem itemque alias -as (*ἀδελφά*). comm. 2 quo singulares res domesticis et -is rationibus explicarentur. 58. 254 musicae quippe -am esse poeticam palam est omnibus. 333 facit enim ea *contraria* (*sc. candidum et nigrum*) veluti cognata et -a genus suum. CLAVD. 5, 237 quid -as acies, quid dividis olim concordes aquilas. SIDON. epist. 2, 2, 12 -as . . . insidias. ALC. AVIT. hom. 20 p. 134, 11 separationis adfectu.

substantivum i. q. cognatus, raro de fratre vel sorore: PLAVT. Poen. 1037 meis -is nolo te iniuste loqui. LVCR. 3, 73 -um (*gen. plur.*) mensas odere. 6, 1283. CIC. inv. 1, 35 cognatione, quibus maioribus, quibus -is (2, 29). 1, 103 parentes, liberos, coniuges, -os (CVRT. 6, 9, 12 liberos, parentes, -os). 2, 107 se aut -um. Att. 2, 23, 3 *βοώπιδος* nostrae -s. PS. AVR. VICT. epit. 41, 20. 42, 2. 45, 4 (*cf. Wölfflin, Archiv 12, 448*). CAES. Gall. 1, 11, 4 necessarii et -i Haeduorum. 1, 33, 2 fratres -osque (2, 3, 5). 7, 77, 8 propinquis -isque nostris. LIV. 5, 17, 9 periculis -orum. 8, 4, 3. 23, 7, 6 sociis -isque (FLOR. epit. 2, 18, 4). GERM. 113 nec -is fuerat discordia nota. SEN. apoc. 13 fratris filia, sororis filia, generi, soceri, socrus, omnes plane -i. TAC. hist. 4, 14 *sibi* -os Germanos (4, 65). ann. 1, 62. 3, 3. 4, 43. 4, 55. SVET. Iul. 81 ut illo (*i. Capye*, ilio *A*, Iulo *vulg.*) prognatus manu -orum necaretur. Claud. 25. GAIVS inst. 3, 23 feminae agnatae quaecunque -orum gradum excedunt (*cf.* 3, 14. 29). VLP. dig. 38, 16, 2, 1 sui et -i *saep.* (*v. sub* agnatus *vol. I 1348, 16 sqq.*). coll. Mos. 16, 6, 1 -os et adoptio facit. PANEG. 3, 18 vicerunt barbari sed \-os suos. IVL. VAL. 1, 37 *Darius* -s deorum. IVST. 18, 5, 12. AMM. 30, 10, 6 -um (*i. fratrem non germanum*) pietate nimia dilexit. HIER. epist. 118, 4 -is . . . propinquis (VVLG. lev. 21, 2 OROS. hist. 7, 29, 18). VVLG. lev. 25, 49 patruus et patruelis et -s. AVG. civ. 3, 16 p. 120 Brutus -s Tarquinii. in euang. Ioh. 28, 3 -i virginis Mariae fratres domini dicebantur. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 5. VICTRIC. 13 per usum artuum concorporei, per sanguinem -i. MART. CAP. 1, 1 -o Gratia trina dedit. COD. Theod. 14, 4, 5 (*a. 389*) -os eorum vel originales *saep.* EPITAPH. Ennod. carm. epigr. 1368 -os restituit superis. IVST. inst. 3, 3, 5 sive -i sint sive sola cognationis iura habentes. 3, 5, 4 CORIPP. Ioh. 2, 42. 8 (7), 271 -s genitus de matre Latina. *de sorore*: CATVLL. 64, 118 -ae complexum. HIER. epist. 54, 13 *imitare* tu -am tuam. *in imagine*: VERG. Aen. 6, 278 -s Leti Sopor (*cf. Hom. Il. 14, 231 κασίγνητος θανατοῖο*). AMM. 30, 8, 4 humanitatis et pietatis quas sapientes -as (*i. sorores*) virtutum esse definiunt bonas.

✖**cōnsanguinitās,** -ātis *f.* [*cf. c.* consanguineus. *Th.*]. GLOSS. *συγγένεια. ὁμαιμότης.* II 575, 22 consobrinitas nepotum -s. *plur.* AVG. in psalm. 127, 12 POMER. 3, 15, 2 *al.* *i. q. affinitas, cognatio*: VERG. Aen. 2, 86 -e propinquum. LIV. 1, 15, 1 *inritati* -e, nam Fidenates quoque Etrusci fuerunt. 7, 19, 6. 8, 5, 4. PAVL. FEST. p. 11 adfines in agris vicini sive -e coniuncti. GAIVS inst. 3, 24 -is iura. 3, 33^{a} (VLP. dig. 38, 8, 4 HERMOG. dig. 38, 7, 6 PROC. dig. 1, 7, 44 IVST. inst. 3, 2, 3. 3, 5, 4 *saep.*). PANEG. 2, 9 concordes et quod omni -e certius est, virtutibus fratres. 8, 2 *Galli* fratres populi Romani appellati sunt . . . olim iam -is nomine gloriati sunt. LACT. epist. 60 (65), 3 orti ab uno homine -is iure sociamur. PS. HIL. libell. 19 alienae -is affectu (RVRIC. epist. 2, 58 p. 438, 3). VIGIL. TRID. 3 -e germanus. DICT. 1, 3 ex -e comitibus. 1, 9. 2, 5. HIER. epist. 52, 5 -is castimoniaeque personae. RVFIN. Orig. in gen. 3, 3 p. 177^{A} in -e carnali (AVG. in psalm. 127, 12). AVG. civ. 15, 16 p. 93 ipsi inter se propter tam propinquam -em fratres vocantur et paene germani sunt. serm. ed. Maī 138, 3 nihil Christum de matris -e traxisse. in psalm. 127, 12 cognati eius ex virginis Mariae -e venientes . . . -bus terrenis. epist. 52, 4 quid enim prodest . . . -s temporalis si aeternam Christi hereditatem . . . contemnimus. OROS. hist. 3, 23, 65 haec sunt inter . . . socios -is societatisque commercia. 7, 7, 2 -is reverentia. VAL. CEM 12, 6 gradum parentelae aut necessitudinem -is. POMER. 3, 15, 2 propter affinitates aut -es. ENNOD. epist. 5, 10 p. 134, 11 patefacta -e. opusc. 4 p. 385, 22 -is lege. CASSIOD. var. 1, 4, 15. VEN. FORT. carm. app. 3, 31 non fuit ex longa -e propinquus (CORIPP. Ioh. 4, 1095). ISID. orig. 9, 6, 28 (*in stemmate stirpis humanae, saep.*). sent. 3, 53, 1 -is vel amicitiae favore . . . iudicium pervertunt. *in imagine*: STAT. silv. 5, 1, 137 quisnam impacata -e ligavit Fortunam Invidiamque deus? TERT. praescr. 32 pro -e doctrinae (*i. doctrina quae quasi ex eodem fonte manavit*).

cōnsāno, -āvī, -āre [*a* con *et* sanus *vel* sanare, *cf. c.* consanescere. *Th.*]. *i. q. sanare*: COLVM. 4, 24, 22 nec plagae -entur. 4, 29, 3 ut cicatricem -et. VLP. dig. 21, 1, 10 quamvis -verit (*sc. membrum corporis*).

(**cōnsānus**) NOT. Tir. 53, 27^{a}. **cōnsaplo** *v.* consipio.

cōnsarcino, -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* sarcinator *et c.* consarcire. *Th.*]. *i. q. consuere*: **1** *proprie*: APVL. met. 7, 5 centunculis disparibus et male -atis. AMM. 22, 9, 11 chlamydem huius coloris sibi -asse. 31, 2, 5 ex pellibus silvestrium murum -atis. **2** *translate*: GELL. 13, 25 (24), 19 in quo versu non oportet videri alterum verbum . . . extrinsecus additum et -atum. *i. q. comminisci, concoquere, machinari*: AMM. 14, 5, 6 crimina. 14, 9, 2 aemulis -antibus insidias (invidias *Petschenig*) graves. 28, 1, 12 ut congeminata potestas altiores -ret aerumnas. 29, 1, 25 quo ut -ante (*i. ementiente*) nimis ardua, morte multato. 30, 1, 2 -bant in hunc crimina. *part. adi.* **cōnsarcinātus,** -a, -um: AMM. 15, 5, 5 lectaque in consistorio astu callido -ā (*i. conflata*) materiā (*sc. epistularum*). 15, 5, 12 alia ex libidine -ae falsitatis adscripta. 16, 8, 4 suasit -is (*i. structis, fictis*) mendaciis. [*locus dubius* SEN. dial. 6, 22, 5 consecratur (consarcinatur *coni. Lipsius*) subscriptio]

cōnsarcio, -īre *a* con *et* sarcire. *i. q. consuere*: GELL. 2, 23, 21 trunca quaedam ex Menandro dicentis et -entis (consarcinantis *A*) verba tragici tumoris. IREN. 2, 14, 2 quasi centonem ex multis et pessimis panniculis -entes. *subst.* **cōnsarsum** plumatum vel acu[te] textum GLOSS. V 184, 26

cōnsario, -īre *a* con *et* sarire. *i. q. pastinare, concidere*: CATO agr. 48, 2 -ito glebasque conminuito. COLVM. 11, 3, 46 sulci omnes -endi, herbaeque eximendae. 11, 3, 57 ne minus ter -ito.

cōnsatelles, -itis *m. a* con *et* satelles. LVCIF. moriend. 9 p. 302, 28 primo tuos clientes efficere, deinde consatellites.

cōnsatio *v.* consitio. **cōnsatus** *v.* **1.** consero.

cōnsaucio, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* sauciare. RHET. Her.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 19, 26 celeri corpus vulnere -ari. SVET. Aug. 20 et crus et utrumque bracchium ... -atus (*cum acc. gr.*). Nero 26 praetoris caput -vit. VEG. mil. 1, 17 hostes equosque -ant. AMBR. hex. 6, 4, 19 *si quidem ursa* -ata vulneribus mederi sibi novit. HEGES. 4, 11 cum se ipsi -verint. *nota translatum usum i. q. inficere*: ARNOB. nat. 7, 17 ex odoribus morbidis regiones -are vicinas.

cōnsāvio(r) *v.* consuavio.

cōnscaplium *μετάφρενον* GLOSS. III 351, 2. 443, 38. 475, 2 *a* con *et* scap(u)lae. *cf. Funck, Archiv 8, 374.*

cōnscarīfat *καταξύει* GLOSS. II 112, 6 (conscarificat *ce*). *a* con *et* scarifare.

cōnscelerātus, -a, -um [*cf. c.* sceleratus. *Th.*]. *superl.* CIC. S. Rosc. 67 Catil. 3, 16 AVG. civ. 1, 9. *i. q. nefarius, impius, facinorosus sim.* **1** *de hominibus*: CIC. S. Rosc. 67 poenas a -issimis filiis repetant *Furiae.* Verr. 2, 90 *Verrem* piratam ipsum -um fuisse. Cluent. 193 matris. Sest. 76 latronum. Cael. 1 seditiosis -isque civibus (Phil. 13, 1 impiis civibus -isque). AVG. c. Adim. 15 p. 156, 24 -um et nefarium esse arbitrabantur. **2** *de rebus*: CIC. Verr. 2, 37 proditio. Cluent. 29 nefarium et -um voltum. 191 illa -a exsectio linguae. Catil. 2, 19 mente -a ac nefaria (LIV. 8, 18, 11 captisque magis mentibus quam -is). 3, 16 -issimi periculosissimi belli. Sull. 28 *voluntates* -as ac nefarias. 29 furorem. dom. 76 -a illa vis. Cael. 14 -s impetus. Pis. 46 homines. CVLEX 375 -ă pia discernis vincula sede. COD. Theod. 2, 10, 4 (*a. 329*) -is (*i. improbis*) depectionibus. AVG. civ. 1, 9 p. 15 vita contaminatissima et -issima. c. Parm. 1, 3, 4 hinc probari -um fuisse orbem terrarum. *substantivi vice*: CIC. dom. 6 -orum ac perditorum manu. Pis. 46 has esse in impios et -os poenas. LIV. 2, 37, 9 -os contaminatosque ... abactos esse. TAC. ann. 15, 55 incusat ultro intestabilem et -um. AVG. in euang. Ioh. 88, 4 ipsis -is favet. *i. q. sceleris participes, socii*: LVCIF. Athan. 1, 34 p. 126 quid aliud essemus, si fecissemus ... nisi -i tui. reg. apost. 11 p. 61, 7 -is tuis. AVG. c. Petil. 1, 2, 3 qui diu apud ipsos -i latuerunt et postea proditi.

cōnscelero, -āvī, -āre [*cf. c.* consceleratus *et c.* scelerare. *Th.*]. *i. q. foedare, contaminare*: CATVLL. 67, 24 dicitur et miseram -asse domum. PS. CIC. ad Oct. 9 nomen nobile -atum impudicitia. OV. met. 7, 35 cur non ... oculosque videndo -o? LIV. 40, 8, 19 -ate aures paternas. ITALA Soph. 3, 4 (Tycon. 4 p. 42, 26) profanant sacra et -ant legem (*βεβηλοῦσι τὰ ἅγια καὶ ἀσεβοῦσι νόμον*, VVLG. iniuste egerunt contra legem). *Gudeman.*

✖**cōnscendo,** -ī, -sum, -ere [*a* con *et* scandere. *Th.*]. PRISC. gramm. II 438, 21 scando -o. conscensurus: LIV. 24, 26, 6. 44, 35, 14 frg. 16 HIER. epist. 51, 5. DIFF. ed. Beck p. 39, 101 inter ascendere et -ere: ascendere est incohatio laboris; -ere paene consummatio; ita alterum initium dat, alterum finem. GLOSS. *συναναβαίνω, ἀνέρχεται.*

I *proprie*: **A** *generaliter*: **1** *seq. acc.*: LVCIL. 984 inluvies scabies oculos huic deque petigo -ere. CARM. frg. Isid. orig. 1, 36, 3 aligeros -it equos (BELL. Hisp. 13, 2 VERG. Aen. 12, 736 OV. met. 14, 820 LIV. 1, 57, 7. 25, 18, 6. 12. 29, 2, 16. 35, 11, 6. 40, 28, 5. 42, 7, 6 VAL. MAX. 3, 2, 2. 5, 6, 2 CVRT. 5, 13, 15. 10, 8, 4 PLIN. epist. 9, 15, 3 SVET. Cal. 51 IVST. 31, 2, 3). CATVLL. 64, 126 praeruptos ... montes (PROP. 1, 6, 3 cum quo Rhipaeos possim -ere montes. SEN. nat. 1, 5, 3 qui montium summa -unt. LVCAN. 8, 372 aspera -et montis iuga. ITALA Matth. 5, 1 [Hil. in Matth. 4, 1; *ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος*, VVLG. ascendit in montem]. 14, 23 [Hil. in Matth. 14, 13] SPART. Hadr. 13, 3. VVLG. deut. 32, 50 [*ἀναβαίνεις*; ITALA Lugd. ascendis]. SVLP. SEV. chron. 1, 17, 2. 1, 19, 2). LVCR. 6, 47 semel insignem -ere currum (PROP. 2, 18, 13. LIV. 38, 47, 4 currum triumphalem me -ere. 45, 1, 7. MANIL. 5, 10 aethereos iussus -ere [descendere *b*, -ere *cett. codd.*] currus. VAL. MAX. 9, 1 ext. 7. 9, 10 ext. 1. CVRT. 5, 10, 12 pristino more. LVCAN. 1, 48 flammiferos Phoebi -ere currus). CAES. Gall. 5, 39, 3 nostri celeriter ad arma concurrunt, vallum -unt (LIV. 10, 5, 10 pars magna aggerem vallumque -it. VAL. MAX. 1, 8, 6 *scalis* admotis vallum -it). VERG. Aen. 1, 180 Aeneas scopulum interea -it et omnem prospectum late pelago petit (GLOSS. V 477, 55 conscindit late[t]: ascendi⟨t⟩ in immensum. STAT. silv. 2, 2, 101 -it scopulos ... Nereis). 1, 381 bis denis Phrygium -i navibus aequor (*cf.* SPART. Pesc. 8, 6). 4, 646 altos furibunda rogos (VAL. MAX. 2, 6, 14 LVCAN. 3, 241 ARNOB. nat. 3, 27. IVST. 18, 6, 7 pyram. DRAC. Romul. 10, 107. laud. dei 3, 510 -it mors viva rogos. 3, 515 *pyram* pedibus ... suis). 8, 97 sol medium caeli -erat igneus orbem. CIRIS 50 tenui -ens sidera pinnā. PANEG. in Mess. 171 *didicit* lenta excelsos vitis -ere ramos. OV. met. 3, 299 maestissimus altum aethera -it (STAT. silv. 3, 1, 7 CLAVD. 21, 141). 3, 615 quo non alius -ere summas ocior antemnas prensoque rudente relabi. MANIL. 3, 328 ubi -es orbem. SEN. contr. 9, 2, 14 tribunal -erit (VAL. MAX. 5, 7 ext. 2 SEN. dial. 3, 18, 4 TAC. hist. 4, 25 SVET. Tib. 17 Galba 10 VOPISC. Car. 13, 2). GERM. 583 quod si ... occulet ... signum -ens vertice caelum altus Athos. frg. 4, 144 magni cum regna Tonantis ingrediens pecudis -erit (*Mercurius*) aurea terga. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 femina inter quietem opinione sua caelum -it. 2, 9, 5 quam ... impudenter Duronius rostra -it (3, 7, 1e QVINT. decl. 329 p. 296, 5 FLOR. epit. 3, 14, 4 PANEG. 11, 29. CLAVD. 24, 201 tuae -ant rostra secures). 3, 2, 6 primus moenia eius -it. SEN. Med. 973 excelsa nostrae tecta -am domus (APVL. met. 3, 17 tectum scandulare -it). epist. 104, 18 non vehiculum navemque -it (FRONTO p. 32, 16. 50, 26 N.). LVCAN. 4, 32 luce nova collem subito -ere cursu. PLIN. nat. 8, 26 propinquas itineri eorum -unt arbores. VAL. FL. 1, 410 discat eques placidi -ere terga magistri (*i. Chironis*). 2, 444 sol aetherias medius -erat arces. SIL. 3, 510 dominantis moenia Romae credite vos summumque Iovis -ere culmen. STAT. Theb. 7, 241 trepido ... agmine matres -unt muros (VOPISC. Prob. 6, 1 VEG. mil. 4, 26). QVINT. decl. 345 p. 363, 1 arcem -i (AVIEN. orb. terr. 1377 victor -it verticis arces). PS. QVINT. decl. 5, 10 pro duobus maria -i (QVEROL. p. 18, 12). FRONTIN. strat. 3, 3, 2 munimenta. APVL. met. 4, 12 cubiculum. 4, 13 proximam -imus civitatem. 5, 20 postquam ... cubile solitum -erit. LAMPR. Alex. 57, 4 pedes Palatium -it. IVL. VAL. 1, 4 -so lectulo. EVTR. 7, 13, 4 -enti Capitolium (CLAVD. 24, 33 cum Capitolia curru ... Paullus -ret). AVIEN. ora 229 multus tumor (*Hudson*, timor *codd.*) -it auras. AVSON. 397, 8 vel celerem mannum vel ruptum terga veredum -as. 403, 13 sed cisium aut pigrum cautus -e veredum. DAMAS. epigr. 2, 13 -it raptus martyr penetralia Christi. 53, 8 cupiens caeli -ere lucem. SERV. Aen. 8, 728 fluvius Armeniae, quem pontibus nisus est Xerxes -ere. georg. 1, 366 cum vehementior ventus altiora -erit. VEG. mil. 4, 25 ut . . loca superiora -ant. HIER. epist. 51, 5 diabolum -urum regna caelorum. 108, 31 *Paula* de parvula Bethlehem caelestia regna -ens. VVLG. Ioel 2, 9 domos -ent (*ἀναβήσονται*). PAVL. NOL. carm. app. 3, 225 deus ex homine (*Christus*) -it caelum. PAVL. MED. vita Ambr. 20 cacumen tecti. ZACCH. 1, 23 humor radicibus tentus celsa -it *arborum.* MART. CAP. 2, 139 ut refectior caelum sublimisque -as. 2, 169 postquam centum viginti sex milia stadiorum aeria subvecti levitate -erant. 5, 429 ut post ... immeritas ... mortes virtute astra -rent. SIDON. carm. 2, 208 -itque senum puer ipse curulem. DRAC. Orest. 890 -ere patres templum. MEROB. poet. 17 Gallia ... aerii -ens ardua montis. **2** *absolute*: **a** *additur quo*: in: LVCR. 5, 1297 armatum in equi -ere costas. OV. met. 6, 222 in equos. VAL. MAX. 9, 12, 7 in (*del. Halm*) maenianum -it. LVCAN. 2, 609 tutas -it (*VG*, concessit *al.*) Magnus in arces. 3, 379 proxima pars urbis celsam -it (*MB*, consurgit *al.*) in arcem. PETRON. 116 in montem sudantes -imus. GELL. 2, 10, 2 ut pluribus gradibus in aedem -retur. TERT. bapt. 19 in caelos. HIER. epist. 39, 1 *postquam anima* in antiquam possessionem diu peregrinata -it. VVLG. Is. 14, 13 in caelum -am (*ἀναβήσομαι*). ad: VVLG. Ios. 2, 16 ad montana -ite (*ἀπέλθετε*, ITALA Lugd. ite). 8, 20 videntes fumum urbis ad caelum usque -ere (*ἀναβαίνοντα*, ITALA Lugd. ascendentem). 17, 16 non poterimus ad montana -ere. 18, 12 contra occidentem ad montana -ens (*ἀναβήσεται*, ITALA Lugd. ascendent). MART. CAP. 2, 171 ad lunam -erat. IORD. Get. 13, 101 ad Eusciam, id est Novas, -it (consedit *Mommsen*). MARCELL. chron. p. 103, 532 ad invadendum -unt palatium. *acc. loci*: CASSIAN. conl. 16, 12 se asserat Hierosolymam -isse. **b** *add.* unde: VVLG. gen. 41, 18 septem boves de amne -ere (*ἀνέβαινον*). Ios. 15, 15 inde -ens (*ἀνέβη*, ITALA Lugd. ascendit) venit ad ... Dabir. iud. 6, 8 ego vos feci -ere (*ἀνήγαγον*, ITALA Lugd. adduxi) de Aegypto. 8, 8 inde -ens (*ἀνέβη*, ITALA Lugd. ascendit) venit in Phanuel. 11, 16 quando de Aegypto -erunt (*ἀναβαίνειν*, ITALA Lugd. in ascensu). 20, 40 quasi columnam fumi de civitate -ere. Ier. 48, 44 qui -erit de fovea. PRISC. periheg. 45 unde tamen primo -it lumine Titan. MARCELL. auct. chron. II p. 106, 540, 6 Placentiam a Ravenna -it. **c** *absolute nullo termino addito*: BELL. Hisp. 3, 6 iubet binos equites -ere. PLIN. nat. 8, 158 Centaretum potitum equo *Antiochi* -isse ovantem. GELL. 12, 5, 15 perventum est ad vehiculum et -imus. CAPITOL. Maximin. 30, 6 subito per publicum veniente vehiculo Antonini Caracalli ... -it et sedit. VOPISC. Aurelian. 24, 1 qua posset Aurelianus cultus ascendere, ille -it. VVLG. I reg. 9, 13 ergo -ite (*ἀνάβητε*). RVFIN. hist. mon. 11 p. 430^{c} *crocodilus* dorsum suum ad vehendum placide praeparavit: prior ipse -ens invitat et presbyterum. MART. CAP. 2, 145 praecedit ilico -entem Musarum ... pompa.

I ***sacrum reddere*:** **A** *dis dedicare*: **1** *proprie*: *dono dare*: PAVL. FEST. p. 70 delicata dicebant dis -ata, quae nunc dedicata. FEST. p. 278 sacrum aedificium -atum deo. p. 321 Gallus Aelius ait sacrum esse ⟨quod⟩ quocumque modo atque instituto civitatis -atum sit, sive aedis sive ara sive signum sive locus sive pecunia sive quid aliud quod dis dedicatum atque -atum sit. *cf.* GAIVS inst. 2, 4 *sqq.* MARCIAN. dig. 1, 8, 6, 3 VLP. dig. 1, 8, 9, 2. 3. DIFF. gramm. VII 522, 13 dedicatum et -atum: dedicatur deo, -atur quasi sanctum constituitur; hoc est dedicatur deo, -atur quod profanum sit. SISENNA hist. 100 quo voto damnati fetum omnem dicuntur eius anni statim -asse. VARRO frg. Non. p. 227 a quibus postea id aurum et torques aureae multae relatae Romam atque -atae. CIC. Verr. 5, 67 *candelabrum* dare donare dicare -are Iovi Optimo Maximo testemque ipsum Iovem suae voluntatis ac religionis adhibere (*cf.* CORP. XII 1549 ⟨ita⟩ dico ita testor ita conse⟨cro⟩). Arch. 27 Martis manubias Musis. dom. 137 in loco augusto -atam iam aram tollendam (140 qui ... aram aliquam in litore deserto somniis stimulatus aut religione aliqua -ret. nat. deor. 3, 63 div. 1, 101. 2, 69. SALL. Iug. 79, 10 Philaenis fratribus aras. MON. Ancyr. 2, 30 [*βωμὸν Τύχης ... ἀφιέρωσεν*]. 2, 39 áram ⟨Pacis Augu⟩st⟨ae. FEST. p. 297. 376 VAL. MAX. 4, 5 praef. *al.* INSCR. Revue archéol. 4. sér. IV, 1904, p. 446 n. 166 aram -vit et votum reddidit. CORP. IX 4852. VIII 8426 *al.*). CIC. leg. 2, 5 cui (*patriae*) nos totos dedere et in qua nostra omnia ponere et quasi -are debemus. 2, 45 ne quis iterum idem -ato (*Plato leg. 955ᴱ μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς*). LIV. 2, 41, 10 peculium filii Cereri (VAL. MAX. 5, 8, 2). CORP. I² p. 189 n. IV spolia opi⟨ma⟩ Iovi Feretrio. MON. Anc. 4, 25 don⟨a ex⟩ manibiís (VAL. MAX. 2, 10, 2 *dona* deorum immortalium numini. GELL. 2, 10, 3 alia quaedam religiosa e donis -atis. VLP. dig. 24, 1, 5, 12). SEN. suas. 5, 4 -atis virtutis suae operibus (*i. tropaeis*). contr. exc. 4, 4 arma dis Manibus (CALP. decl. 15 -ata iam dudum arma deposui). VAL. MAX. 3, 2, 4 spolia (3, 2, 6. 7, 6, 1). 6, 1 pr. prisca religione -atos Vestae focos. SEN. benef. 7, 29, 1 numquid quae -vimus perdidisse nos dicimus? inter -ata beneficium est ... bene collatum. dial. 1, 5, 2 ut homines pecuniam cum in templis -erint, videant in fornice. epist. 95, 72 paupertatem in Capitolio -are (*de publica cena frugalissime a Tuberone data*). 115, 11. MELA 2, 26 Protesilai ossa delubro. PLIN. nat. 7, 119 tria praecepta *Chilonis* Delphis -ando aureis litteris. 18, 294 si ... uva picta -etur inter vites. PLIN. epist. 10, 75, 2 opera facienda, quae honori tuo (*i. Traiani*) -rentur. SVET. Aug. 7 quod loca ... religiosa et in quibus augurato quid -atur augusta dicantur (*cf.* ISID. orig. 9, 3, 16). Nero 12 barbam primam ... Capitolio -vit. APVL. mund. 25 *Iovem* in arduis arcibus habere solium -atum. CORP. II 4282 (*in arcu*) ex testamento ... -atum. XI 1322 (*a. 200*) Iovi O. M. ... optio -vit, item dedicavit. 4174 dedicavit et -vit (X 3867 [*saec. IV in.*] -vit ac dedicavit. XIII 1751 bucranium suo inpendio. VLP. dig. 17, 2, 63, 10 *res* -ata publicatave. TERT. idol. 10 ipsam primam novi discipuli stipem Minervae et honori et nomini -at *ludi magister*. SERV. Aen. 8, 279 apud antiquos ... etiam mensam cum aris mos erat -ari quo die templum -batur (*ibid.* dedicare). CORP. VI 16033 ollarum quae in his aedificiis insunt et -atae sunt (*cf.* 35274). III 12495 (*a. 142 p. Chr.*) Cladius Posidoni -v⟨it⟩. V 5227 Matronis ...-vit Arvius. VIII 9257. *locos*: CIC. Verr. 5, 106 insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae -atam. Catil. 4, 2 campus consularibus auspiciis -atus (SVET. Iul. 20 campum Stellatem). or. frg. A VII 48 montem illum, qui hodie mons sacer nominatur ... aeternae memoriae causa -rent (FEST. p. 318. VAL. MAX. 2, 2, 9 montem Palatinum). leg. 2, 22 ne quis agrum -ato (LIV. 2, 5, 2). CATVLL. frg. 1, 1 hunc lucum tibi dedico -oque Priape (VAL. MAX. 1, 1, 19 -atum templo *Aesculapi* lucum. TAC. Germ. 9 lucos et nemora. APVL. apol. 56 nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus aut lucus -atus. CORP. XIII 8706 aram et ⟨l⟩ucum). LIV. 1, 44, 4 *locum* certis circa terminis inaugurato -bant (FEST. p. 356 PLIN. nat. 7, 121. PLIN. epist. 10, 70, 3 locum ... exedra et porticibus amplecti atque tibi [*i. Traiano*] -are. CORP. V 7747 locus dis Manibus -atus. IX 3107. XIV 1190. III 14386ᵈ C. Tittius ... qui statuas Solis et Lunae -vit, locum ⟨i⟩nter eas medium ad statuam Victori⟨ae⟩ auro inluminatam ... ⟨col⟩locandam consacr.). LIV. 1, 44, 5 termini hi -ati. FEST. p. 157 *mundi* inferiorem partem veluti -atam dis Manibus. CVRT. 4, 7, 16 ad sedem -atam deo ventum est (CORP. X 1804 sedem aeternam karissimi fili dis Manibus -vit). MELA 2, 41 Eleusin Cereri -ata. 2, 98. MART. 9, 101, 2 Appia *via* quam ... Caesar -at. CORP. X 444, 23 (*aet. Domitiani*) cum pro salute optum⟨i⟩ principis et domini i(nfra) s(cripti) fundi -at⟨i⟩ sint. III 567 regionem. 586 consaeptum -atum Neptuno. APVL. flor. 1 p. 4 colliculus saepimine -atus. AMPEL. 9, 3 *Soli* Aegyptus est -ata. AMM. 15, 10, 9 *Hercules* Monoeci arcem et portum ad perennem sui memoriam -vit. CORP. VI 12772 dis Manibus Attiae ... agrum sive hortum ... -erunt. *aedificia sim.*: CIC. dom. 51 te meam domum -asse. 105. 119. 125 tua domus et quidquid habet aliud Cereri est -atum. 127 esse legem, quae vetet iniussu plebis aedis, terram, aram -ari. *ibid.* ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium -rentur. 128 quia -bantur aedes, non privatorum domicilia sed quae sacrae nominantur, -bantur agri, non ita ut nostra praedia, si qui vellet, sed ut imperator agros de hostibus captos -ret. 132 har. resp. 9. ASCON. Pis. p. 14 *domus Ciceronis* diruta atque incensa erat et -ata. PLIN. nat. 35, 27 *curiam* in comitio. SVET. Aug. 5 ut ea pars domus -retur (*syn.* deo donare). CORP. XIII 3107 deo Vol⟨kano⟩ porticum. TERT. spect. 12 pluribus et asperioribus nominibus amphitheatrum -atur quam Capitolium. CORP. III 1006 Fortunae sacrum ... perfecto a solo balneo -vit (*cf.* 7380 [*a. 55 p. Chr.*] aquam in eius balnei usus perduxerunt et -arunt). X 8318 exstruxit consecra⟨vitque⟩. *cf.* GLOSS. II 112, 25 -vit *καθίδρυσεν*. *templa sim.*: CIC. Verr. 1, 14 delubra omnia sanctissimis religionibus -ata. nat. deor. 3, 88. rep. 3, 14 delubra magnifica humanis -ata simulacris. LIV. 1, 55, 2 exaugurare fana sacellaque quae aliquot ibi ... vota, -ata inauguratoque postea fuerant. 31, 30, 6. PAVL. FEST. p. 95 fana quod fando -antur *al.* VAL. MAX. 1, 1, 8 templum Honori et Virtuti. 8, 14, 2 ex manubiis. CORP. XIII 4128 aedem cum suis ornamentis (SVET.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aug. 29 Tonanti Iovi aedem). *adde*: CORP. VIII 9293 in solo ... mausolaeum -vit. *ecclesias sim.*: LIB. pontif. p. 3,11. 73,4. 5. 133,15 *al.* SIDON. epist. 4,15,1 baptisterium. *adde* PRVD. cath. 4,17 pectora ... quae templi vice -ata rident. *statuas sim.*: CIC. Verr. 5, 4 hunc marmoreum Cupidinem quod erat -atus non attigit. 5, 128 Aristaeus una cum Libero patre apud illos eodem erat in templo -atus. 6,185 *Dianae* simulacrum ... bis apud Segestanos -atum, semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoria. nat. deor. 3, 61 div. 1, 46 leg. frg. 2. CAES. civ. 3, 105, 5 Caesaris statuam. LIV. 39, 18, 7 si qua ibi vetusta ara aut signum -atum esset. SEN. contr. 9, 4 (27), 10 funestas tyranni imagines inter effigies deorum immortalium. CORP. III 6786 (*in basi*) divum Augustum. 7260 Dianam. X 7501 (*in basi*) Cereri Iuliae Augustae ... -vit. VAL. MAX. 1, 8, 4. 8,15,12. SEN. dial. 6, 22, 5 supra cineres Cn. Pompei constitui Seianum et in monumentis maximi imperatoris -ari perfidum militem. STAT. silv. 3 praef. SVET. Galba 4. CORP. X 6308 signum Silvani. IX 1095 (*Aeclani*) Herculi Aeliano sacrum, quem -vit Sammius. XIV 28 Liberum Patrem in aria sua -vit. 2088 (*a. 136 p. Chr.*) statuam ... fieri et -ari iussit ex auri p. *tot.* FRONTO p. 8, 8 N. (*syn.* dicare). VENVL. dig. 48, 4, 6. MIN. FEL. 27, 1. 29, 6 ligneos deos -atis. TERT. nat. 1, 12 lignum (*syn.* dicare). idol. 3 ne quis putet id solum idolum habendum quod humana effigie sit -atum. SERV. Aen. 10, 875 altus Apollo ... quia in excelso loco -atus est. CORP. II 4512 omnes (*sic*) Asia concessam beneficio principal(i) statuam -vit. *nota* III 7075 (*in basi*) statuis inauratis honor⟨atum⟩ -vit. *mortuis*: CORP. XII 1657 d. m. liberorum ac coniugibus Publici Calisti et ipsius -atum. III 6042 coniugi ... Dioscorus -vit. X 539 dignissimo filio ... consecraberunt. 2184 fratri pro piaetati -atu(m). 1807 dis Manibus ... -ávit (XIV 1193. 1698). *homines*: CIC. Cluent. 43 Martiales quidam Larini appellabantur, ministri publici Martis atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium -ati. AVG. civ. 7, 26 de mollibus eidem Matri Magnae ... -atis. *cf.* VVLG. lev. 18, 21 de semine tuo non dabis, ut -etur idolo Moloch (*οὐ δώσεις λατρεύειν*). *cf.* HIER. in Is. 25, 9 p. 343 AVG. quaest. hept. 4, 52 APRING. in apoc. 2, 14 *sim.* TERT. spect. 9 russeum *aurigam* alii Marti, alii album Zephyris -erunt. *bestias*: FEST. p. 181 quadrigas Soli -atas. SVET. Iul. 81 equorum greges quos ... -arat ac vagos et sine custode dimiserat. *sacrificia*: SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 714 *Isidi* per imprudentiam agnae hostia -ata. *cf.* VVLG. IV reg. 16, 3 filium suum -vit, transferens per ignem secundum idola gentium. 17, 17 *al.*

2 *exsecrari, devovere*: CARM. devot. Macr. sat. 3, 9, 10 uti vos eas urbes agrosque capita aetatesque eorum devotas -atasque habeatis ollis legibus, quibus quandoque sunt maxime hostes devoti. CIC. dom. 123 bona cuiuspiam (124. 125. LIV. 8, 20, 8 bona Semoni Sanco. 43, 16, 10 PLIN. nat. 7, 144. QVINT. decl. 324 p. 275, 15 sacrilegi bona templo -entur). Balb. 33 cum caput eius qui contra fecerit -atur (LIV. 3, 48, 5 te, Appi, tuumque caput sanguine hoc -o. PLIN. paneg. 64, 3 quibus *verbis* caput suum, domum suam, si sciens fefellisset, deorum irae -ret). har. resp. 7 esse se iam -atum Miloni (*in imag.*). leg. agr. 1, 5 veterem Carthaginem. 2, 51. *cf. p. 380, 68.* FLOR. epit. 1, 13, 9 devovente pontifice dis se manibus -ant. AVG. civ. 5, 18 si se occidendos certis verbis quodam modo -antes Decii devoverunt.

B *apud christianos*: *deo offerentem sanctificare*: **1** *aliquid*: VVLG. exod. 40, 11 omnia unctionis oleo -bis, ut sint sancta sanctorum. lev. 7, 30 cumque ambo (*adipem hostiae et pectusculum*) oblata domino -erit, tradet sacerdoti. 8, 9 laminam auream -atam (*καθηγιασμένον*) in sanctificatione. 22, 2 ut caveant ab his, quae -ata sunt filiorum Israel, et non contaminent. nomen sanctificatorum mihi, quae ipsi offerunt. 22, 3. 23, 12 in eodem die quo manipulus -atur (23, 11 sanctificabit). num. 6, 12 IV reg. 12, 18 *al.* PALLAD. hist. mon. II 10 p. 363[D] oblationem -are (*gr. p. 54, 19 Butl. λειτουργῆσαι*). *de ipso deo*: SACR. Leon. p. 353 -a, domine, quae de terrenis fructibus nomini tuo dicanda mandasti. HIER. epist. 64, 2 mentibus -atis deo. 123, 18 suam domino animam. 130, 2 hostiam vivam aeternae pudicitiae. AVELL. p. 9, 25 fidem suam ac devotionem Christo deo. ZACCH. 3, 6 praecipue cum *continentes* dei reverentiae dedicati humanam -ent voluntatem. *nota*: VVLG. Ios. 6, 24 quae in aerarium domini -arunt (*ἔδωκαν εἰσενεχθῆναι*). VVLG. I par. 26, 27 quae -erant ad instaurationem et supellectilem templi domini. II par. 2, 4 ut aedificem domum nomini domini dei mei, ut -em eam ad adolendum incensum. HIER. epist. 78 mans. 15 in aeternam memoriam virens siccitas *virgae Aaronis* -atur. *i. q. missas celebrare v. infra p. 385, 8.* **2** *aliquem*: TERT. ieiun. 9 *abstinentia vini* Samuelem deo voverat et Aaronem -arat. AMBR. Ios. 3, 13 *patriarchae* excusantur a culpa et revelationis munere -antur. VVLG. exod. 13, 12 quidquid habueris masculini sexus, -bis (*ἁγιάσεις*) domino. num. 6, 2 vir sive mulier cum fecerint votum, ut sanctificentur et se voluerint domino -are (HIER. epist. 24, 3). 8, 13 *Levitas* -bis oblatos domino. iud. 16, 17 Nazaraeus, id est -atus deo (*ἅγιος θεοῦ*) sum de utero matris meae. II par. 17, 16. Sirach 49, 9 qui a ventre matris -atus est propheta. HIER. epist. 24, 2 honore futurae beatitudinis -atur. AVG. civ. 10, 3 ab omni ... labe mundamur et eius (*sc. dei*) nomine -amur. 10, 6 ipse homo dei nomine -atus et deo votus ... sacrificium

est. RVFIN. hist. 2, 1, 13 *Filippus* velut quasdam eum (*Aethiopem*) deo primitias omnium -at nationum. HEGES. 5, 18, 3 -ari parvulos suos, non interfici (FAVST. REI. grat. 2, 3 p. 65, 5 non *pueros Bethleemiticos* praedestinatio morti addixit, sed causae occasio -vit. serm. 28 p. 336, 10). *cf.* SVLP. SEV. dial. 2, 4, 9 in campo, ubi solerent martyres -ari. VICTRIC. 28 *fides* ... martyres in exemplum dominicae mortis exhibet -atos. *sacerdotes*: VVLG. exod. 28, 41 cunctorum -bis manus sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur *mihi*. 29, 1 ut mihi in sacerdotio -entur. lev. 8, 12 unxit eum et -vit (*ἡγίασεν*). 21, 7 quia -ati sunt *sacerdotes* deo suo. num. 3, 3 qui (*sacerdotes*) uncti sunt et quorum repletae et -atae manus ut sacerdotio fungerentur (*οὓς ἐτελείωσαν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἱερατεύειν*). II par. 26, 18 *sacerdotes* -ati sunt ad huiuscemodi ministerium. RVFIN. hist. 1, 3, 7 pontifices unguento chrismatis apud Hebraeos -bantur. 1, 3, 8 symb. 6. BACHIAR repar. laps 4 p. 1040[B] adhuc nec levitae sanctificati erant nec pontifex -atus. *adde* AVG. civ. 17, 10 omnes reges mystico illo chrismate -ati. *episcopos*: ANON. Vales. 12, 65 -ati enim fuerant ambo (*Symmachus et Laurentius*). PAVL. NOL. epist. 7, 2. AVELL. p. 150, 18 persona, quam ... Antiochensibus ... antistitem -asti. SIDON. epist. 4, 25, 4 hunc ... collegam sibi -vere. ALC. AVIT. epist. 75 p. 91, 23 in -andis episcopis. ENNOD. epist. 5, 1, 1 p. 123, 5 dum ... verba dirigitis in Aquileiensis electione pontificis et divinis initiata cultibus lingua militat -ando. opusc. 3, 40 p. 340, 26 -andus antistes. 3, 41 p. 341, 11 (*ibid.* initiandos). IVLIAN. epit. novell. 27, 1 *al.* *virgines*: PS. AMBR. de lapsu virginis -atae. SVLP. SEV. Mart. 19, 2. ENNOD. opusc. 3, 76 p. 350, 9 sororem. COD. Iust. 1, 3, 53, 3 CONC. Aurel. a. 538 p. 79, 4. PASS. Thom. p. 139, 17 sponsam suam Pelagiam nomine sacro velamine -vit. INSCR. christ. rev. arch. 4 sér. VIII 1906 p. 209 -atae virginitatis ... victricia portantes tropea. *monachos*: IVLIAN. epit. novell. 4, 5 si quis in monasterio se -erit (NOVELL. Iust. 5, 4 dicatus, *ἑαυτὸν καθιερώσας*). 4, 8.

C *translate*: **1** *sacrare*: *aliquid*: FLOR. epit. 1, 1, 8 munitionem urbis novae sanguine suo -vit *Remus*. TERT. anim. 17 *Christus* vinum in sanguinis sui memoriam -vit. PANEG. 12, 47 privatas aedes divinis vestigiis. AMM. 29, 1, 29 mensulam imprecationibus carminum secretorum choragiisque multis ac diuturnis. AMBR. exc. Sat. 1, 5 fletus ... qui universorum est affectibus -atus. AVG. in psalm. 113 serm. 2, 6 instrumenta et vasa ... quae ipso ministerio -ata sancta dicantur. MART. CAP. 2, 140 libros *Philologiae* manu contingens ac dinumerans -bat *Apotheosis*. AVELL. p. 32, 24 piam doctrinam sub Christi nomine -atam humanis appellationibus denotare. CASSIOD. inst. div. 14 p. 1126[B] qui numerus (75) duobus miraculis -atur. *c. dat.*: VVLG. exod. 32, 29 -astis manus vestras hodie domino (*ἐπληρώσατε*). *nota de praecantationibus*: DAMIG. lapid. 3 hunc lapidem adeptus include in cote argentea et -atum porta. 6. 7 *al.* *aliquem*: QVINT. inst. 12, 11, 7 cum *orator* iam secretus et -atus, liber invidia, procul contentionibus famam in tuto collocarit. PANEG. 11, 28 dignatos ⟨nos⟩ osculo oris illius divinis afflatibus -ati. 12, 20 ille cohonestatus affatu, ille mensa beatus, ille osculo -atus est. AVSON. 419, 83 *ut* praeceptorem tuum, quem ... liberali largitate ditaveras, Augustae dignationis officiis -res. PETR. CHRYS. serm. 70 p. 399[A] *deus* homines dei -vit in filios. CORP. VII 80 cum vellint (*sc. Iuppiter et Volcanus*) me -atum conserva⟨re⟩ promisi denarios s⟨e⟩x pro voto. *de mysteriis*: ARNOB. nat. 5, 21 in *mysteriis* aureus coluber in sinum demittitur -atis. FIRM. math. 3, 10, 3 qui religionibus homines initient et -ent. RVFIN. hist. 4, 11, 5 secretis quibusdam carminibus ... eum qui introducitur -antes. *de baptismate*: AVG. in psalm. 134, 33 credunt *rusticani*, -antur, clericos sibi ordinari exigunt. LEO M. epist. 3, 3 tunc ergo ... cum presbyter ... baptizandi horam requireret, usque ad lucem aqua non veniente, non -ati qui baptizandi fuerant, recesserunt. 166, 1. PASS. Barth. p. 143, 9 vos omnes ... Christi baptismate -bo. PASS. Thom. p. 101, 18 baptismatis gratia *al.* *de sepultura*: CORP. VIII 5846 sub hoc sepulchro -ati. II 2243 libertum ... hic -vit. X 1762 quos Artema karissimos sibi una secum -atos Manibus suis esse voluit. *adde* MELA 3, 84 *phoenix renatus* ossa pristini corporis ... memorando funere -at. **2** *alicui dare, ascribere, destinare*: CIC. Tusc. 3, 1 cur ... corporis curandi tuendique causa quaesita sit ars atque eius utilitas deorum immortalium inventioni -ata. 2, 5 ii qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et -ati sunt. SEN. benef. 7, 1, 7 si animum virtuti -vit. PLIN. nat. 28, 116 sinistrum *armum chamaeleonis* quibus monstris -et *Democritus*, ... pudet referre. RVFIN. hist. 2, 17, 19 sapientiae studiis semet gestiunt non solum animo, sed et corpore -are. 3, 37, 2 animas suas verbo dei (*sc. praedicando*). PRVD. c. Symm. 1, 565 Christo se -asse regendos (AVELL. p. 44, 14 tam piissimum imperatorem et Christo deo divino ac plenissimo timore -atum. *cf.* AVG. civ. 6, 12). HIER. epist. 117, 4 *mater* te sponso tuo virginem -vit. MART. CAP. 5, 436 *Tullius* etiam ipsius artis praecepta commentus libros quam plures saeculorum usibus -arit. HOR. carm. 4, 8, 27 ereptum Stygiis fluctibus Aeacum virtus et favor et lingua potentium vatum divitibus -at insulis. AMBR. Iac. 1, 6, 25 ut te divinis insereret, caelestibus -ret deus. RVFIN. hist. 2, 17, 9 -ata orationi domus (*Philo p. 475, 14 ἱερόν*). AVG. civ. 2, 6 loca talibus aliquando conventiculis -ata. *nota*: ITALA Matth. 10, 28 (Tert. scorp. 9) illi potius metum -andum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(φοβεῖσθε, VVLG. timete eum). *seq.* ad: HIL. in Matth. 25, 1 templum aeternum ad habitationem sancti spiritus -batur (*sc. homo*). *seq.* in *c. accus.*: CORP. III 14195[1] *sq.* (*Ephesi, a. 104 p. Chr.*) ob quarum *basium* dedicationem in sortition⟨em⟩ gerusiae -vit sestertia *tot* (*καθιέρωσεν δὲ καὶ εἰς κληρὸν τῆς γηρουσίας*). *cf.* 14195[9] constituit pecuniam, ut ex usuris . . . accipiant). HIL. in Matth. 31, 7 fundendum in remissionem peccatorum corporis sui sanguinem -erat. *seq.* in *c. abl.*: ENNOD. epist. 1, 1, 3 p. 2, 3 rudimenta facundiae tuae in amici, quantum aestimas, praeconiis -asti. *de librorum dedicatione*: HIER. epist. 65, 6 carmen suum et opusculum -at ei (*deo*). 65, 7 opuscula mea ipsi *deo* potissimum -vi. 65, 8. in Zach. prol. p. 777/8 *opus* tuo potissimum nomini -vi. BOETH. arith. 1 praef. p. 5, 23 laboris mei primitias doctissimo iudicio -bis. *de confiscatione*: COD. Theod. 10, 9, 1 (*a. 369*) praedia nostris sunt -anda nominibus (substantiis COD. Iust. 10, 10, 3, 1). **3** *sancire, constituere, comprobare*: GLOSS. IV 323, 23 -at dedicat, configit, iubet. 323, 24 -vit iussit, confixit. *aliquid*: CIC. Mur. 1 illa sollemnis comitiorum precatio consularibus auspiciis -ata. Sest. 143 hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule -atam videmus. VOPISC. Prob. 13, 1 *ut* leges quas Probus ederet, senatus consultis propriis -rent *patres* (NOVELL. Iust. 9 pr. *ut sit* lex propria ad honorem dei -ata). HIL. op. hist. frg. 3, 10 iudicium iam dudum a sanctissimis et illustribus episcopis -atum. c. Aux. 4 *ecclesia* persequentium est -ata terrore. AMM. 25, 7, 14 *pace* iuris iurandi religionibus -ata. AVG. civ. 6, 6 *civilis theologia* de diis nefanda figmenta . . . deorum ipsorum festivitatibus -at. 10, 32 propter asserendum et -andum martyrum numerum. COD. Theod. 6, 4, 22, 3 (*a. 373*) *si quisquam* quae sunt sanctionibus -ata violarit. gest. in sen. 2 sedecim librorum compendio quos sacratissimo suo nomine voluit -ari. SERM. Caspari anecd. p. 324, 17 resurrexit ergo *Christus* ad -andam spem nostram. ALC. AVIT. epist. 6 p. 34, 8 parentes . . . pro Christi tantum -at nomine relinquendos dominus. *adde* TERT. resurr. 15 in cerebro . . . principalitas sensuum -ata est *a philosophis* (*i. constituta*). idol. 13 si hunc morem sibi homines de superstitione -erunt. *aliquem*: COD. Theod. 8, 7, 21 (*a. 426*) nemo aliter admittatur, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria -vit. CASSIOD. var. 3, 12, 3 favete . . . , patres conscripti, vestris dignitatibus -ato. *cf.* COD. Iust. 3, 1, 14, 2 *iudices* dei praesentia -ati. **4** *diem inter festos referre, concelebrare*: LIV. 23, 10, 8 diem adventus eius -ate. PANEG. 6, 1 ut omnium nationum gratulationibus -etur *dies nuptiarum*. 11, 9 dies festos et celebrari veteres et novos in honorem principis -ari. HYG. fab. 170 p. 34, 7 ludos -vit qui quinto quoque anno aguntur. VVLG. I Esdr. 3, 5 in omnibus sollemnitatibus domini quae erant -atae. AVG. civ. 2, 8 ut *ludi* honori suo (*i. deorum*) -rentur. 2, 13 scaenicas turpitudines. 2, 26. 15, 19 sabbatum.

II ***divinum reddere, in caelum tollere***: **A** *proprie*: *inter deos referre, pro deo colere, adorare*: CIC. leg. 2, 27 ex hominum genere -atos, sicut Herculem et ceteros, coli lex iubet. 2, 28 bene vero, quod Mens Pietas Virtus Fides -atur manu. *ibid.* virtutes, non vitia -are licet (ad Q. fr. 1, 1, 31 tuas virtutes -atas et in deorum numero collocatas). nat. deor. 2, 61 Cupidinis et Lubentinae Veneris vocabula -ata sunt. 2, 62 *Liberum* auguste sancteque cum Cerere et Libera. 2, 66 aer . . . Iunonis nomine -atur (FIRM. err. 4, 1 *aerem* nomine Iunonis -arunt). 3, 51 *tempestates* populi R. ritibus -atae sunt. rep. 3, 14 cuiusque generis beluas numero -atas deorum (nat. deor. 1, 101). phil. frg. IX 11 (*syn.* in caelum tollere). Mil. 80 *apud Graecos tyrannicidae* prope ad immortalitatis et religionem et memoriam -antur. LIV. praef. 7 -are origines suas et ad deos referre auctores. OCTAVIA 529 pietate nati factus eximia deus, post fata (*i. mortem*) -atus et templis datus *Augustus*. PLIN. nat. 7, 152 -atus est vivus sentiensque *Euthymus*. TAC. ann. 13, 14 Claudium. PLIN. paneg. 10, 5. SVET. Iul. 88 quos *ludos* primos -ato (primo -atos *codd.*) ei heres Augustus edebat. Tib. 51 Cal. 35 Nero 9. Tit. 5 in -ando apud Memphim bove Apide diadema gestavit (AMM. 22, 14, 7 inter animalia antiquis observationibus -ata Mnevis et Apis sunt notiora). vita Verg. p. 55 quae arbor Vergili eo dicta atque etiam -ata est summa gravidarum . . . religione (ARNOB. nat. 4, 1 si verba existimantes haec cassa et nullius substantiae nomina [*i. Pietatem al.*] divinis tamen religionibus -atis). FLOR. epit. 4, 12, 66 ut *Augustus* iam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo -retur. APVL. apol. 103 lignum -as (*cf.* 61 colere). PS. APVL. Ascl. 37 coli *ab Aegyptiis* eorum animas, quorum sunt -atae viventes. BARNAB. 16, 2 -erunt (*ἀφιέρωσαν*) illum (*deum*) in templo. TERT. apol. 16 iumenta omnia et totos cantherios cum sua Epona coli a vobis (nat. 1, 11 MIN. FEL. 28, 1 vos et totos asinos in stabulis cum vestra vel ⟨sua⟩ Epona -atis). TERT. nat. 2, 8 hominem. idol. 4 ut *daemones* pro deo adversus deum -rentur. apol. 5 ne qui deus ab imperatore -retur nisi a senatu probatus (CORP. VIII 9195 ⟨d⟩iis deabusque -atis u⟨niversis⟩) *al.* CAPITOL. Pius 6, 7. GALLICAN. Avid. 11, 6 *clementia* Caesarem deum fecit, haec Augustum -vit. LAMPR. Heliog. 3, 4 Heliogabalum in Palatino monte . . . -vit eique templum fecit. Alex. 31, 5 Alexandrum magnum inter optimos et divos in larario maiore -vit. VOPISC. Aurelian. 47, 3 almam Cererem. ARNOB. nat. 3, 39 honoribus divinis auctos -atosque mortales (AVSON. 419, 7 pater divinis honoribus -atus). 6, 24 *deos* ad metus faciendos vetus finxit et -vit antiquitas. LACT. inst. 1, 8, 8 *reges* in memoriam sunt -ati. 1, 17, 5 homines fuisse illos qui dii putantur et eorum memoriam post mortem -atam. 1, 22, 9 patrem inter deos honoravit et sororem suam . . . -vit. 5, 5, 3. FIRM. err. 3, 1 mulieris divitis . . . amorem (*i. Attin*) cum luctibus annuis -arunt. 6, 1 ut et in istis profanis religionibus (*i. mysteriis*) sciatis mortes esse hominum -atas. 7, 1. 7, 6 cremat et -at Herculem tristis Oeta. 26, 1 parabas tibi ac tuis templa, *diabole*, et delubra faciebas et venenati oris inluviem nefariis caeremoniis -bas. AMM. 16, 10, 12 *al.* VEG. mil. 4 prol. principes -ati. PRVD. ham. 157 dicatis -asse deas Febrem Scabiemque sacellis. AVG. civ. 4, 34 nec -erunt aliquam deam Manniam quando de caelo manna sumpserunt. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 1. 3 ne errore mortalium forsitan pro cruce domini latronis patibulum -rent. 2, 34, 5 crux reperta dignoque ambitu -ata. CVRT. 8, 5, 17 Herculem modo et Patrem Liberum -atae immortalitatis exempla. VOPISC. Prob. 23, 5 *divinitatem Probi* imperatores nostri prudenter et -andam vultibus et ornandam templis ⟨et⟩ celebrandam ludis circensibus iudicarunt. ARNOB. nat. 3, 38 religiones urbium superatarum partim privatim per familias spargere, partim publice -are. *adde* MART. CAP. 2, 142 quod nec . . . Phasi senis ritu Charontis manibus involutam immortalitatem mortis auspicio -arit. *c. dat.*: CVRT. 9, 6, 26 si Olympias mater immortalitati -etur (10, 5, 30). PS. APVL. Ascl. 41 nos in corporibus sitos aeternitati fueris -are dignatus. *adde* LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 57 quod immort⟨ali⟩tati ad memoriam cónsecrat⟨am tradidi⟩. in *c. abl.*: TERT. nat. 1, 10 miles in Marte et in Vulcano faber ferri -atur. 2, 8 *in Anubi* naturae condicionisque suae potius argumenta videri posset -asse gens rixosa *Aegyptiorum*. LAMPR. Diad. 7, 4 omnes Antoninos pluris fuisse quam deos ab trium principum amore, quo (quos *codd.*) sapientia, bonitas, pietas -ata sit, in Antonino pietas, in Vero bonitas, in Marco sapientia. HIER. epist. 98, 3 tyrannos et principes colerent quasi deos, imbecillitatem suam in eiusdem naturae hominibus -antes. in *c. acc.*: TERT. apol. 10 cum hodie . . . quos ante paucos dies luctu publico humatos mortuos sint confessi, in deos -ent. *nota*: SEN. frg. 123 non templa *deo* . . . extruenda sunt: in suo cuique -andus est pectore. LACT. inst. 6, 25, 15 secum habeat deum semper in corde suo -atum. ira 24, 14 sit nobis deus non in templis, sed in corde nostro -atus. HIL. op. hist. frg. 3, 9 -atum domini corpus (*i. panis eucharisticus*).

B *de sideribus*: PANEG. 11, 8 tu, *Graecia*, navem unam propter aurati velleris furtum . . . in caelum usque sublatam sideribus -asti. PROB. Verg. georg. 1, 244 quidam -atum a Minerva tradunt *draconem* ⟨a⟩ quo sit educatus Erichthonius. HYG. fab. 182 p. 35, 20 *nymphae* -atae postea inter sidera Hyades appellantur.

C *latiore sensu*: *immortalem reddere, beare*: CIC. Verr. 3, 51 honorem hominis (*i. Marcelli*) deorum religione -atum violare (3, 158. 5, 69 tuus, *Catule*, honos illo templo . . . , tui nominis aeterna memoria simul cum templo illo -atur). nat. deor. 3, 50 virorum fortium memoriam honore deorum immortalium -atam. Tusc. 5, 11 *Socratis* ingenii magnitudo Platonis memoria et litteris -ata. Att. 12, 18, 1 *Tulliam* omni genere monumentorum. ad Q. fr. 1, 1, 44 amplissimis monimentis -are memoriam nominis tui. VAL. MAX. 1, 7 ext. 3 memor autem beneficii elegantissimo carmine aeternitati -vit (*sc. beneficium*). 1, 8, 7 nostrum sit inclitis litterarum monumentis -ata perinde ac vana (vera *Novak*) non refugisse. 3, 2, 3 publica religione -ata virtus nulla privata laudatione indiget. SEN. dial. 1, 2, 12 mors illos -at, quorum exitum et qui timent laudant. 10, 15, 4 iis quae -vit sapientia, noceri non potest. 12 (11), 18, 2 melius illum (*i. fratrem*) duraturo semper -bis ingenio quam irrito dolore lugebis. nat. 4 praef. 10 ingenium . . . omnium maximum et dignissimum quod -ari mallet quam conteri. epist. 66, 2 ipsa *virtus* magnum sui decus est et corpus suum -at. SCRIB. LARG. praef. p. 5, 30 divinis manibus laudando -asti *diligentiam meam*. MART. 12, 67, 3 Octobres Maro -vit idus. PORPH. Hor. carm. 4, 14, 1 quibus *virtutibus* Caesar in aeternum -etur. PANEG. 10, 30 quos *triumphos* annalium vetustas -atos in litteris habet. CORP. VIII 5502 eq(u)iti Romano (h)oneste gravitatis, morum R(omana) sinp(licitate) -atus. HIER. epist. 58, 8 utilitatem legum *Theodosii* futuris saeculis -asti (CASSIOD. var. 3, 31, 4 *moenia* auctores suos saeculis -arunt). 60, 11 brevi libello amicitias nostras aeternae memoriae -vi. PRVD. perist. 10, 83 ut se per aevum -andos autument. SIDON. epist. 8, 2, 2 te statuis. ENNOD. dict. 3, 9 p. 435, 20 gestorum tuorum plena me relatione -bo. *adde* PORPH. Hor. carm. 1, 26, 11 hunc Lesbio sacrare plectro: -are. 4, 8, 13 per quos titulos -ati defuncti duces quandam immortalitatem consequuntur. *nota*: HIER. in Ier. 31, 3 p. 1059 delirant qui auream . . . suspirant Ierusalem, suam avaritiam in mysterio urbis domini -antes.

part. adi. **cōnsecrātus,** -a, -um (*superl. v. p. 385, 6*). *i. q. sacer, sanctus*: CIC. part. 36 in locis autem et illa naturalia *spectantur*, maritimi an remoti a mari . . . , -i an profani (CAES. Gall. 6, 13, 10 *druides* considunt in loco -o. 6, 17, 4 multis in civitatibus harum rerum extructos tumulos locis -is conspicari licet). Att. 12, 19, 1 quemadmodum . . . illud (*sc. monumentum Tulliae*) quasi -um remanere possit. SEN. contr. exc. 8, 2 sacrilegi vos estis, qui praecidistis -as manus. QVINT. inst. 1, 6, 41 sed illa (*carmina Saliorum*) mutari vetat religio et -is utendum est. APVL. apol. 63 bene tam puris . . . manibus tuis traditur res -ata. TERT. anim. 15 et esse principale in anima et certo

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in corporis recessu -atum. PRVD. cath. 7,197 -ati tu magister dogmatis. *nota*: PLIN. nat. 32, 5 cum celebri et -ato etiam exemplo apud Cnidiam Venerem conchas quoque esse eiusdem potentiae credi necesse sit. *homines*: FIRM. err. 18,4 quod autem -atis hominibus . . . praestetur (*opp.* sacrilegis et impiis denegatur). 28, 7 -atus populus. CORP. VI 3331 marito consacratissimo.

subst. n. **cōnsecrātum,** -ī. LIB. pontif. p. 85, 8 ut sine -o episcopi loci cuiuslibet presbitero non liceret -are (*in textu pleno*: ut nullus presbiter missas celebraret . . . nisi -atum episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum). *L.*

cōnsectāneus, -a, -um [*cf. c.* consequens consectarius *et c.* consentaneus. *Th.*]. ARNOB. nat. 7, 5 consectaneum est credere. *subst. m.* **cōnsectāneus,** -ī [*aut a* con *et* secta *aut a* consectari *ductum. Th.*]. *assecla, assectator*: AVG. civ. 10, 27 -s tuus Platonicus Apuleius erravit. c. Iul. 6, 5, 12. SIDON. epist. 1, 1, 2 illum . . . utpote -um aemulati. 3, 6, 2. 7, 9, 5 disputantium -orum cathedras. 14, 9 studiorum tuorum -s fiam.

cōnsectārius, -a, -um [*cf. c.* consequi. *Th.*]. GLOSS. V 15, 13 (= 58, 6) consectariam (confectariam *Goetz*) pernicialem (permitialem *G*). NON. p. 91 -um: efficax, perfectum. CIC. fin. 4, 50 illud . . . minime -um, sed in primis hebes, illorum scilicet, non tuum. *subst.*: CIC. fin. 3, 26 -a me Stoicorum brevia et acuta delectant (*cf.* 4, 48).

cōnsectātio, -ōnis *f. a* consectari. *studium*: CIC. orat. 165 concinnitatis. SEN. epist. 37 liberalium artium. HIL. in Matth. 4, 28 humanae laudis (*cf.* PS. AVG. serm. 62, 8). *persecutio*: PLIN. nat. 14, 70 supervacuam generum *uvarum* -em in numerum. *sequendi consuetudo*: PS. RVFIN. in Os. 2, 5 *sq.* gentium proceres, quorum -e profanata est *gens* (*ibid.* in consectatum amatorum se ire pronuntiat). AVG. c. Iul. op. imperf. 4, 55 contaminationem, quam de Manichaei -e vomuisti.

cōnsectātor, -ōris *m.* [*cf. c.* consectari *et c.* sectator. *Th.*]. VINCENT. LER. 6, 11 -es haeretici. EVCHER. laud. her. 19 vitae ac virtutis. CASSIOD. hist. 1, 3. 4, 1. *fem.* **cōnsectātrīx,** -īcis. CIC. off. 3, 117 est . . . temperantia libidinum inimica, libidines autem -es voluptatis.

cōnsectātus, -ūs *m. a* consectari. *i. q. consectatio*: PS. RVFIN. in Os. 2, 5 *sq.* (*cf. l: 29*). 14 *sq.* idolorum. 3, 1 *sq.* libidinis. in Ioel 1, 5 luxuriae.

cōnsectio, -ōnis *f. a* consecare. CIC. nat. deor. 2, 151 arborum -e omnique materia . . . utimur. div. 1, 116 ut . . . nec . . . materia . . . quicquam iuvaret, nisi -is eius fabricam haberemus. CASS. FEL. 18 simplici -e divisuram dabis.

✖**cōnsector,** -ātus sum, -ārī [*cf. c.* consequi *et c.* sectari. *Th.*]. *infin.* PLAVT. Pseud. 1235 -arier. GLOSS. -atur ἐξέρχεται εἰς τὸ παρατηρεῖσθαι. *vi passiva usurpatur* LABER. mim. 141 (*cf.* PRISC. gramm. II 384, 13 '-ari' passive posuit 'διώκεσθαι'). HIL. trin. 11, 45. *legitur inde a* PLAVTO, *frequentat* CIC., *deest poetis praeter* PLAVT. TER. LVCR. LABER. PHAEDR.

I *proprie*: **A** *studiose sequi*: *personas*: TER. Eun. 249 est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt, nec sunt: hos -or (SCHOL. Ter. p. 99, 11 his adhaereo adulando). CIC. fin. 5, 56 inertissimos homines . . . circulos aliquos et sessiunculas -ari. PLIN. nat. 24, 156 *herbas magicas* celebravere Pythagoras atque Democritus, -ati Magos. APVL. flor. 17 p. 80 equidem etsi fidibus adprime callerem, non nisi confertos homines -rer. *res*: PLAVT. Pseud. 1235 ita res gestat: angiporta haec certum est -arier. SEN. dial. 6, 7, 2 ferae cum vestigia catulorum -atae sunt et silvas pervagatae. *in imagine*: CIC. de orat. 2, 117 rivulos -ari, fontes rerum non videre. *de amantibus*: PLAVT. Mil. 1113 qui -are qua maris qua feminas. PLIN. nat. 8, 188 arieti naturale agnas fastidire, senectam ovium -ari. LACT. inst. 3, 8, 7 *asinus, sus, canis* feminas rabide -antur. **B** *persequi*: LABER. mim. 141 meam novercam a populo lapidibus -ari video. CIC. Att. 2, 18, 1 Fufium clamoribus et conviciis et sibilis -antur. PHAEDR. 3, 16, 18 noctua . . . trepidantem -ata est et leto dedit. SEN. dial. 5, 2, 4. IVST. 9, 7, 4 ut etiam stricto gladio eum Philippus -atus sit. *in re militari de persecutione fugatorum*: CIC. inv. 2, 111. CAES. Gall. 6, 8, 7 *hostes* Labienus equitatu -atus *passim*. BELL. Afr. 28, 1 naves. NEP. Them. 2, 3. 4, 4 LIV. 28, 4, 3. 29, 32, 1 *al.* VELL. 2, 19, 2. VAL. MAX. 3, 2, 22 Cynegirum . . . pertinacia in -andis hostibus usum. TAC. hist. 3, 25 sparguntur festinatione -andi victores. 4, 1 per urbem victores implacabili odio victos -bantur. ann. 4, 24 non gravi nec uno incursu -andum hostem vagum *al.* ARNOB. nat. 7, 7 quid -ari, quid fugere *conveniret*. IVST. 2, 12, 20 quodsi civitates . . . dissipentur, maiore labore ei singulas -andas. *in venatione*: PLAVT. Trin. 238ª numquam Amor quemquam nisi cupidum hominem postulat se in plagas conicere: eos cupit, eos -atur (*in imagine*). LVCR. 5, 967 manuum . . . freti virtute pedumque -bantur silvestria saecla ferarum missilibus saxis. LIV. 41, 9, 6 lupus . . . Romae per Esquilinum magno -antium tumultu evasit. FEST. p. 59, 6 *pisces* oves -atae edunt. SEN. dial. 2, 2, 2 Cato non cum feris manus contulit, quas -ari venatoris agrestisque est. PLIN. nat. 9, 89 murenis ozaenam -antibus. 10, 17 ova hic *draco* -atur aquilae aviditate malefica. *nota*: APVL. met. 8, 20 *nepos meus* passerem incantantem saepiculae -atur arripere.

II *translate*: **A** *petere, captitare*: **1** *generatim*: CIC. Pis. 57 umbras falsae gloriae (*cf.* Tusc. 3, 3 VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 LACT. inst. 1, 20, 24). fin. 1, 32 neque . . . quisquam est, qui dolorem ipsum . . . amet, -etur, adipisci velit (*opp.* nemo ipsam voluptatem . . . aspernatur aut odit aut fugit). 5, 57 voluptates. off. 1, 86 opes aut potentiam. 2, 53 largitione benevolentiam. Att. 13, 23, 3 ne existimes eos, qui non debita -ari soleant, quod debeatur remissuros. SEN. epist. 62, 1 perdendi temporis causas. COLVM. 1 praef. 29 *debemus* quod sapienter speraverimus, perseveranter -ari. 3, 3, 6 fructum. 20, 4 rei nos pulchritudo trahit vel ea -andi, quae propter infirmitatem conmortalis naturae consequi nequeamus. 7, 10, 8 dulcedinem pabuli (*cf.* 9, 7) *al.* PLIN. paneg. 44. APVL. met. 1, 7 voluptatem gladiatorii spectaculi. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 6. ARNOB. nat. 2, 66 id -ari et petere in eoque defigere spem salutis. 7, 3 *deus* ex aris ardentibus nidorem -atur et fumos. HIL. myst. p. 7, 30 veniam ne per ipsam quidem confessionem paenitentiae -atur (*i. adipiscitur, cf.* trin. 6, 2). HIER. epist. 60, 11 Nepotianus noster aurum calcans schedulas -atur. PS. RVFIN. in Os. 4, 5 idola. AVG. civ. 4, 1 terrena gaudia -antes rebusque fugacibus inhiantes. 11, 1 (*syn.* quaerunt). EDICT. imp. Diocl. 1, 25 (*syn.* persequi). *i. q. sequi*: CIC. Caecin. 54 verba (*opp.* rem non considerare). Tusc. 2, 8 qui illa (*sc. praecepta Socraticorum*) aut non adprobant aut non studiosissime -antur. GELL. 12, 1, 20 versus Homeri (*syn.* sequi). PORPH. Hor. epist. 1, 19, 1 vitia. IVVENC. 1, 353 iustitiae -andus complebitur ordo.

2 *speciatim de scriptoribus*: *in sermone aliquid exprimere, praecipue per imitationem*: CIC. de orat. 2, 90 saepe cognovi, qui aut ea quae facilia sunt aut etiam illa quae insignia ac paene vitiosa, -entur imitando. 3, 42 vitium, quod nonnulli de industria -antur. Brut. 64 *Lysias* habet . . . certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos quam gracilitates -entur, quos . . . tenuitas ipsa delectat. orat. 38 in Panathenaico Isocrates *verborum ornamenta* ⟨se⟩ studiose -atum fatetur. leg. 1, 7 *Sisenna* in historia puerile quiddam -atur. fin. 3, 19 ubertatem orationis. SEN. contr. 9, 2, 26 qui (*sc. oratores*) verba antiqua et sordida -antur. 10 praef. 12 *Basso* demptam velles, quam -batur, amaritudinem et simulationem actionis oratoriae. 1, 13 res sordidas. *i. q. in re disputanda immorari, amplius persequi sententiam incohatam*: RHET. Her. 4, 10, 15 est . . . cavendum, ne, dum haec genera -emur, in . . . propinqua vitia veniamus. CIC. de orat. 1, 34 ne plura . . . -er, comprendam brevi. VAL. MAX. 3, 6 si reliqua eiusdem generis naufragia -ari perseveravero. 4, 8, 4 singulorum munificentiam (*opp.* tacere). 9, 11 ext. 4 (*syn.* immorari). PLIN. nat. 14, 53 neque . . . fabulosa aut . . . varie prodita -amur, praeterquam Aristaeum . . . mel miscuisse vino. 21, 52. 22, 4. PLIN. epist. 5, 6, 43 vides ut Aratus minutissima etiam sidera -etur et colligat: modum tamen servat (*cf.* paneg. 75). *i. q. in rem penetrare, ut perspiciatur*: CIC. ac. 2, 54 similitudines . . . aut geminorum aut signorum anulis impressorum pueriliter -antur. MELA 2, 104 videri potest -antibus. VAL. MAX. 8, 11, 2 in -andis deorum monitis (coniectandis *Halm*). SEN. epist. 49, 7 verba dubie cadentia -ari et vafritiam in illis . . . experiri. PLIN. nat. 2, 139 subtilius ista -ati. 7, 48 exstat in monumentis et medicorum et quibus talia -ari curae fuit. 7, 179 naturae opera, non prodigia. HIL. trin. 11, 45 nec viae cognitionis eius investigabiles se -antium studiis derelinquunt (*syn.* penetrare, perscrutari).

B *vexare*: PLAVT. Bacch. 1093 omnia me mala -antur. CIC. epist. 8, 12, 2 per speciem simultatis. PS. CIC. in Sall. 8, 22 desine bonos -ari petulantissima lingua. SEN. dial. 12, 9, 4 non . . . invidia *eum* -bitur.

adduntur synonyma: petere, inhiare, quaerere, persequi, immorari. penetrare, perscrutari.

derivata: consectaneus, consectarius, consectatio, consectator, consectatus. *Remme.*

cōnsecūtio, -ōnis *f. a* consequi. **1** *consequentia, effectus, eventus*: **a** *generatim*: CIC. fin. 1, 37 ipsa detractio molestiae -em affert voluptatis. 2, 45 quae (*sc. mens*) et causas rerum et -es videat. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 57 p. 1084ᴮ vita qua sine impossibile est esse aliquid in iis quae sunt et in iis quae non sunt, quae -es sunt. CANDID. gen. div. 6 -o enim quaedam imago est eius, cuius imago est. IVNIL. 2, 11 ordo, -o, cohaerentia hisque similia atque contraria. **b** *t. t. rhetorum*: *in conclusione*: RHET. Her. 2, 2, 3 huius constitutionis ratio (*sc. in causa coniecturali*) in sex partes est distributa: probabile, conlationem, signum, argumentum, -em, adprobationem. 2, 5, 8 -o est cum quaeritur, quae signa nocentis et innocentis consequi soleant. CIC. inv. 1, 43 quarta autem pars est ex iis rebus, quas negotiis dicebamus esse attributas, -o (2, 42 MAR. VICTORIN. rhet. 1, 28 p. 229, 43 RHET. min. p. 308, 11. 310, 16 *sqq.* 595, 30 CASSIOD. art. 3 p. 1200ᴰ). 1, 45 simplex autem conclusio ex necessaria -e conficitur. 1, 74. de orat. 3, 113 cognitionis autem tres sunt modi: coniectura, definitio et ut ita dicam -o. . . . -o autem tractatur, cum quid quamque rem sequatur, anquiritur. 3, 116 -is autem duo prima quaestionum genera ponuntur; nam aut simplex est disceptatio . . .

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aut ex comparatione. top. 53 cum tripertito igitur distribuatur locus hic, in -em, antecessionem, repugnantiam. DON. Ter. Ad. 295 si 'fieri' pro 'evenire' acceperis, erit -o locutionis, sin minus, deerit 'quantum intellego'. BOETH. in top. Cic. 2 p. 302, 39 nec tamen necessaria est -o, sed vicina. *de ratione verborum*: CIC. part. 18 numeri quidam sunt in coniunctione servandi -oque verborum. ... -o autem, ne generibus numeris temporibus ... perturbetur oratio. **2** *adeptio*: TERT. bapt. 2 -o aeternitatis. mart. 4 gloriae caelestis. 18 magis timebunt -em *baptismi* quam dilationem (CORP. VIII † 9592 ex die -is in saeculo fuit ad usque VII idus Decem⟨b⟩r. [*antea* consecutus est *cf. p. 408, 69*]). resurr. 52 resurrectionis. adv. Marc. 1, 28 spiritus sancti. 4, 25 aeternae vitae (NOVATIAN. trin. 16 p. 914^{C}). CYPR. epist. 13, 2 nec statim -o, sed consummatio hominem deo servat. ARNOB. nat. 4, 9 lucrorum. AVG. mor. eccl. 1, 11, 18 secutio dei beatitatis appetitus est, -o autem ipsa beatitas.

cōnsecuus, -a, -um [*cf. c.* consequi. *Th.*]. SIDON. epist. 7, 14, 9 -a paginae ratione. CLAVD. MAM. anim. p. 138, 5 gradum -a ratione faciamus. *adv.* **cōnsecuē:** LVCR. 5, 679 -e (*Lachm.*, consequiae *codd.*) quoque iam redeunt ex ordine certo. *cf. Lachmann ad Lucr. p. 304.* *L.*

cōnsedeo, -ēre *a* con *et* sedere. *formae perfecti v. sub* consido. GLOSS. IV 45, 48 consedete sedete. *i. q. sedere*: PAVL. FEST. p. 114 in pelle lanata nova nupta -ere solet. CLEM. ad Cor. 25 -et super aram Solis *Phoenix.* HIL. in Matth. 31, 4 procedens iussit discipulos suos -ere dum oraret (VVLG. 26, 36 sedete hic). PS. MATTH. euang. 39, 2. *i. q. iuxta aliquem vel in numero aliorum sedere*: VVLG. Sirach 11, 1 in medio magnatorum -ere illum faciet (*καθίσει αὐτόν*). Ephes. 2, 6 in caelestibus. BENED. reg. 63. *inprimis de iis, qui iudicantes, regnantes sim. sedent*: OPTAT. 1, 24 p. 27, 3 decem et novem -entibus episcopis. COD. Theod. 6, 26, 16 (*a. 413*) -endi ingrediendique secretarium ... licentia. COD. Iust. 12, 19, 5, 1. NOVELL. Iust. 62, 1, 2 omnes -entes ... statuere. GREG. M. epist. 9, 222 ad -endum in concilio. 11, 15 praesidente ... papa Gregorio atque -entibus episcopis. 124, 2 in patris dextera.

derivatum: 2. consedo. *Remme.*

1. cōnsēdo, -āvī, -āre *a* con *et* sedare. CATO or. frg. 1, 26 maximos tumultus maturissime disieci atque consedavi.

2. cōnsedo, -ōnis *m.* [*a* con *et* sedere. *Th.*]. NON. p. 62 -o a consedendo, ut adsedo vel adsessor. Cassius Hemina annalium lib. IIII (*frg. 33*): nemo vicinus -o.

cōnsēgrego, -ātum, -āre *a* con *et* segregare. POTAM. epist. ad Athan. p. 1418^{D} sit benedicta *virgo puerpera* cum populis trinitatis unitate -ata iustissimis.

cōnsēminālis, -e [*a* con *et* semen; *cf. c.* seminalis. *Th.*]. *i. q. diversis generibus consitus*: COLVM. 12, 47, 6 -ium vinearum non tam est firmum vinum, quam si per se sincerum Amineum vel Apianum ... condideris. *eodem sensu* **cōnsēmineus,** -a, -um: COLVM. 3, 21, 7 in -is vineis (*opp.* generum separatio). 11, 2, 83 silvam si quis barbaricam, id est -am, velit facere, recte conseret glandibus et ceteris seminibus.

cōnsēmino, -ātum, -āre *a* con *et* seminare. IREN. 1, 5, 6 latuit ... demiurgum -atus (*συγκατασπαρείς*) insufflationi eius a Sophia spiritalis homo. 1, 15, 3 in quo (*Christo*) inerat semen eorum, qui -ati sunt cum eo (*τῶν συσπαρέντων αὐτῷ*). ORIG. in Matth. 15, 35 si ... -ata esset anima corpori.

cōnsēminus, -a, -um [*a* con *et* semen *ductum esse videtur. Th.*]. PLIN. nat. 14, 36 siquidem Tuscis peculiaris est Tudernis — atque etiam nomen iis — Florentiae sopina, Arretio talpona et etesiaca et -a. ...; -a nigra vino minime durante, uva maxime *eqs.*

cōnsempiternitās, -ātis *f. a* consempiternus. SACR. Leon. p. 476 nec -is *filii et patris* minueret veritatem.

cōnsempiternus, -a, -um *a* con *et* sempiternus. BREV. fid. adv. Arrian. p. 655^{D} -um patri et aequalem filium. 656^{D}. 660^{A} -um et coaequalem patri filium. MAXIMIN. c. Ambr. 82. RVFIN. Adamant. 1, 2 spiritum sanctum qui est -s patri et filio. AVG. serm. ed. Mai 168, 2 voluit *deus* sibi incarnatione nasci dominum saeculo, qui secum concors -s regnat in caelo. 168, 3. MAR. MERC. Cyr. ep. Nest. 2, 7. ZACCH. 1, 25 nec -a maiestati *dei* aestimanda, quae ut aeterna sint ... ipse facturus est. CANON. Migne 56, 666 corpus deitatis -um ipsi fuisse. LEO M. serm. 23, 1. 24, 3 *filius dei* in una ex ipso et cum ipso -s essentia. PROSP. sent. 338 cum sic ex patre sit filius, ut -ae aequalitatis non una quidem persona, sed una sit deitas. FVLG. RVSP. c. Arrian. 10 p. 68. GREG. TVR. Franc. 1 praef. *spiritum sanctum* -um esse *patri filioque* essentia. *L.*

cōnsenēsco, -uī, -ere *a* con *et* senescere. *legitur inde a* PLAVTO.

I *notio temporalis praevalet*: **A** *vi praepositionis retenta, una cum alio ad senectutem pervenire*: HOR. carm. 3, 5, 8 *maritus* hostium ... -uit socerorum in armis (*cf.* PORPH. *ad loc.*). OV. met. 8, 633 illa -uere *Philemon et Baucis* casa. trist. 4, 8, 12 inque sinu dominae carisque sodalibus inque securus patria -isse mea. LIV. 5, 20, 8 in quo *bello* prope -erint. SVET. gramm. 6 *Aurelius Opillus* Rutilium Rufum damnatum in Asiam secutus ibidem Zmyrnae simulque -uit. EVTR. 1, 11 cum uxore privatus -uit (AVG. civ. 3, 15). VVLG. Tob. 8, 10 -amus ambo (*συγκαταγηρᾶσαι*). INSCR. Notiz. degli scavi 1895 p. 407 (cum) qua -ui annis XXVIII. *nota cum dat.*: PS. ALEX c. Dind. coll. p. 185 vitam poenalem sibi -entem producunt. MAR. VICTORIN. ad Iust. 7 p. 1003^{C} suae genti praecipiat, suo cardini -at *Persa vel Indus.* CAEL. AVR. chron. 1, 4, 71 *haec passio* plerumque patienti -it (*i. inveterascit*). **B** *vi intensiva, i. q. ad summam venire aetatem, inveterascere.* **1** *de animantibus*: LIV. 6, 33, 1 bello in quo nati erant et -erant. SEN. contr. 2, 3, 7 denis vicenisque annis inter bella iuventus -uit, nos dies triginta ferre non possumus! VELL. 2, 102, 3 ut in ultimo ... terrarum orbis angulo -ere quam Romam regredi mallet. SEN. clem. 1, 11, 4 cur reges -erint liberisque ... tradiderint regna. dial. 4, 33, 2 in cultu regum -erat. 5, 23, 5 in contubernio Pollionis Asinii. 10, 17, 5 alienorum bonorum mercennaria procuratione -uit. epist. 21, 11 in hac voluptate -ui. 55, 3 in hac *villa.* 99, 10. PETRON. 88 Eudoxus in cacumine ... montis -uit. PLIN. nat. 33, 21 multi praetura quoque functi in ferreo *anulo* -erint. QVINT. inst. 10, 5, 17 ne ab illa, in qua prope -erunt, umbra vera discrimina ... reformident. PS. QVINT. decl. 2, 11 virtute -ui. 17, 9 inter leges. TAC. ann. 2, 63 -uitque multum imminuta claritate. 4, 21 saxo Seripho -uit (*etiam ad II A trahi potest*). FLOR. epit. 1 praef. 4 ut postea velut -erit *populus Romanus.* 1, 22, 5 hic melior in capta urbe -uit. AMPEL. 16, 4 *Perses* in Albano -uit. GELL. 19, 12, 10 *Stoici* in torpore ignavae et quasi enervatae vitae -unt. MIN. FEL. 23, 8 isdem fabulis ... adusque summae aetatis robur adolescunt et in isdem opinionibus miseri -unt. TREB. Valer. 4, 2. LACT. mort. pers. 18, 4 *Nervam* ad privatam vitam rediisse in qua -erat. IVST. 1, 2, 11 in feminarum turba. MAR. VICTORIN. ad Iust. 8 p. 1004^{b} defluis -ens. RVF. FEST. 23 in dedecori servitute -uit (EVTR. 9, 8). HIL. ad Const. 2, 2 intra paenitentiam laici -am. AMM. 16, 7, 7 Romam secedens ibique ... -ens. VVLG. gen. 18, 12 -ui et dominus meus vetulus est (*paulo aliter gr.*). RVFIN. hist. 3, 31, 3. PS. RVFIN. in Os. 2, 13 quando haec in sua profanitate -uit. CLAVD. 15, 156 nostris (*sc. Africae*) luctibus ille (*sc. Gildo*) -uit. MACR. sat. 1, 11, 29 Olympiae cum summa tranquillitate -uit. COD. Theod. 11, 33, 1 (*a. 396*) *ne* aetates ... iurgantium veternosis litibus -ant (*i. in senium procedant*). HEGES. 5, 27 l. 43 quando hostis morbo -at. VVLG. Sirach 11, 16 qui autem exultant in malis, -unt in malo. OROS. hist. 3, 2, 12 hosce omnes ... populos ita nunc in solis ludis ac theatris -ere, sicuti tunc in castris maxime proeliisque tabuisse. GREG. TVR. Franc. 5, 5 PALLAD. hist. mon. I 11 p. 287^{C}. 17 p. 294^{D} qui in moribus laudabilis vitae -uit (*γηράσας*). CORP. X 3903 in cumulatione officiorum rei p. praestitorum -ret. **2** *de rebus personatis*: PROP. 3, 7, 36 haud ulla carina -uit (*i. diu integra mansit*). FLOR. epit. 1 praef. 8 *imperium Romanum* inertia Caesarum quasi -uit atque decoxit ... nisi quod sub Traiano ... senectus imperii quasi reddita iuventute revirescit. VOPISC. Car. 3, 1 *Romana res publica* bellis civilibus adfecta -uit. LACT. inst. 7, 15, 16 *res publica Romana* amissa enim libertate -uit. ENNOD. opusc. 1, 6 p. 267, 21 per gubernantium vilitatem potens terra -uit.

B *translate*: **1** *de tempore*: **a** *personae*: Cic. de orat. 2, 57 hunc (*Thucydidem*) -utus est Syracusius Philistus. 2, 93 -uti sunt hos (*sc. antiquissimos*) Critias, Theramenes, Lysias. Brut. 61 hunc Cethegum -utus est aetate Cato. 225. epist. 12, 2, 1 qui me est -utus *invehens in eum*. Verg. Aen. 5, 494 quem . . . -itur *Mnestheus* (*in sortiundo*). Vell. 2, 36, 3 -utus Sallustium Livius. **b** *res, saepius inest notio causae atque eventus*: *absolute, i. q. evenire, accidere*: Ter. Haut. 209 necessest . . . consilia -i consimilia (*i. mala*). Cato agr. praef. 4 maximeque pius quaestus stabilissimusque -itur. Lvcil. 1277 querquera -itur capitisque dolores. Novivs Atell. 35. Varro rust. 1, 34, 1 si minus idoneae tempestates sint -utae. Rhet. Her. 2, 5, 8 consecutio est, cum quaeritur, quae signa nocentis et innocentis -i solent (*cf.* Cic. part. 120 non esse illa certa indicia facti, quae etiam nullo admisso -i possent). 2, 30, 48 ea re neglecta ostendemus, quid periculorum atque incommodorum -atur. 2, 30, 49 rerum -entium enumeratione. 3, 2, 3 instantis aut -entis periculi vitationem. 3, 4, 7 si laus -itur. 3, 5, 9 quae sit turpitudo -ura. 4, 39, 51 urbe capta quae miseriae -i soleant. 4, 55, 67 a rebus -entibus aut circum instantibus non recedimus *al.* Cic. inv. 1, 39 quae instent in praesentia et cum maxime fiant et quae -antur. 1, 48 quod aut ante fuerit aut in ipso negotio aut post sit -utum (1, 104 quae post negotium -uta sunt. 2, 39 quid postea -utum sit. part. 82 quae *res* post mortem erunt -utae [*om. A*]. Phil. 5, 38 div. 2, 22 Att. 1, 18, 3 epist. 1, 5[a], 1 *al.* Avg. civ. 7, 25). Cic. inv. 2, 45 *al.* de orat. 1, 160 haec cum Crassus dixisset, silentium est -utum. 3, 6 tum latus . . . condoluisse sudoremque multum -utum esse. Brut. 12 posteaque prosperae res deinceps multae -utae sunt. 197. 329. S. Rosc. 66 ut summus furor atque amentia -atur. 105 quae statim -uta sunt. Q. Rosc. 32. Verr. 1, 31 deinde continuo Romani *ludi* -entur. 4, 176 cum poena afuit et licentia -uta est. 4, 227. 6, 176. Manil. 44 tanta repente vilitas annonae ex summa inopia . . . -uta est (Phil. 14, 15 ex quo caedes esset vestrum omnium -uta). leg. agr. 2, 38. Mur. 85 eum annum qui -itur (rep. 2, 62. Cato 19 memoriam illius viri omnes excipient anni -entes). Flacc. 98 quanta . . . gratulatio -uta est! Sest. 62. 74 -uti dies pauci omnino Ianuario mense (Pis. 52 -entibus diebus. Phil. 1, 32 proximo, altero, tertio, denique reliquis -utis diebus). Font. 6 Hispaniensis legatio. 29 Phil. 1, 38. div. 1, 53 ita prima . . . -uta (*i. secundum somnium evenisse*). fin. 1, 56 detracta voluptate aegritudinem statim -i. leg. 2, 42 qui sint rerum exitus -uti. Tusc. 4, 18 pigritiam metum -entis laboris *definiunt*. 4, 64 *metus* esset quasi dux -entis molestiae. ad Q. fr. 1, 1, 7 existunt graves controversiae, multae nascuntur iniuriae, magnae contentiones -untur. 2, 2, 3 *al.* Lvcr. 3, 478. 929. Caes. Gall. 3, 29, 2 eiusmodi tempestates. Bell. Afr. 47, 6. Liv. 6, 20, 15 pestilentia brevi -uta. Scrib. Larg. 112 statim somnus -itur. Plin. nat. 7, 69 veridico exitu -uto (*abl. abs.*). 7, 122 idque mox -utum est. 7, 146 maius hoc scelus felicitate -uta factum est. Tac. hist. 1, 72 par inde exultatio -uta impetrato Tigellini exitio. Avg. civ. 1, 10 si non praecedente sapientia, certe -ente experientia didicerunt. Cod. Iust. 8, 21 (22), 2, 2 ne quid amarum in creditoribus -atur. *accedit accus.*: Ter. Hec. 137 quae -utast nox eam, nihilo magis *virginem attigit*. Haut. 837 hasce *minas decem* ornamentis -entur alterae. Rhet. Her. 2, 30, 49 omnia quae rem -i solent. 3, 8, 15 cuiusmodi res mortem eius sit -uta. Cic. inv. 1, 3 commoditas quaedam . . . dicendi copiam -uta est. 1, 37. 43. 2, 59 quoniam ea poena damnationem necessario -atur *al.* de orat. 3, 180 utilitatem templi fastigii dignitas -uta est. 3, 183 a longa oritur *paean*, quam tres breves -untur. Verr. 3, 130. Catil. 4, 10 ut omnes animi cruciatus . . . mendicitas -atur. Sull. 52 quae *nox* -uta est posterum diem non. Nov. (Amm. 19, 4, 8 quae *nox* diem -uta est) Flacc. 103. dom. 14 subito illo ipso die carissimam annonam necopinata vilitas -uta est. Phil. 1, 32 libertatem pax -batur. 10, 20 *al.* div. 1, 104. 1, 126 quae res quamque causam plerumque -atur. Tusc. 1, 36. 5, 99 *siccitas* -itur hanc continentiam in victu. Cato 73 *mortem* immortalitas -atur. fat. 9 fin. 1, 32 *al.* Lvcr. 4, 806 ut videat, quod -itur rem quamque. 4, 866 dolor quam -itur rem. Nep. Dion 6, 1 has . . . res -uta est subita commentatio. 6, 4. Rvt. Lvp. 1, 13 industriam vero scientia -itur (*ibid.* nasci ex). Sen. dial. 7, 15, 2 sunt enim ista bona, sed -entia summum bonum, non consummantia. Tac. Agr. 35. hist. 1, 83 saepe honestas rerum causas . . . perniciosi exitus -untur. Apvl. met. 3, 14 tuum factum ⟨fati⟩ scaevitas -uta. Hil. in Matth. 8, 8 opus istud admiratio potius -i, non metus debuit. Avg. civ. 12, 8 voluntarios defectus iusta poena -itur. Macr. sat. 1, 2, 9 solstitiali die qui Saturnaliorum festa -utus est. *additur* ex, *i. q. nasci ex* (*aliter est* ex *p. 405, 50*): Cic. inv. 1, 43 num quae res ex iis rebus . . . -antur. fin. 4, 18 e quo *cognitionis amore* etiam rationis explicandae disserendique cupiditas -batur. 5, 15 ex quo tantus error -itur, ut.

2 *de ordine, enumeratione, gradu*: Volcac. carm. frg. 1, 10 in sexto *loco* -etur hos Terentius. Cic. Arat. 261 -itur . . . Virgo. 324. de orat. 3, 106 -entur etiam illi loci qui . . . communes a veteribus nominati sunt. Rvfin. hist. 3, 25, 2 -antur vero has *Pauli epistulas* prima Iohannis epistula *etc.* Mart. Cap. 5, 506 post principium narratio partitio . . . -itur. Boeth. mus. 3, 1 p. 270, 6 quoniam se isti (*numeri.* VIII *et* VIIII) ita naturaliter -untur. Hil. in Matth. 5, 7 quae -untur, non satis propositionibus congruunt. Avg. civ. 7, 27 et quae ad hanc rem pertinentia -untur.

3 *de conclusione, i. q. effici*: Cic. part. 133 contrariam *sententiam* si probarint, fore uti multa vitiosa stulta iniqua contraria -antur. top. 54 appellant autem dialectici eam conclusionem argumenti, in qua, cum primum assumpseris, -itur id quod annexum est, primum conclusionis modum. fin. 4, 54 ita falsa sunt ea quae -untur, ut illa, e quibus haec nata sunt, vera esse non possint. fat. 14. Rvfin. Adamant. 4, 5 audiat quid -itur. 4, 9 si . . . dicamus, revera multa -untur absurda. *nota c. accus.*: Cels. dig. 8, 6, 6 1[b] quid absurde -urum sit eam sententiam *seq.* ut: Rhet. Her. 2, 18, 27 -i videtur, ut doceamus. Cic. fin. 3, 64 ex quo illud natura -i, ut . . . anteponamus. Cassiod. inst. div. praef. p. 1108[A] hinc -itur, ut ocius edoceam. *seq. acc. c. inf.*: Act. Arch. 16, 5. *in computatione*: Plin. nat. 2, 248 ex quo -uta computatio est, ut. Fav. Evl. p. 21, 9 si sextum decimum reliqua metiaris, emitonium -itur.

4 *de approbatione*: *aliquid*: Plavt. Asin. 261 nostram -i sententiam. Rhet. Her. 4, 35, 47 opera et diligentia -i senatus voluntatem. Cic. leg. 2, 18 eum morem. 2, 42 iudicia senatus. Vlp. dig. 40, 12, 27, 1 hanc formam. Verec. comm. 4, 5 operibus -enda *sunt praecepta domini*. *aliquem*: Cic. nat. deor. 1, 41 quem (*Chrysippum*) Diogenes Babylonius -ens in eo libro . . . diiungit. [Att. 9, 12, 3 boni non -entur (*C*, sequentur *vulg.*)] Itala deut. 12, 30 (Lugd.) ne exquiras -i eos (*μὴ ἐκζητήσῃς ἐπακολουθῆσαι αὐτοῖς*, Vvlg. ne imiteris eas *gentes*).

5 *de studio, i. q. petere, quaerere*: Rhet. Her. 4, 53, 67 ambigua quemadmodum vitanda sunt . . ., item haec -enda quae conficiunt huiusmodi significationem. Cic. inv. 2, 10 ne dum parvulum [hoc] -amur, ut satis haec commode perscripsisse videamur, illud amittamus . . . . 2, 10 hoc studiose. Brut. 284 *exilitatem* de industria. 287. part. 30 trium rerum aliqua -emur. 79 dedecus fugiens laudemque maxime -ens. 91 bona -i malaque vitare. off. 1, 116 ut nonnulli omissa imitatione maiorum suum quoddam institutum -antur (*ibid.* sibi proponere). fin. 1, 48 voluptates (*opp.* fugere). Att. 10, 12, 2 *Siciliam* si erimus nacti, maiora quaedam -emur. epist. 9, 16, 2 quicquid elaborari aut effici potuerit, . . . summo studio me -utum esse. Sen. Phoen. 512 externa. dial. 4, 12, 5 quid enim magnificum -itur ille qui meditatus est . . . ire. Hil. in Matth. 11, 13 aeterna -i, praesentibus non capi.

II ***nancisci***, *assequi*: Gloss. *λαμβάνω, καταλαμβάνω*, -rentur *ἀπολάβωσιν. τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω*, -utus sum *κατέτυχον*. apprehendo. -itur potitur, fruitur. IV 498, 6 -utus adsecutus vel victor. 323, 25 perfunctus, fruitus. Non. p. 270 adipisci. *cf.* Pavl. Fest. p. 106 indeptare -i.

A *proprie*: *sequendo apprehendere*: Cic. inv. 2, 15 illum qui ante exierat, -itur in itinere. Tusc. 1, 103 nemo me vestrum, cum hinc excessero, -etur (*syn.* nancisci, assequi). Tim. 32 mensis *generata*, quando luna lustrato suo cursu solem -uta est (*Plato p. 39[c] ἐπικαταλάβῃ*). Att. 3, 4 tu propera ut nos -are. 3, 7, 3. 8, 11[D], 3 te tamen iam -i non possemus (*cf.* 7, 8, 4). epist. 16, 1, 1. 16, 3, 1. Caes. Gall. 1, 13, 1 reliquas copias Helvetiorum. 7, 88, 7 novissimum agmen. civ. 1, 3, 3. 2, 35, 1. 3, 36, 6 Scipionem properantem sequi litterae sunt -utae a M. Favonio. Verg. Aen. 11, 722 quam facile accipiter . . . -itur . . . columbam comprensamque tenet. 12, 375 dum trahitur . . ., hunc . . . lanceă -itur. Ov. met. 9, 126 vulnere, non pedibus te -ar (*sc. Nessum Hercules*). Liv. 3, 23, 5 hos . . . Romanus consul in Algido -utus . . . occidit. 33, 49, 7 Ephesi regem. 37, 22, 5 ad portum praegressos. 39, 21, 4. Sen. benef. 2, 25, 3 antecedentem (Qvint. inst. 12 prooem. 4). 2, 29, 4 velociora animalia. Cvrt. 7, 8, 22 numquam tamen -eris Scythas *al.* Mela 3, 43. Ps. Qvint. decl. 8, 13 *sol* rotato se rursus axe -itur. Svet. Iul. 31 cohortis ad Rubiconem. Flor. epit. 4, 2, 86 Alf. dig. 9, 2, 52, 1 Vlp. dig. 42, 8, 10, 16. Comm. instr. 1, 11, 14 gratis amat *Apollo Daphnen* nec potuit -i cursu. Vvlg. gen. 31, 25 (*κατέλαβε*). *nota*: Sen. Herc. O. 516 -ar telo fugam. *omisso obiecto*: Cic. Catil. 2, 6 Aurelia via profectus est *Catilina*: si accelerare volent, ad vesperam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-entur. NEP. Hann. 7, 7 *naves* eum comprehenderent, si possent -i. LIV. 1, 25, 10 priusquam alter ... -i poterat. 33, 1, 5. 42, 48, 10 *opperiens*, ut onerariae ex agmine suo per altum dissipatae -rentur. CVRT. 3, 12, 1 -endi spes non erat. 8, 14, 38 iam Alexander -utus erat. PLIN. nat. 9, 97 tantae velocitatis *cancri*, ut -i non sit. ITALA iud. 18, 22 (Lugd.) -uti sunt post filios Dan (*κατελάβοντο*, VVLG. secuti). *de telis*: OV. met. 6, 235 *frena* dantem non evitabile telum -itur. 7, 683 *telum* -itur quodcumque petit. *adde*: *locos*: CIC. epist. 7, 28, 2 quod tu, cui licebat, pedibus es -utus, ut ibi esses ..., nos idem propemodum -imur alia ratione. Phil. 14, 32 piorum estis sedem et locum -uti. BELL. Afr. 20, 6 nonnulli ... naves -uti incolumes discesserunt. TERT. bapt. 20 regna caelestia (pudic. 16 regnum. dei [*cf.* VVLG. I Cor. 6, 10 possidebunt]. ITALA [Tert. pudic. 17] *et* VVLG. Gal. 5, 21). SCHOL. Germ. Bas. p. 81, 1 *aries* caeli sidera -utus. VVLG. I Macc. 2, 57 sedem regni. NICET. div. appell. 2 angelorum consortium. symb. 10. *in imagine*: PLIN. epist. 7, 16, 2 ille me in tribunatu ... praecessit ego illum in praetura sum -utus. *nota*: LVCAN. 3, 505 *ignis* -itur nigri spatiosa volumina fumi (*sc. tam altus erat*).

B *translate*: **1** *contingere, attingere, affligere*: TER. Phorm. 750 matrem ipsam ex aegritudine hac miseram mors -utast (CVRT. 4, 14, 25 timidissimum quemque -itur *mors*). CIC. Verr. 6, 189 uti C. Verrem ... dignus exitus eiusmodi vita ... -atur. Sest. 51 ex bellica victoria non fere quemquam est invidia civium -uta. nat. deor. 1, 26 *quasi* non omne quod ortum sit mortalitas -atur. fin. 1, 32 quia -untur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt (HIL. in Matth. 25, 6 dolor enim praegnantes ex natura -itur). VELL. 2, 23, 2 facti merita eum poena ... -uta est. QVINT. inst. 2, 10, 14 aliqua nos incommoda ex iis ... materiis -entur. 7, 4, 19 laus. decl. 323 p. 273, 11 nulla eos qui fecerant supplicia -uta sunt. LACT. inst. 6, 2, 4 *ut* hebetatos oculos caligo ac tenebrae -antur. LVCIF. reg. apost. 7 p. 53, 31. AVG. civ. 19, 23 p. 399, 2 ne inoboedientes eradicatio -atur.

2 *aequare, parem fieri*: *aliquem*: CIC. Brut. 228 interiectus inter duas aetates Hortensi et Sulpici *L. Sisenna* nec maiorem -i poterat et minori necesse erat cedere. VELL. 1, 17, 7 primo ad -endos quos priores ducimus accendimur (*ibid.* aequari *et* praeteriri). SEN. benef. 5, 5, 3 non est turpe non -i, dummodo sequaris (VAL. CEM. epist. p. 756[D] *Paulum* sequi cupimus, etsi -i non valemus. SIDON. epist. 1, 4, 1). *aliquid*: CIC. de orat. 2, 56 *Thucydides* ita creber est rerum frequentia, ut verborum prope numerum sententiarum numero -atur. QVINT. inst. 10, 1, 102 immortalem Sallusti velocitatem *Livius* diversis virtutibus -utus est. 10, 2, 7 id quod imiteris. PANEG. 6, 4 fortitudinem illius. *additur* verbis *sim.*: RHET. Her. 3, 6, 11 vereri nos, ut illius facta verbis -i possimus (*sc. laudando*). 4, 8, 12 nequeo verbis -i indignitatem rei. 4, 39, 51 nemo est qui possit satis rem -i verbis nec efferre oratione magnitudinem calamitatis. CIC. Sest. 87 verbis -i non possim *laudem Milonis*. Phil. 5, 35. 14, 29 causas, ut honorificentissimis verbis -i potuero, complectar ipsa sententia. epist. frg. III 11 extrema vero nec quanta nec qualia sint, verbis -i possem (NON. p. 270 exprimere, definire). OV. met. 15, 419 ante ... quam -ar omnia verbis in spècies translata novas. CIC. Cluent. 7 omnia dicendo. p. red. ad Quir. 5 vestram magnitudinem ... non modo augere aut ornare oratione, sed enumerare aut -i. PANEG. 12, 1 quo tandem modo -i maiestatem utriusque vestrum oratione mea potero? gratia: CIC. epist. 1, 8, 6 nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia -i possum. *cf.* SEN. benef. 1, 4, 3 qui referre gratiam debet, numquam -itur, nisi praecessit. scriptura *sim.*: VITR. 10, 8, 1 de hydraulis ... quam brevissime proximeque attingere potero et scriptura -i, non praetermittam. QVINT. inst. 1 prooem. 7 quantum notando -i potuerant (10, 3, 19 nam in stilo quidem quamlibet properato dat aliquam cogitationi moram non -ens celeritatem eius manus. HIER. epist. 118, 1 quae velociter edita velox -retur manus *notarii*). PLIN. epist. 2, 18, 3 efficiamque quantum tamen epistula -i potero, ut ipse omnes audisse videaris. memoria: RHET. Her. 3, 20, 34 facile ea quae volemus memoria -emur. CIC. Verr. 5, 57 nullo modo possum omnia istius facta aut memoria -i aut oratione complecti. PLIN. paneg. 75, 1 sed quid singula consector et colligo? quasi vero aut oratione complecti aut memoria -i possim.... COD. Iust. 6, 22, 8, 1[b] cum humana fragilitas ... minus memoria possit res plures -i.

3 *adipisci, impetrare, accipere* (*formae passivae v. p. 404, 22 sq.*): PLAVT. Astr. frg. 1 sequere adsecue..., meam spem cupio -i. :: sequor hercle equidem, nam libenter mea⟨m⟩ sperata⟨m⟩ -or. ACC. trag. 12 brevitatem verborum. VARRO Men. 318 hanc eandem voluptatem lapathio et ptisana. ling. 8, 27 id. rust. 1, 1, 1 otium. frg. Non. p. 395 Persae ... eo [se] -uti corporis siccitatem. RHET. Her. 2, 1, 1 ea officia qua ratione facillime -i posset *orator*. 3, 14, 25 ut vim volubilem orationis vociferatio -i possit. CIC. de orat. 1, 74 id ipsum quod contra me locutus es artificio quodam es -utus. 1, 88. 1, 117 ea ipsa facultate ... magnam in civitate gratiam (off. 2, 67 plurimum gratiae *al.*). 1, 24 -i id quod scirent. 2, 363 sapientiae laudem et eloquentiae. Brut. 32 gloriam (Sest. 143. rep. 6, 20 quam celebritatem sermonis hominum aut quam expetendam -i gloriam potes? *al.*). 126. 159 summam ingeni non laudem modo sed etiam admirationem. 243 280 honores quam opes -i maluisset. Q. Rosc. 10 ut neque nihil neque tantum quantum postulavimus -amur. 23 decem his annis ~~HS~~ sexagiens honestissime. leg. agr. 2, 1 beneficio vestro imagines familiae suae. 2, 2 studiis hanc dignitatem. Mur. 24 consulatum. dom. 129 esses omnia si minus re, at verbis legitimis -utus. Sest. 105 suffragiis quod contenderant -bantur. Vatin. 16 consularem auctoritatem. Cael. 74 omnia labore et diligentia. Balb. 18. 31 civitatem nostram beneficio populi R. (CORP. II 1945. ORAT. imp. Claud. [Corp. XIII 1668] 2, 17 civitatis R. beneficium. VVLG. act. 22, 28 multa summa civilitatem [*ἐκτησάμην*]). Balb. 35. Mil. 30 nihil dico quid res publica -uta sit, nihil quid vos, nihil quid omnes boni. Planc. 60 magistratum. Tusc. 4, 5 nostros omnia -i potuisse, simul ut velle coepissent. nat. deor. 1, 39 immortalitatem. div. 2, 1 quod (*sc. ut traderem*) compluribus iam libris me arbitror -utum. rep. 2, 3 facilius quod est propositum -ar (fin. 1, 57). 3, 6 ad laudem omnia. 6, 24 apud eos ipsos ... nemo unius anni memoriam -i possit. off. 1, 158 quod ea quae natura desideraret, -i sine aliis atque efficere non possemus. Cato 68 (*opp.* sperare). Tusc. 1, 95 Chaldaeorum promissa. Tim. 8 si *oratio* similitudinem veri -atur. Att. 9, 7, 1 non iam id ago ... ut prosperos exitus -ar. 15, 8, 2 si minus possis *coram*, litteris idem -emur (*cf.* 5, 9, 2). epist 10, 6, 2 omnes quos adhuc gradus dignitatis -utus sis, es autem adeptus amplissimos. CAES. Gall. 1, 43, 5 ea praemia. 2, 1, 4 *al.* SEN. contr. exc. 4, 4 res p. multum -uta est, vir fortis nihil perdidit. LEX Malac. (Corp. II 1963) 1, 42 *honorem* suffragis. QVINT. inst. 2, 17, 26 artes scire, quando sint finem -utae. 3, 7, 18 quidam ... posteriorum quam suae aetatis iudicia sunt -uti (PLIN. epist. 4, 8, 1 gravissimi principis iudicium). 8, 2, 19 idem vitium (10, 1, 25 vitia magnorum). 10, 1, 100 vix levem -imur umbram *gratiae Atticorum*. 11, 1, 10 brevi detrimento iam ultimae senectutis aevum saeculorum omnium -utus *Socrates*. TAC. dial. 2. 9 *al.* GAIVS inst. 1, 33 ius Quiritium *al.* VLP. dig. 39, 3, 6, 3 damnum. 47, 2, 12, 1 nemo de improbitate sua -itur actionem. 5, 3, 16, 2 litis aestimationem *al.* IVLIAN. dig. 30, 84, 5 hominem. *cf.* 30, 82, 6. 19, 1, 28 si ex stipulatu poenam -utus fueris (GAIVS inst. 4, 6 agimus interdum, ut rem tantum -amur, interdum ut poenam tantum, alias ut rem et poenam). MARCELL. dig. 5, 1, 75 sententiam praetoris (COD. Iust. 7, 72, 10, 1). TERT. idol. 3 rude illud negotium humanae calamitatis et nomen de idolis -utum est et profectum (scorp. 15 *Christus* de *passione* salutem -urus. bapt. 4. VVLG. II Macc. 8, 35 summam infelicitatem de interitu sui exercitus -utus, *δυσημερήσας*). ITALA deut. 4, 1 (Lugd.) ut ...-amini hereditatem terrae (*κατακληρονομήσητε*, VVLG. possideas terram). Ier. 7, 16 (Tert. pudic. 2) ne postulaveris misericordiam -i eos (*ἐλεηθῆναι αὐτούς*, VVLG. *aliter*. II Cor. 4, 1 [Tert. pudic. 15 *et* VVLG.] I Tim. 1, 16 [Tert. pudic. 18 *et* VVLG.] VVLG. prov. 28, 13 II Macc. 9, 13 Matth. 5, 7 *al.*). Matth. 6, 2 (cod. k) -uti sunt mercedem suam (6, 5. 16. *ἀπέχουσιν*, VVLG. receperunt. *cf.* HIL. in Matth. 10, 29). Marc. 10, 17 (cod. n) ut vitam aeternam -ar (*κληρονομήσω*, VVLG. percipiam). 10, 30 vitam aeternam -etur (*om. gr. et* VVLG. *cf.* EPIST. Paul. et Cor. II rec. A 36 mercedem accipiet et ... vitam aeternam -etur. AVG. civ. 12, 21 p. 545, 8 hic aeterna vita -enda expectatur, *opp.* amittenda cognoscitur). act. 15, 11 (Tert. pudic. 21) nos salutem -uros (*σωθῆναι*, VVLG. salvari). Eph. 1, 11 (Mar. Victorin. in Eph. p. 1245[C]) sortem -uti sumus (*ἐκληρώθημεν*, VVLG. sorte vocati sumus). Hebr. 6, 7 (Tert. pudic. 20) *terra* benedictionem dei -itur (*μεταλαμβάνει*, VVLG. accipit). PANEG. 4, 14 salarium. SORT. Sangall. 51, 4 vix -eris obsonium quem vis accipere. HIL. in Matth. 10, 28 aeternitatis occasiones. trin. 2, 12 caecum ab utero oculos -utum. syn. 6 (*opp.* fallere). LVCIF. reg. apost. 1 p. 36, 16 quod illa -uti fuissent mala propter idololatriam. Athan. 1, 41 p. 139 baptismum (*cf.* CORP. III 9586 gloriosi fontis gratiam -uta est. *v. infra l. 69 sqq.*). AMM. 22, 16, 24 Libyam. PS. ASCON. div. in Caec. p. 110 quartam partem de proscriptorum bonis. AVG. civ. 7, 24 semina (*opp.* perdere). BACHIAR. repar. laps. 15 Sichem quam Ioseph noster in hereditatem -itur. VINDIC. med. 33 qua sanguis vel spiritus consuetudinarium sibi iter -atur. SACR. Leon. p. 325 tribue -i, quod sperare donasti. CORP. XIII 3162[II] deinceps pro meritis adfectionis magis digna -urus. *nota*: ITALA I Cor. 9, 12 (Tert. pudic. 14) si alii de potestate vestra -untur (*τῆς ὑμῶν ἐξουσίας μετέχουσι*, VVLG. potestatis vestrae participes sunt). CORP. II 4514 (*saec. II ex.*) L. Caecilius ...-utus in honores aedilicios. *absolute apud christianos de acceptione baptismi*: CORP. X 4488 (*a. 371, incerta lectio*) -uta est d. VI, deposita est VIII Kal. Aug. VIII 9592. INSCR. christ. Rossi I 572 (*a. 407*) -quutus es⟨t⟩ XIII Kal. Feb. *cf.* INSCR. christ. Leblant I 66 (*a. 508*) penetentia(m) -ut⟨a⟩ est *ibique adnotata et p. 387, 9 sq.* *seq. interrogatio indirecta*: VLP. dig. 4, 3, 5 per quam *actionem* -atur quod sua intersit. GAIVS dig. 4, 7, 9 quanti eius interfuerit. *sim.* *accedit* ab: CIC. Manil. 70 honorem neque ab uno neque ex hoc loco, sed eadem illa nostra laboriosissima ratione vitae ... -emur. Mur. 71 quae a nobis -untur (*opp.* a nobis petunt omnia). Planc. 55 *quasi* ab eo (*populo R.*) facilius ... dignitatem -antur. Sest. 57. p. red. ad Quir. 5 multa praeterea a dis immortalibus optata -uti sumus. Phil. 5, 2. off. 2, 42 *ius* ab uno iusto et bono viro. 2, 45. epist. 12, 30, 6 ab eo. 13, 12, 2 laudem a nobis. 15, 4, 14 honores summos a senatu *al.* VAL. MAX. 7, 5, 6 *praeturam* a populo. S. C. Ostor. (dig. 38, 4, 1) perinde atque si ab eo eave libertatem -utus -utave esset. GAIVS

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inst. 2, 55 a quo suum -rentur *al.* PAVL. dig. 14, 1, 3 eum qui praestiterit societatis iudicio a ceteris -urum. APVL. flor. 15 p. 61. TERT. nat. 2, 9 a rege Plotio fanum. orat. 29 *al.* per: CIC. leg. agr. 2, 49 *dignitatem* per vos. prov. 39. fin. 5, 40 an *vitis* ea quae per vinitorem antea -batur, per se ipsa curabit. ad Q. fr. 2, 7, 2 per se et per Pompeium. epist. 1, 7, 10 omnia quae ne per populum quidem ... se assequi arbitrabantur, per senatum -uti sunt. 7, 19 *al.* ex (de *v. p. 408, 37*): CIC. Manil. 2 meus labor ... ex vestro iudicio fructum est amplissimum -utus. fin. 1, 32 aliquid ex ea *exercitatione* commodi. 1, 35. epist. 4, 6, 1 *dignitatem* ex re publica. PLANC. Cic. epist. 10, 8, 2 magnos honores ex ea re. VITR. 3 praef. 2 nobilitatem ex arte. SEN. clem. 2, 7, 2 quod ex venia -i vis. nat. 1, 17, 4. CVRT. 8, 7, 15 ut quod ex tua morte petieramus, -amur ex nostra. SCRIB. LARG. praef. p. 1, 18 magnum scientiae titulum ex usu. p. 5, 2 QVINT. inst. 7, 2, 42. PLIN. epist. 9, 22, 3 *litterae* ex periculo eius tantum discrimen adierunt quantum ex salute gloriae -entur. SVET. gramm. 7 nec unquam de mercedibus pactus eoque plura ex liberalitate discentium -utus. IVLIAN. dig. 9, 2, 47 ut ex utroque iudicio nihil amplius -atur quam -i deberet, si ... egisset. *talia saepius.* CORP. X 1783 cum plus ex pietáte promissi eius res publica nostra postea -ura sit. SEN. epist. 59, 15 unde stabile magnumque -antur. *sequitur* ut: VARRO rust. 2 praef. 2 utrumque sunt -uti, ut et ... haberent et ipsi ... essent. CIC. de orat. 1, 130 hoc iam diu est -utus, ut ... diceretur. 2, 139 ne hoc quidem eos -utos, quod ... efficere potuerunt, ut genera rerum discernerent. Brut. 252 ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris ... est -utus. orat. 34 -eris tamen, ut eos ... placatos dimittas. Verr. 3, 133. Phil. 13, 31 per quem, ut neque hoc idem posthac neque multa huius modi accidere possent, -uti sumus. fin. 5, 87 *Democritus* ex illa investigatione naturae -i volebat, bono ut esset animo. parad. 1 dicendo -i, ut illa ... viderentur. Tusc. 3, 34 utrumque enim -itur *qui rerum naturam cogitat*, ut et ... fruatur officio et ... sanetur. nat. deor. 2, 150. ad Q. fr. 2, 4, 1 hoc, ut. epist. 5, 8, 2 sum enim -utus non modo ut..., sed ut. LENT. Cic. epist. 12, 14, 2. LIV. 4, 42, 8 hoc, ut (45, 23, 4 SEN. contr. 10, 3, 5 *al.* MART. 5, 46, 4). 4, 51, 3 nequivere tamen -i, ut non aegerrime id plebs ferret. SEN. contr. 1, 2, 14 -ar, ut non putent (*ibid.* efficere ut). VELL. 2, 124, 4 VAL. MAX. 7, 4, 2 CELS. 1 prooem. p. 7, 36. 3, 18 p. 100, 33 *al.* SEN. nat. 4 praef. 5 epist. 44, 6 *al.* COLVM. 5, 4, 3. 6, 2, 10 *al.* MART. 12 praef. QVINT. inst. 2, 16, 9 (*ibid.* efficere). 8, 3, 69. 10, 1, 112 id, ut. 11, 1, 85. decl. 286 p. 93, 22 ut mortem contemnerent, Decii -uti sunt. FRONTIN. strat. 1, 3, 8. 1, 11, 3. PLIN. epist. 6, 29, 4 multos ... ut bene agerent agendo -utos. 10, 61, 2. 10, 70, 1 paneg. 19, 4 *al.* SVET. Tib. 12. IVLIAN. dig. 3, 5, 29 -i id, ut ei salvum esset. VLP. dig. 7, 6, 1, 2 *al.* PANEG. 2, 6 IVST. 20, 4, 11. ne: CIC. Cluent. 51 ut hoc ... -utus sim, ne quis ... arbitraretur. epist. 1, 2, 4 hoc, ut ne quid ... posset. 1, 9, 26. SEN. contr. 1, 7, 8 hoc tamen -ar, ne fame moriar. SEN. dial. 4, 12, 4 quidam ne umquam riderent, -uti sunt. benef. 6, 9, 2. epist. 17, 3 hoc, ne. *cf.* 103, 4. QVINT. inst. 9, 2, 62 hic Cicero -itur, ne ... credatur. PLIN. paneg. 86 ne ... videaris. MARCIAN. dig. 30, 119 non hoc -itur, ut ne ... reddat. SCAEV. dig. 34, 3, 28, 8 an ex causa fidei commissi Apronianus -i possit, ne ... exigatur *al.* quominus: PAVL. dig. 8, 2, 26 per ... actionem -itur socius, quominus opus fiat aut ut id opus quod fecit tollat. 43, 24, 20 pr. *seq. infinitivus*: CIC. de orat. 1, 150 perverse dicere homines perverse dicendo facillime -i (*in proverbio cf. Otto, Sprichw. p. 111; antea* efficere ut). OV. Pont. 1, 5, 66 inter inhumanos esse poeta Getas. *acc. c. inf.*: PAPIN. dig. 27, 3, 20, 1 eam actionem praestari sibi. VLP. dig. 10, 2, 18, 5 COD. Iust. 12, 1, 17 pr. quod: SEN. contr. 2, 5, 19 hoc ar, quod ... non beneficium est, sed fides.

4 *perficere (cf. etiam l. 22 sqq.)*: ORBIL. *v. p. 404, 27.* CIC. Att. 13, 33, 4 ceteras res quas -i tamen biduo aut triduo post facile potero. 13, 43 sunt omnino mihi quaedam agenda Romae, sed -emur biduo post. COLVM. 11, 2, 90 opera -i oportebit. *in disputatione, i. q. pertractare*: CIC. Verr. 1, 48 qua *ratione* omnes illorum conatus investigare et -i possim. QVINT. inst. 4, 1, 43 quarum *causarum* species -i omnes non possumus. CIC. de orat. 2, 121 quantum -ar, vos iudicabitis. epist. 1, 9, 24 quantum litteris, quantum studiis ... -i poterimus, id omne ad arbitrium tuum ... conferemus (1, 7, 4 quid efficere et quid -i possis. ad Q. fr. 1, 1, 38 quantum efficere et -i possumus. AMM. 26, 2, 9). Att. 10, 4, 1 quid -utus sim, quid praestiterim. LIV. 34, 17, 8 id quam mollissima via. VELL. 2, 61, 1 mira ausus ac summa -utus. 2, 128, 3 nihil quod nobilissimis summo cum sudore -endum foret. GAIVS dig. 10, 2, 19 quae ita scilicet -etur iudex, si. CIC. Manil. 2 si quid in dicendo -i possum *i. praestare.* *absolute, i. q. proficere*: CIC. rep. 2, 52 si modo -i potuero, ... enitar. leg. 3, 49 faciam breviter, si -i potuero. BELL. Afr. 72, 5 quibus ex rebus largiter erat -utus. IVL. dig. 10, 3, 25 longe magis -ar. *nota*: PASS. coron. 1 bene -batur sculptura secundum praeceptum Augusti.

5 *mente percipere, intellegere, discere, cognoscere*: RHET. Her. 3, 1, 1 prima quaeque et nobiscum ... et interdum sine nobis legendo -ēre. 4, 5, 8 quod unus omnis artis partes -i nemo potuerit. 4, 56, 69 artis rationem studio et exercitatione (CIC. de orat. 2, 232 ea quae natura, quae studio, quae exercitatione -imur). *ibid.* haec omnia adipiscemur, si rationes praeceptionis diligentia -emur exercitationis. CIC. *saepe, ex. gr.* de orat. 1, 5 *usum* ex causis quas diximus tot tantisque -uti sumus. 1, 10 quod voluerit. 1, 14 tantum quantum ingenio et cogitatione poterant, -bantur (Cato 41 nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione -i posset. *cf.* off. 3, 4 investigatione earum rerum quas cogitando -batur. ad Q. fr. 3, 5 [6], 4). CIC. de orat. 1, 19. 1, 20 omnium rerum magnarum atque artium scientiam. 1, 109 alia quaedam ad -endam eloquentiam esse maiora (2, 1 summam prudentiam atque incredibilem eloquentiam -uti. 3, 147 Brut. 309 orat. 17. 145 *al.*). 1, 170. 1, 215 aliquam scientiam dicendi copia est -utus. 2, 98 qui neminem imitentur et suapte natura quod velint sine cuiusquam similitudine -antur *eqs.* 2, 214 *al.* orat. 1 suscipere tantam rem, quantam non modo facultate -i difficile esset, sed etiam cogitatione complecti. div. in Caec. 39 tantam causam ... et diligentia -i et memoria complecti et oratione expromere et voce ac viribus sustinere. rep. 1, 15 ea quae de natura quaererentur, *esse* maiora quam hominum ratio -i posset. div. 1, 2 eandem artem etiam Aegyptii longinquitate temporum innumerabilibus paene saeculis -uti putantur (MACR. sat. 5, 1, 2 orandi artem). ad Q. fr. 1, 1, 28 (*syn.* adipisci). epist. 3, 9, 3 ipsam cognitionem iuris augurii -i cupio. 6, 6, 3 *divinationem.* frg. inc. J 5 id esse optimum quod, cum te facile credideris -i imitatione, non possis. LVCR. 1, 460 rebus ab ipsis -itur sensus, transactum quid sit in aevo. OV. trist. 5, 7, 68 praemia si studio -ar ista (*sc. oblivia*), sat est (Pont. 1, 5, 55 -ar ex illis casus oblivia nostri). QVINT. inst. 1, 1, 35 inter prima elementa -i rem (*syn.* ediscere). 2, 2, 1 *praecepta* mente -i. 2, 3, 7 *eloquentiam* intellectu (2, 5, 21). MOD. dig. 6, 1, 32 qui artificium -utus est (*i. artifex factus est*). TREB. trig. tyr. 28, 2 ut brevi -utus, quae insinuaverat grammaticus, esse dicatur. HIL. trin. 3, 2 intellegentiam difficillimae istius quaestionis. 3, 35 cognitis sacramentis salutis humanae ... legis et prophetarum sunt mysteria -enda. in Matth. 25, 5. psalm. instr. 17, 22 prophetiam quae in psalmo sit. QVEROL. p. 45, 11 mathesim et magicam. HIER. epist. 55, 1. *nota*: EVSTATH. Bas. hex. 2, 2 p. 880^{C} obtrectatores veritatis, sensu proprio scripturas minime -entes ad suumque arbitrium interpretationem trahentes earum. coniectura -i: CIC. Catil. 3, 18 id ... coniectura -i possumus. epist. 6, 5, 2 quas *res* coniectura -i possumus. 12, 19, 2. CAES. Cic. ad Q. fr. 2, 10, 4 quantum coniectura -bar. BELL. Afr. 23, 1 ut coniectura -i possumus. *de oculis*: VARRO rust. 1, 12, 2 *animalia minuta* quae non possent oculi -i.

syn.: *ad I*: sequi. *ad II*: adipisci, assequi, nancisci; efficere, praestare. *oppos.*: *ad I A*: praecedere, transire. *ad I B*: instare; amittere, fugere, vitare.

part. praes. adi. et subst. **cōnsequēns,** -tis; *subst. neutr. plur.* **cōnsequentia,** -ium. *abl. sing.*: consequenti; *sed* -e *traditur*: CIC. Brut. 305 NOT. Suet. gramm. VII 536, 20 EVGRAPH. Ter. Andr. 51 p. 177; 44. *compar.*: IREN. 2, 5, 4 HIER. in Is. 5, 9 p. 74 in Ezech. 26, 15 p. 300 EVSTATH. Bas. hex. 2, 8 p. 888^{D} *superl.*: AVG. c. Cresc. 1, 26, 31. GLOSS. *ἀκόλουθος.*

I *de tempore*: RHET. Her. 2, 5, 8 *argumentum* dividitur in tempora tria: praeteritum, instans, -s ... in -i tempore spectabitur, numquid re transacta relictum sit, quod indicet (CIC. fin. 1, 67 -is ac posteri temporis. Tusc. 1, 97. fat. 27 -i tempore). 3, 4, 7 quod conficit honestam et praesentem et -em commemorationem. 4, 39, 51 rerum -ium ... expositionem (*ibid.* cum res -es comprehensae universae perspicua breviter exprimuntur oratione. CIC. div. 2, 44 significationem rerum -ium. ARNOB. nat. 1, 65 ut ex rebus -bus scirent. 7, 13). CIC. Brut. 305 -e anno. fin. 2, 45 vitae -is statum (3, 29 confidere sibi debet ac suae vitae et actae et -i). Tusc. 3, 33 (*opp.* praeteritus). APVL. mund. 38 futuri et -is saeculi posteriora videtur ostendere (ARNOB. nat. 7, 48 minoribus et -bus saeculis. *ibid.* sequentia tempora). ARNOB. nat. 5, 21 aetas mortalium -s (AVG. civ. 2, 18). HIL. in Matth. 5, 1 -s error *Tertulliani.* AVG. civ. 22, 8 quae res dilata est in -em diem. gen. ad litt. 3, 14 p. 79, 16 utrum in primis rerum conditionibus creata sint *animalia minuta*, an ex -bus rerum mortalium corruptionibus. VEN. FORT. vita Albin. 20, 58 his et -bus infinitis miraculis. LACT. inst. 1, 4, 3 prius est deum scire, -s colere. cōnsequentia: CIC. div. 1, 127 ut signis quibusdam -ia declarantibus futura praesentiat *homo.* TAC. ann. 15, 54. ITIN. Alex. 10 hac belli fortuna in confidentiam -ium (incons- *cod.*) eruditus. LACT. inst. 7, 3, 15 eos (*homines*) in -bus (*i. post creationem mundi*) ratio defecit.

II *de ordine, continuatione*: *verborum*: RHET. Her. 4, 12, 17 soloecismus est, cum in verbis pluribus -s verbum superius non accommodatur. 4, 25, 34 gradatio est, in qua non ante ad -s verbum descenditur quam ad superiora conscensum est. CIC. de orat. 2, 325 conexum autem ita sit principium -i orationi. 3, 173 si verba extrema cum -bus primis ita iungentur. QVINT. inst. 11, 2, 20 coniungentes prioribus -ia solo ediscendi labore. PRISC. gramm. II 588, 5 quod terminatione -i discernitur. LACT. inst. 1, 3, 1 sit ergo nostri operis exordium quaestio illa -s ac secunda. HIL. trin. 7, 33 intellegentiae sensum in -bus requiramus. in Matth. 5, 15 in -bus docuit (CAEL. AVR. acut. 1, 15, 120 *al.* 1 praef. 3 sicut ex -bus docebimus. 2, 13, 89). 10, 23 sensus et superior et -s (12, 2 ut idem sensus et superiora et -ia contineret). in psalm. 1, 11. syn. 17 -em sententiam subtrahentes, ex qua intellegentiam prior sumit. 51. TYCON. 6 p. 69, 20

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quid sit 'solverit', -bus aperit dicens. VEG. mil. 3, 8. AVG. civ. 17, 9 deinde in -bus psalmi . . . inquit. praed. sanct. 19, 39 in huius testimonii -bus deo gratias agit apostolus. *hinc de enuntiato secundario*: NOT. Suet. gramm. VII 536, 20 — *notat* praepositum sine -e. — -s sine praeposito. *i. q. continuus, cohaerens*: DIOM. gramm. I 484, 11 hexameter versus epos dicitur . . . unde postea abusive verbum et solutae orationis ipsa scriptura -s ab aliis epos dictum. DON. Ter. Eun. 508 -s erit per *ἀσύνδετον* tota sententia (*opp.* inconsequens).
adde de gradu: SIDON. epist. (carm. 14) 2 musicam et astrologiam, quae sunt infra arithmeticam -ia membra philosophiae.

III *de effectu*: **a** *generatim id quod sequitur*: CIC. part. 82 ex illis inveniendi locis causae rerum et eventus et -ia requirentur. 114 quaero qui sint illi eventus, quos ex causis effici dixisti :: -ia quaedam signa praeteriti et quasi impressa facti vestigia. Tim. 46 *ut* id omne et quae -ia essent (*Plato p. 42*^{E} *ἀκόλουθα*) perpolirent et absolverent. fin. 3, 22 -s est *honesta actio* et post oritur *quam principia naturae* SEN. nat. 2, 32, 2 eadem tamen ratione fiunt *fulmina*, sive illis significare propositum sive -s est. epist. 66, 35 nec futuri providus est *sensus* nec praeteriti memor: quid sit -s, nescit. PORPH. Hor. carm. 1, 6, 12 'deterere' autem minuere significat ex -i, quia quae deteruntur, minuuntur. QVINT. inst. 6, 3, 76 hoc genus dicti -s vocant quidam . . . quia ista natura sequi et cohaerere videantur. 9, 2, 103 *ἐπακολούθησις*. 9, 2, 106. ARNOB. nat. 2, 21 cum mammas dederit *nutrix* et -ia supplerit officia. 6, 22. HIL. trin. 4, 13 -ia corporis sustinens sine corpore deus. TERT. apol. 2 non statim . . . contenti sitis, nisi et -ia exigatis, qualitatem facti, numerum, locum, modum, tempus, conscios, socios (nat. 1, 2 insuper -ia *homicidii* exigitis, quotiens caedem egerit *eqs.*). **b** *t. t. grammaticorum de appellationibus*: CHAR. gramm. I 154, 24 alia *nomina* ab accidentibus vel -bus trahuntur, ut beatus dives pauper. EXC. Bob. gramm. I 533, 28 appellationes sunt . . . aut -es ut iustus, aut adiecticiae ut frugi. PRISC. gramm. III 146, 10 MAR. VICTORIN. defin. p. 40, 13 *sq.* p. 41, 5 a -bus sic definit . . .; hucusque a -bus, omnia enim -ia sunt ex hoc, quod dixi, munere consulatus . . . ergo -ia accidentia colligere definitionis est *ἐννοηματικῆς*. **c** *t. t. rhetorum de conclusione et ratione*: GLOSS. V 280, 23 rectissimus. 661, 17 *v. p. 393, 84.* IV 39, 3 verisimile aut congruens (501, 2). CIC. top. 53 deinceps est locus dialecticorum proprius ex -bus et antecedentibus et repugnantibus. nam coniuncta . . . non semper eveniunt, -ia autem semper. ea enim dico -ia quae rem necessario consequuntur (*cf.* 11. 20. 71. 88). de orat. 2, 166 nam et coniuncta quaeremus . . . et contraria et -ia et consentanea et quasi praecurrentia et repugnantia et causas rerum vestigabimus et quae ex causis orta sint. *cf.* 2, 170 orat. 16. QVINT. inst. 5, 8, 5. 5, 10, 2. 5, 10, 74 est argumentorum locus . . . ex -bus sive adiunctis. 5, 10, 75 sed haec -ia dico, *ἀκόλουθα*, . . . illa insequentia, *παρεπόμενα*, quae postea facta sunt aut futura *eqs.* 5, 14, 1 *enthymema* ex bus, quod habet propositionem coniunctamque ei protinus probationem. 5, 14, 17 *al.* LACT. inst. 3, 24, 3 ex -bus iudicare. MART. CAP. 4, 415 secundus modus est qui appellatur a -bus, in quo ipsum argumentum quaestionem sequitur, non quaestio argumentum. 4, 421. 5, 474. 491. 558. EVGRAPH. Ter. Andr. 51 p. 177, 44 *argumentorum* loci sumuntur . . . a praecedente, ab eo quod est simul, a -e. CASSIOD. art. 3 p. 1191^{D}. CIC. de orat. 2, 215 id quod concludere illi velint, non effici ex propositis nec esse -s. Brut. 152 quae quibus propositis essent quaeque non essent -ia. orat. 115 quid efficiatur e quoque, quid cuique -s sit quidve contrarium. 122. part. 41 enumeratio -ium. 55. 120. 126 *al.* fin. 1, 63 -ium repugnantiumve ratio. 2, 113 coniectura -ium non multum a divinatione differens. 3, 26. 3, 32 posterum quodammodo et -s putandum est quod illi *ἐπιγεννηματικόν* appellant *eqs.* 3, 48 (*syn.* consentanea, *opp.* superiora). 4, 54. 4, 55 sic -bus vestris sublatis prima tolluntur. 4, 68 cum -s aliquod falsum sit, illud cuius id -s sit, non posse esse verum. 5, 58. 5, 60 ad ea principium quae accepimus, -ia exquirere, quoad sit id quod volumus effectum. Tusc. 1, 78 eo concesso, quod volumus, -s. 5, 24. 5, 50 contrariorum enim contraria sunt -ia. 5, 68. nat. deor. 2, 147 -ium rerum cum primis coniunctio. div. 2, 150 leg. 1, 45 off. 1, 11 *al.* QVINT. inst. 4, 3, 5 nihil tam est -s quam narrationi probatio. 5, 10, 70 est invicem -s et quod ex diversis idem ostendit. PRISC. gramm. III 94, 23 subcontinuativae *coniunctiones* causam continuationis ostendunt -em cum essentia rerum . . . 'quia sol super terram est, dies est': utrumque enim significat fieri ordine -i (TERT. anim. 32 reliquae per -em ordinem cuiusque naturae). IVLIAN. dig. 1, 3, 32 pr. si qua in re hoc (*sc. moribus inductum*) deficeret, tunc quod proximum et -s ei est *custodiri oportet.* 9, 2, 51, 1 idque est -s auctoritati veterum. AFRIC. dig. 12, 6, 38 pr. ei sententiae. PAVL. dig. 50, 17, 141 quod contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad -ia (1, 3, 14 consequentias) *al.* GELL. 1, 1, 3 id collegit (*i. coniecit*) quod erat -s. ARNOB. nat. 1, 2 efficietur . . . rationum -ium copulatu (AVG. civ. 11, 13 -i ratione colligimus). LACT. inst. 4, 4, 6 tamen ei debitum cultum non reddiderunt, quod erat -s ac necessarium. 6, 15, 13. 2, 5, 33 non viderunt argumentorum suorum -ia. 3, 17, 23 -ium rerum necessitas. ira 4, 10. HIER. epist. 96, 14 oportet primum credere quod filius dei sit *Christus*, ut recta et -s fiat eius invocatio. AVG. civ. 2, 7 quid non esset -s vel etiam repugnaret. 14, 27. c. Cresc. 1, 26, 31 tu tamquam certissimum et -issimum concludebas. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 199, 8 (*opp.* repugnans). 4, 10 p. 285, 26 harum quattuor . . . propositionum duas duabus esse -es. consequens est, *seq. infinitivus vel acc. c. inf.*: CIC. Tusc. 5, 18 hoc probato -s esse, beatam vitam virtute esse contentam. SEN. epist. 87, 29 huic propositioni non erit -s, per divitias nos . . . in mala incidere. QVINT. inst. 5, 10, 77 -s enim est eos, qui inviti duci non potuerint, invitos non potuisse retineri. decl. 350 p. 377, 21 consuetudine iudiciorum -s est . . . uti proxima et simili actione. PROB. cath. gramm. IV 35, 27 quoniam . . . docui, -s puto de his tractare. VLP. dig. 2, 12, 1, 1. 9, 2, 15 pr. huic scripturae -s est dicere. *talia saepius.* 32, 55 pr. nec adiecit . . . ad eum pertinere, sed sic intellegi -s est. FLOR. dig. 1, 1, 3 -s est hominem homini insidiari nefas esse *al.* GELL. 1, 4, 7. IREN. 2, 7, 5 -s est, illum ab altero quodam . . . exemplum accepisse. ARNOB. nat. 1, 28 quod si fixum et ratum est, erit nobis -s confiteri. HIL. trin. 1, 36 *al.* DICT. 2, 21. OPTAT. 1, 15 p. 17, 13 -s erit eosdem fuisse auctores scismatis. 3, 1 p. 67, 4. 5, 1 p. 121, 11. HIER. in Is. 5, 9 p. 74 -ius sit intellegere. in Ezech. 26, 15 p. 300 *al.* RVFIN. apol. Orig. praef. p. 545 -s igitur erat ex his . . . testimoniis amplecti talem virum. Adamant. 1, 2 -s est (*εὔλογον*) illum primo . . . pronuntiare. 3, 2 (*ἀναγκαῖον*). AVG. civ. 1, 28. 15, 15. 22, 28 ut ex his fiat -s. CASSIAN. conl. 22, 6, 5. MART. CAP. 8, 823 -s reor coluros demonstrare. COD. Iust. 6, 37, 26, 1. *seq.* ut: CIC. Tusc. 5, 18 quo modo hoc sit -s illi, sic illud huic, ut . . . nihil aliud sit bonum. leg. 1, 15 -s esse videtur, ut scribas tu idem de legibus (MACR. exc. gramm. V 607, 20 post plusquamperfectum -s erat, ut de infinito tempore . . . tractaremus). GAIVS inst. 2, 78 si tu possideas, -s est, ut . . . debeat. POMPON. dig. 1, 2, 2, 13 post originem iuris et processum cognitum -s est, ut . . . cognoscamus. VLP. dig. 12, 4, 5, 4 -s est, ut dicamus. 26, 10, 1, 6. IVLIAN. dig. 1, 5, 26 his -s est, ut libertus quoque . . . eo iure sit. PAPIN. dig. 21, 2, 62, 2 dixi -s esse superioribus, ut . . . debeatur. GELL. 7, 2, 10 est enim genere ipso quasi fatale et -s, ut mala ingenia peccatis . . . non vacent. PS. APVL. herm. p. 272 tantum -s esse, ut si dies sit utique et luceat. TERT. orat. 7 anim. 4. carn. 6 p. 437 Öhl. -s erat, immo praecedens, ut. ARNOB. nat. 7, 12 LACT. inst. 1, 3, 9 *al.* DON. Ter. Eun. 494 HIL. in psalm. 56, 1 syn. 37 SERV. Aen. 1, 143 HIER. epist. 96, 11. RVFIN. Adamant. 1, 10 -s erat (*δίκαιον*) ut hi . . . mitterentur. 1, 13. 2, 2 (*εἰκὸς ὅτι*). AVG. civ. 11, 5, *et saepe.* SACR. Leon. p. 419 COD. Iust. 5, 4, 28, 4. SCAEV. dig. 50, 1, 24 cui -s est, ut ne . . . discedatur. *seq.* quod: GAIVS inst. 1, 82 illud quoque his -s est, quod ex ancilla et libero iure gentium servus nascitur. TRYPH. dig. 37, 4, 20, 1 et vereor, ne . . . hoc sit -s illi, quod . . . plus consequatur. HIER. epist. 51, 5 ubi autem flumina sunt, . . . ibi -s est, quod et ficus et alia ligna sint (*seq.* necesse est ut). CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 5 illud in multis hominibus video -s esse eo quod valde delectentur, quando (*ἐκεῖνο τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ὁρῶ παρακολουθοῦν τὸ ἐφήδεσθαι*).

IV *de congruentia, i. q. conveniens, congruus, idoneus, similis*: **a** *generatim*: GLOSS. II 112, 32 *προσῆκον* (*e, προσήκειν codd.*). RHET. Her. 4, 52, 65 sunt item sermocinationes -es hoc genus (*antea* uni cuique sermones ad dignitatem adcommodatos). *sim.* CIC. orat. 92 mutata, in quibus pro verbo proprio subicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua -i. PLIN. nat. 15, 5 -s earum (*olearum*) vindemia est arsque vel maior olei musta temperandi. 23, 63. IREN. 5, 6, 1 *deus* conforme illud et -s suo puero adaptans. AVG. civ. 12, 19 nova et dissimilia -ia praecedentibus . . . facere. INST. Iust. 2, 7, 3 -ia nomina rebus esse studentes. *de medicamentis*: CAEL. AVR. acut. 2, 29, 159 non est -s sorbilibus cibis . . . potus constrictivus. 3, 3, 21 cataplasmatibus -bus. 3, 20, 196 ex his quae sunt passioni -ia. **b** *t. t. grammaticorum, ἀνάλογος*: VARRO ling. 9, 90 quod quisque caput prenderit, sequi debet eius -ti⟨s⟩ casus in declinando. CIC. part. 18 ut in simplicibus verbis quod non est Latinum, sic in coniunctis quod non est -s, vituperandum est. PRISC. gramm. II 442, 18 coniugatio est -s verborum declinatio. III 145, 1 numerum pluralem nominativo -em exhibere. 145, 14. 146, 10 inde inventae sunt etiam adiectivae positiones, ut -ia nominibus communibus vel propriis compleantur. 147, 10 etiam genus cum -i declinatione acceperunt. 170, 25. PORPH. Hor. carm. 4, 14, 20 cum enim praedixisset 'qualis', non intulit quod erat -s 'talis' (*cf.* epod. 4, 2). DON. Ter. Eun. 64. 264 hoc igitur non est -s ad id quod vult dicere.

compositum: inconsequens.

adv. **cōnsequenter:** *compar. legitur*: HIER. in Is. 38, 4 p. 469 PS. RVFIN. in Os. 1, 2 p. 967^{A} AVG. c. Iul. op. imperf. 1, 108. *superl.*: AVG. c. Iul. op. imperf. 2, 27. GLOSS. *ἀκολούθως*.

1 *de ordine, serie, i. q. in consequentibus, deinde, deinceps*: HIL. trin. 7, 26 subiecit. in psalm. 1, 20 adiecit. 118 resch 3 addidit. GAVDENT. serm. 8 p. 893^{D}. 19 p. 990^{C}. CLAVD. DON. Aen. 1, 391 unde id sciret, -r exequitur. 1, 666 peracta principiorum parte qua fecit benevolum, -r facit attentum. VEG. mulom. 1, 17, 11. 1, 22, 4. 12. RVFIN. hist. 1 ind. 16 exemplum epistulae . . . et eorum quae -r de Syrorum lingua translata sunt. apol. Orig. 5 p. 584 nunc -r respondebimus etiam his. AVG. civ. 10, 6. 11, 9 *al.* epist. 185, 49 -r adiungit apostolus *al.* quaest. hept. 5, 10 quae *verba* -r ex decalogo cuncta commemorat. mus. 2, 6, 9 nunc quaternarum syllabarum pedes -r atque ordine videamus *al.* MART. CAP. 1, 58 ex bis septena *regione* Saturnus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eiusque caelestis Iuno -r acciti. 2,143 *al.* LEO M. serm. 95,7. FAVST. REI. spir. 1,11 p. 123,21 dum dicit spiritum dei et -r spiritum Christi *al.* BOETH. herm. pr. 1,7 p. 92,5 *al.* GREG. TVR. Franc. 2,8 de hoc viro -r plura memoranda sunt. *i. q. continue, cohaerenter*: CHALC. comm. 149 *fatum* potentiam intellegens principalem causam omnium, quae in mundo -r continueque fiunt.

2 *de effectu*: **a** *generatim*: PELAGON. 270 nimio sole cum iter facit..., -r aegritudo suprascripta subsequitur. 363 *equos* nec cibum capere et -r macilentos videri. **b** *in definitionibus* (*cf. p. 403,33. 411,28*). IVNIL. 1,13 duobus *modis divina significatur* essentia, principaliter et -r...-r, cum personas aut operationem aut collationem eius ad creaturas exponit. 1,14. **c** *de conclusione, i. secundum rationem*: RVT. LVP. 2,16 aliud est *genus antitheti*, item quod superiori infertur, sed -r (*i. ita, ut ex sententia superiore sequatur*). GAIVS inst. 3,179 qui -r et illud respondit. VLP. dig. 4,6,38 pr. dicemus (8, 4,10 *al.* PAPIN. dig. 35,2,11,6 facile quis dixerit -r prioribus. *omittitur verbum*: IREN. 1,8,5 'et deus erat verbum' -r [*ἀκολούθως*]: quod enim ex deo natum est, deus est. CHALC. comm. 211 -r sibi. 327 -r supra dictis. HIER. epist. 22,13 et -r). VLP. dig. 10,2,18 pr. his -r Iulianus ait. 24,1,11,6 notat. PAVL. dig. 48,20,7,4 cui -r illud idem princeps constituit *al.* VLP. dig. 7,1,15,7 quibus -r fructuarius quidem adquirere fundo servitutem non potest. 32,52 pr. 39,1,5,16 plures nuntiationes esse necessarias et -r plures remissiones. APVL. met. 9,21 recolens festinationis suae delictum et cetera -r suspicatus sagaciter. 10,2 filium probe litteratum atque ob id -r pietate modestia praecipuum. 11,1 ipsa etiam corpora ... nunc incrementis -r augeri, nunc detrimentis obsequenter imminui. 11,12 dextera proferens sistrum deae, mihi coronam: et Hercules coronam -r, quod ... Fortunam superarem. TERT. pudic. 8 si ... ostendero ..., -r utique nec christianus admittetur. adv. Iud. 2 igitur cum ... instituerit, -r ... laudavit. IREN. 2,19,2. CHALC. comm. 227 quia duplex essentia est ..., -r docebimus *al.* PS. AMBR. prec. 2,4 ille qui invidet et odit, -r susurrat et detrahit. HIER. in Ezech. 16,13 p. 159 *al.* epist. 21,10 *ut* ex pulchritudine creaturarum -r intellegeret creatorem. 108,23. 121,2. adv. Pelag. 1,16 unde -r adiecit (SEDVL. op. pasch. 1,29 deinde -r adiecit). 1,33. hom. Orig. in Luc. 11 p. 277/8. 14 p. 287/8. PELAG. in II Tim. 2 p. 890^{D} qui carnis resurrectionem negant, -r etiam Christi negabant. RVFIN. Adamant. 2,8 haec adversum Megethium videntur -r (*καλῶς*) dicta. 3,11 (*δικαίως*) *al.* hist. 2,22,1 (*εἰκότως*). patr. 1 praef. 1 unde -r tibi et illud continuo cognoscendum est. AVG. civ. 5,1. 12,21. epist. 36,13 quid huic possit -r opponi. in euang. Ioh. 114,5 non video quomodo id possit -r intellegi. gest. Pelag. 14,32 -r et ecclesiastico sensu et ipse sensisti de dono gratiarum. gen. ad litt. 12,13 p. 397,15 si iam in illa (*anima*) erant similitudines quasi proprie, cur eas etiam non -r intellegit? ali quando enim, immo plerumque non intellegit. c. Iul. op. imperf. 1,108 -ius ergo hac elocutione adiuvaremur *et saepe, nota* c. Iul. op. imperf. 2,27 quaesivi ergo -issime. OROS. apol. 16,1. CLAVD. MAM. anim. p. 36,3 *al.* CAEL. AVR. 1,15, 124 apparet itaque neque secundum se -r Asclepiadem phlebotomiam prohibere. FAVST. REI. epist. 3 p. 175,6 si vero demonstraro..., -r.... nec ipse iam dubites. *nota*: BOETH. arithm. 1,23 p. 47,21 ut unus duorum subduplus, trium subtriplus... appelletur et -r. *i. q. merito, iure*: EVGRAPH. Ter. Eun. 107 p. 411,27 ergo -r hodie irasci miles, posteaquam invenit.

an *in interrogatione simplici*: SEN. epist. 74, 16 -a ... an id bonum vocandum sit, quo deus ab homine vincitur (COLVM. 11, 2, 72. 12, 1, 3 FRONTO p. 141, 19 N. MART. CAP. 7, 786. 789). HERMOG. dig. 26, 3, 7, 1 si quaeratur, an ... recte datus sit tutor, quattuor haec -anda sunt: an ... et ... et ... et. *interrogatio disiunctiva*: SALL. epist. Mithr. 16 -a, ... utrum firmiorem te ad resistendum an finem belli futurum putes. CVRT. 7, 8, 30 finitimos hostes an amicos velis esse, -a. SEN. dial. 9, 7, 2 COLVM. 4, 24, 20. PAPIN. dig. 17, 1, 7 *al.* PAVL. dig. 10, 3, 14, 1 VLP. dig. 27, 3, 1, 20. VVLG. lev. 27, 14 -bit (*τιμήσεται*) eam (*domum*) sacerdos utrum bona an mala sit. *nota in sententia secundaria indicativum*: RHET. Her. 2, 20, 31 in unaquaque parte argumentationis quae vitia sunt (sint *edd.*) -emus. VAL. MAX. 7, 7 praef. -emus ... quae testamenta aut rescissa sunt ... aut ... rata manserunt, quaeve ad alios ... honorem hereditatis transtulerunt. PAPIN. dig. 20, 1, 3, 1 non ... quid ille non habuit (habeat *Momms.*) sed quid ... debitor habuerit -andum est. VLP. dig. 24, 3, 22, 7 an *persona* repudianda est. PS. HIL. libell. 10 qualibus malis caruit. 19 quam turbata fronte respiciunt, quantum constantiae gerunt. AMBR. virg. 1, 2, 12 -ate cuius illa speciem tunc gerebat. VVLG. Matth. 6, 28 lilia agri, quomodo crescunt. AVG. civ. 22, 29 -andum est ..., quantus vir dicebat (APRING. in apoc. 5, 7 BOETH. herm. sec. 6, 14). *seq. acc. c. inf.*: CIC. inv. 1, 69 satis -atum est, nullam esse legem nisi rei publicae causa scriptam. ac. 2, 128. Att. 9, 5, 2 -ans vel potius iudicans eius opera accidisse. epist. 6, 12, 5. SEN. clem. 2, 2, 2 illud mecum -o multas voces ... in vitam humanam pervenisse. ITIN. Alex. 52 Alexandrum animo fuisse ... rigido hic ... -andum reliquit. HIL. in Matth. 14, 17 hoc in Petro -andum est fide eum ceteros anteisse. PS. HIL. libell. 10. 14. 22. OPTAT. 1, 9 p. 10, 20 (*ibid.* intellegere). AMM. 21, 4, 1 haec in exitiale malum eruptura -ans. 24, 1, 8 *al.* VVLG. II Macc. 4, 4 -ans (*συνορῶν*) ... periculum contentionis et Apollonium insanire. 14, 3 (*συννοήσας ὅτι*). AVG. civ. 8, 6 *al. nota infin.*: PS. THOM. euang. 12, 1 Ioseph ... -bat eum tradere ad discendum litteras.
nom. c. inf.: PROB: inst. gramm. IV 55, 12 ca ... corruptum invenitur, tu pronomen esse probatur, li ... corruptum esse -atur, nam ... coniunctio esse manifestatur. AVG. epist. 79, 28 magis idem vel cogitare vel contemplari ... sidera quam homines -anda sunt. *seq.* **ut,** *i. q. videre ut*: CIC. Att. 11, 13, 4 -es, ut sit, unde nobis suppeditentur sumptus necessarii. off. 1, 73 caveat, ne id modo -et quam ulla res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem; in quo ipso -andum est ne ... desperet. COLVM. 2, 2, 17. 8, 5, 9. 12, 3, 10 (*ibid.* animadvertere). CASSIOD. var. 3, 51, 23 diligenter -vit antiquitas, ut ... copia non deesset. *nota*: CATO agr. 5, 2 -et *vilicus*, quae dominus imperaverit fiant. *seq.* ne, *i. q. cavere, videre ne*: RHET. Her. 1, 9, 15 hic erit -andum, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid nove dicamus *eqs.* (*cf.* CIC. inv. 1, 29). 2, 27, 43 CIC. inv. 1, 30. Att. 12, 43, 2 -bis ... de Tusculano, ne aestas effluat. epist. 15, 14, 4. ad Brut. 1, 3, 3 off. 1, 73 *v. l. 73.* 1, 82 de evertendis ... urbibus -andum est, ne quid temere, ne quid crudeliter. COLVM. 3, 6, 3. 11, 1, 25. 12, 3, 5 recognoscat atque -et ne ... suppellex ... situ dilabatur. TERT. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 10 -ate etiam atque etiam, ne vobiscum communicemus crimen istud. VVLG. II Macc. 3, 32 -ans ... sacerdos ne forte (*ὕποπτος γενόμενος μήποτε*) rex suspicaretur malitiam. Gal. 6, 1 -ans te ipsum (*σκοπῶν σεαυτόν*), ne et tu tenteris. AVG. serm. ed. Mai 120, 3 attende, -a et inde disputa, ista cogita, ne. VEG. mil. 1, 22 BENED. reg. 40. *seq.* **quia, quod, quoniam:** *c. coni.*: FAVSTIN. trin. 2, 7 -a, quod ... filium ... praestiterit (*ibid.* expende). AMBR. off. 1, 24, 108 -vit ... quod tutus esse posset. HIER. in Matth. 5, 34 *sqq.* p. 30. in Gal. 3, 11 *sq.* p. 432 quia non dixerit. VVLG. deut. 30, 15 -a quod ... proposuerim (*ἰδοὺ δέδωκα*). iud. 19, 9. Iob 1, 8 numquid -asti servum meum Iob, quod non sit ei similis (*παρέσχες τῇ διανοίᾳ σου κατά τοῦ ... Ἰώβ, ὅτι*). RVFIN. hist. 4, 8, 5 -bam, quod inpossibile esset (*ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι*). *c. ind.*: CLEM. ad Cor. 7 -emus quia poenitentiae dedit locum dominus. AMBR. virginit. 3, 14 HIER. in Matth. 19, 8 p. 145. VVLG. iud. 9, 2 quod ... sum. IV Esdr. 5, 54 quoniam. thren. 1, 11 II Macc. 5, 17 OPTAT. 7, 1 p. 160, 24 APRING. in apoc. 3, 17 (*ibid.* aspicere). PS. MATTH. euang. 18 nec me -ate quia infantulus sum. CASSIOD. hist. 1, 3.

nota: *i. q. expectare*: VVLG. deut. 32, 20 -bo novissima eorum (*δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν*). Iob 32, 12 donec putabam vos aliquid dicere, -bam (*ibid.* exspectare).

2 *res personatae*: VVLG. prov. 10, 32 labia iusti -ant placita et os impiorum perversa (*ἀποστάζειν*). BOETH. mus. 1, 15 de *generibus cantilenae* harmonicae inventionis disciplina -at. CASSIOD. art. praef. p. 1152[A] *mathematica* abstractam -at quantitatem.

B *speciatim, apud rhetores de arte cogitandi et inveniendi*: RHET. Her. 1, 3, 5 causa posita quo commodius exordiri possimus genus causae est -andum. 1, 6, 9 tria sunt tempora, ... quae diligenter sunt -anda. 3, 8, 15 ad omnes ... res, in quibus animus hominis maxime -atur, ... quattuor animi virtutes erunt adcommodandae. 3, 11, 19 non neglegenter videtur tota res -anda *al.* CIC. inv. 1, 18 -ato genere causae. 1, 35 commoda et incommoda -antur ... hoc modo. 1, 47 in iis rebus, quae sub eandem rationem cadunt, hoc modo probabile -atur. 2, 28 ex persona ... coniectura capietur, si eae res, quae personis adtributae sunt diligenter -buntur. 2, 38 (*ibid.* pertemptare). 2, 40 *sq.* breviter iniciemus, quid quaque in parte -ari oporteat. in loco igitur opportunitas ... -anda est. 2, 61 (*ibid.* tractare). 2, 115 facultates ... -antur, cum aliquod pecuniarium praemium postulatur; in quo, utrum copiane sit agri, vectigalium, pecuniae, an penuria, -atur *al.* de orat. 2, 146 *argumenta* ... omnibus, qui ea mediocriter modo -arint ... pertractata esse possunt. 2, 315 (*syn.* cogitare). Brut. 87 *diem* totum Galbam in -anda causa componendaque posuisse. orat. 180 ut in plerisque rebus sic in hac duplex est -andi via.

ex *aliqua re*: CIC. inv. 1, 14 una quaeque *constitutio* ex se et ex sua natura simpliciter -atur. 1, 36 facta ... et casus et orationes tribus ex temporibus ... -antur. 1, 38 locus -atur ... ex opportunitate. 1, 41 *sq.* 2, 75 ipsa ... comparatio ... sic ex sua vi -bitur, si illud, quod comparabitur ... non tantopere necessarium fuisse demonstrabitur. 2, 86. 89. 112 *al.* *adde*: CIC. inv. 2, 100 ex iis locis, de quibus in negotiali parte dictum est, ... aequitatis naturam opportebit quaerere et quasi in absoluta iuridiciali per se hoc ipsum ab rebus omnibus separatim -are. *saepissime additur interrogatio indirecta*: RHET. Her. 2, 3, 5 primum -bit accusator, num quando simile quid fecerit (*ibid.* quaeret). 2, 5, 8. 2, 16, 24. 3, 2, 2 deliberationes partim sunt eiusmodi, ut quaeratur utrum potius faciendum sit, partim eiusmodi, ut, quid potissimum faciendum sit -etur *al.* CIC. inv. 1, 17 constitutione causae reperta statim placet -are, utrum ... an. 1, 34 hominum genus et in sexu -atur, virile an muliebre sit, et in natione, patria, cognatione, aetate. 1, 39 in tempore perspiciendo longinquitas eius est -anda. 1, 42 hoc in genere, ut commode quid eventurum sit, ante animo colligi possit, quid quaque ex re soleat evenire, -andum est hoc modo. 2, 23 (*ibid.* spectare). 2, 45 -are haec, quae exposuimus, oportebit. facilius autem ad inventionem animus incedet, si gesti negotii ... narrationem saepe ... pertractabit et quod quaeque pars suspicionis habebit eliciens -bit, quare ... quidque factum sit. 2, 170 in ... superiore, possitne fieri, quaestione -bimus. 2, 176 (*syn.* attendere) *al.* de orat. 2, 318 tota causa pertemptata atque perspecta, locis omnibus inventis atque instructis -andum est, quo principio sit utendum.

adduntur adverbia: diligenter, etiam atque etiam, diu, bene, penitus, alte, recte, attente, multum, potissimum, non neglegenter, magno opere, vehementer (CIC. inv. 2, 21), usquequaque (AVG. civ. 6, 6), mediocriter, probabile, digne, apte (FRONTO p. 222, 4 N.), facile, expedite, sobrie (AVG. civ. 10, 11), parvum, minus, breviter, parum (FRONTO p. 173, 10 N.), satis, sic, ita. *cf. etiam* CIC. phil. frg. V 97 dies noctesque. *accedit ablativus modi*: *ad I*: SVET. Cal. 36 *feminas* diligenter ac lente mercantium more -bat. APVL. met. 2, 1 et voto simul et studio curiose singula -bam. 3, 3 scrupulosa diligentia cunctae civitatis ostiatim singula -ans. *ad II*: CIC. inv. 1, 50 magna cum cura et diligentia locus hic omnis -andus est. Tusc. 5, 71 haec ille intuens ... quanta ... animi tranquillitate humana et citeriora -at! Att. 11, 4, 2 de pensione ... omni cura -a, quid faciendum sit. VITR. 8, 6, 12 in puteorum fossionibus non est contemnenda ratio, sed acuminibus sollertiaque magna naturales rerum rationes -andae. AVG. civ. 19, 7 haec ... mala ... quisquis cum dolore -at, miseriam fateatur. *nota*: AMM. 20, 8, 2 nusquam adsensurum Constantium factis multa volvendo -ans. *acced.* pro: CIC. epist. 4, 10, 2 reliqua tu pro tua prudentia -bis (*cf.* 13, 8, 3). 16, 1, 3 pro tuo ingenio. AVG. civ. 22, 20 omnibus pro nostro modulo -atis atque tractatis.

syn.: *ad I*: intueri, aspicere, videre, inspicere, agnoscere, contemplari, recognoscere, respicere, requirere. *ad II A*: ante oculos proponere, videre, cogitare, computare, contemplari, deliberare, tractare, secum reputare; observare, perpendere, revolvere, quaerere (*cf.* GELL. 11, 5, 3), disquirere; spectare, perspicere, aspicere, intueri, inspicere. *ad II B*: quaerere, videre, perspicere, spectare, pertractare, cogitare, pertemptare. esse occupatum in, attendere.

part. praes. adi. **cōnsīderāns,** -ntis: AVG. epist. 34, 5 pr. virum ...-issima voluntate tranquillum. *adv.* **cōnsīderanter:** VAL. MAX. 8, 1, amb. 2 -r et mansuete populi Romani magistratus, sed Areopagitae quoque non minus sapienter (*sc. egerunt*). PALLAD. 3, 17, 2 *cuneum* inter corticem et lignum ...-r deponimus. DIFF. gramm. VII 522 consideratius et -ius. consideratius praeverbium ex cognomine, -ius ex participio.

part. perf. pass. adi. **cōnsīderātus,** -a, -um. *comp. v. l. 22. 25. 28 al. superl. l. 39.* *i. q. circumspectus, cautus, providus.* GLOSS. εὔσκοπος. *de hominibus*: RHET. Her. 15, 27 paulo tardiore et -iore gestu conveniet uti. CIC. Quinct. 11 Quinctius ..., una in re paulo minus -s. Verr. 2, 22 ut praetor ... paulo ... -iorem *calumniatorem* invenisse non posset. Caecin. 1 -i hominis esse putavit. Phil. 2, 31 homo sapiens et -e (PLIN. paneg. 44, 5 nec ...-s ac sapiens, qui aetatem in tenebris agit). Deiot. 16 quis -ior illo? rep. 5, 10 Marcellus ut acer et pugnax, Maximus ut -s et lentus. Att. 9, 2[a], 2 -ius consilium te daturum. BELL. Afr. 73, 1 *Caesar* tardior ... et -ior erat factus. LIV. 22, 39, 20 timidum pro cauto, tardum pro -o, imbellem pro perito belli vocent. VAL. MAX. 1, 6, 8 in homine parum -o temeritas. FRONTO p. 165, 4 N. verborum suorum inpos et minus -s. PANEG. 10, 25 -i ratio. AMM. 15, 8, 13 hortator. 19, 12, 18 iudicis lenti et -i est proprium. 21, 5, 5 in crebritate bellorum -s et cautus. MAXIMIN. c. Ambr. 97. AVG. c. Petil. 3, 2, 3 iratior quam -ior. BENED. reg. 64 providus et -s. *de rebus*: CIC. inv. 2, 18 ratiocinatio est ... diligens et -a ... excogitatio. 2, 163 fortitudo est -a periculorum susceptio. Font. 29 verbum -issimum nostrae consuetudinis 'arbitror'. Brut. 154 tarditas. 265 nihil non -um exibat ex ore. VAL. MAX. 6, 1 ext. 2 vehementius hoc, illud -ius exemplum. AMM. 16, 12, 36 properantes cito quam -o cursu. MAR. MERC. Euther. o -a inconsideratae sapientiae luxuria. COD. Theod. 8, 5, 19 (*a. 364*) parum -a facilitas.

adv. **cōnsīderātē.** (*cf. supra l. 19.*) *comp. v. l. 54. 55. 56. 59. superl. v. l. 53.* GLOSS. περιεσκεμμένως, caute. *i. q. diligenter, scite, tarde*: CIC. Quinct. 51. Scaur. 37 nihil -e ..., contra ... rabide omnia ... videtis esse suscepta. Planc. 72 respondebo tibi ... nec -e minus nec minus amice. Phil. 4, 6 nec solum id animose et fortiter, sed -e etiam sapienterque fecerunt. off. 1, 49 *beneficia* iudicio, -e constanterque delata sunt. 1, 136 cum *ira* nihil recte fieri, nihil -e potest. 1, 160 ita fit, ut agere -e pluris sit quam cogitare prudenter. 2, 6 hominum est parum -e loquentium. epist. 12, 5, 2. ad Q. fr. 2, 1, 3 ut -e diligenterque naviges. Att. 9, 10, 2 quid feci non -issime? 9, 10, 9 -ius ... consuluero. CAES. civ. 3, 82, 2 si quando quid Pompeius tardius et -ius faceret. LIV. 4, 45, 8 SEN. contr. 2, 9, 10. VAL. MAX. 5, 1 ext. 6 cupidius quam -ius. SEN. benef. 4, 36, 1. COLVM. 5, 11, 4 cuneum ... ne minus digitos tres, sed -e, demittito. 11, 2, 38 fracta iuga -e resarcire. SVET. Iul. 77 (*dictum Caesaris*) debere homines -ius iam loqui secum. GELL. 2, 23, 3 *syn.* apte. 19, 12, 6 *animi motus* scite -eque purgandos censebat (*cf.* 9, 9, 3). AMM. 17, 5, 9. 30, 1, 5 audacter magis quam -te egressus. AVG. retract. 2, 6, 2.

cōnsidium, -ī *n.*; *cf. c.* considere. *i. q. consessus*: PLAVT. Cas. 966 nunc ego tecum aequom arbitrum extra -um (*A, totus locus deest in P*) captavero. *cf. Studemund Herm. 1, 287, sed dubitare licet de vocabulo.*

✖**cōnsīdo,** -sēdī, -sessum, -ere *a* con *et* sidere. *perf. in codd. scriptum* considi: ENN. frg. var. 13 LIV. 9, 37, 7. 28, 12, 15 (-ederunt Σ). TAC. ann. 1, 30 PLIN. epist. 6, 20, 14 COMM. instr. 2, 30, 4. *formae participiales a supino derivatae non leguntur nisi his locis*: GRAMM. suppl. 110, 35 nomina ... derivata *sunt* a genetivis ... participiorum ... ut est consessus -si -sio. HIL. trin. 10, 48 consessurum. [LVCIL. 397 concessum *codd.*, -sessum *F. Dousa*]. GLOSS. considunt sidunt. Plac. V 13, 17 (= 58, 7) considere est in uno loco sedere. conruere, sistere, sedere, inhabitare. consedere, desedere, consuere (*contam.?* consuevere, consuere? conserere, consuere *Bücheler*). II 440, 4 consideo συγκαθέζομαι. *legitur inde a* PLAVTO. *deest apud* TER. LVCR. VELL. PERS. LVCAN.

I ***proprie:*** *i. q. sidere* **A** *de animantibus* **1** *generatim homines: absolute*: CIC. Arat. 373 deflexo -ens corpore Nixus (*cf.* MANIL. 2, 251 libra sub emerito -ens orbe laborum). har. resp. 7 -edit ille, conticui. div. 1, 55. LIV. 26, 19, 5 nullo die prius ... rem egit, quam in Capitolium iret ingressusque aedem -ret. VAL. MAX. 6, 9. CELS. 3, 16 -ere diligenter involutis pedibus et capite (*opp.* ambulare). 7, 26, 2 CVRT. 5, 2, 22. 7, 6, 6 *al.* COLVM. 7, 3, 26 (*ibid.* recubare).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PETRON. 73 ut lassatus -edit (*opp.* rectus stabat). PLIN. nat. 2, 145 superne *fulgure* icti -unt. 28, 21. STAT. Ach. 1, 622 chori. PLIN. epist. 3, 1, 5. VVLG. Sirach 32, 2 (*κάθισον*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 8. *additur quo loco*: VERG. ecl. 5, 3 cur non ... hic corylis mixtas inter -imus ulmos? Aen. 10, 5 tectis bipatentibus. LIV. 38, 53, 4 ubi (*sc. in arce*) inviolata ... senectus eorum -at. OV. met. 5, 336 nemoris in umbra. fast. 5, 27. VAL. MAX. 5, 8, 3 in atrio. CVRT. 5, 2, 22 in conspectu matris. CALP. ecl. 2, 21 iamque sub annosa medius -erat umbra Thyrsis. VAL. FL. 8, 166 aula. SIL. 15, 178 portu. IVV. 4, 34 hic. HIL. trin. 10, 48 stare ad sententiam mortis sed inde -urum a dextris virtutis. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 255[A] intra quoddam sepulcrum *al.* *nota*: in *c. accus.*: ACT. Arv. a. 81, 15 in aedem Caesaris. OPTAT. 1, 14 p. 16, 12 in domum. *de ipsa sede, quae occupatur*: NEP. Paus. 4, 4 in ara. VERG. ecl. 3, 55 in molli herba. georg. 4, 436 -idit (-edit *M*) scopulo medius. Aen. 3, 289 transtris. 5, 388 proximus ut viridante toro -erat herbae. 5, 841 puppi in alta. 7, 169 solio medius -edit avito. LIV. 1, 18, 7 in lapide ad meridiem versus -edit. 28, 22, 6 super eum cumulum coniuges ac liberos -ere cum iussissent. 28, 45, 8 censores in campo ad aram Martis sellis curulibus -erunt. OV. met. 2, 869 tergo tauri. 13, 931 in caespite. fast. 3, 359. 6, 305 ante focos olim scamnis -ere longis mos erat. VAL. MAX. 1, 6, 13 aurea in sella. 3, 1, 2 in lecto. CVRT. 8, 4, 15 in sede. PETRON. 9 super lectum. PLIN. nat. 8, 146 humi. STAT. silv. 1, 2, 118 haec (*sc. virgo*) ... nostra (*sc. Veneris*) potuit -ere concha. 3, 2, 9. 3, 4, 46 olorina biga. ACT. Arv. a. 218 A 13 in cathedris. AVG. civ. 5, 20 tabulam ... verbis pingere, ubi voluptas in sella regali quasi ... regina -at *al.* *nota c. accus., i. q. conscendere*: AMBR. Abr. 1, 8, 71 pullum asinae solvit quem ipse -edit. *iuxta aliquem vel aliquid*: VERG. Aen. 7, 176 hic ... perpetuis soliti patres -ere mensis. MORET. 90 ad ignem. TIB. 3, 19, 23 Veneris ad aras. PETRON. 26 ante limen thalami. 131 secundum invitantem. 134 inter utrumque. MART. 5, 14, 5 inter ipsas tertius sellas post Gaiumque Luciumque -edit. APVL. flor. 23 p. 103 iuxtim. TERT. pudic. 5 (*in prosopopoeia*) inter duos apices facinorum (*sc. idololatriam et homicidium*) ... digna -edit *moechia*. *nota*: *i. q. una sidere*: OV. met. 1, 678 at tu, quisquis es, hoc poteras mecum -ere saxo. HIL. c. Aux. 7 -entibus una nobiscum episcopis fere decem. ITALA gen. 15, 11 (Aug. civ. 16, 24) descenderunt aves supra corpora ..., et -edit illis Abram (*συνεκάθισεν αὐτοῖς*. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 25, 16 sedit cum eis. VVLG. abigebat eas *ex hebr.*). CARM. adv. Marc. 5, 249 -editque patri *Christus*. MACR. sat. 1, 7, 2 plerique de -entibus (*in convivio*). COD. Theod. 6, 26, 7 (*a. 396*) ut ingrediendi ... secretarium iudicantum, -endi etiam iudicibus habeant potestatem. *bestiae, alites*: CIC. div. 1, 73 *equi* in iuba examen apium -erat. VARRO rust. 3, 16, 23 examen (*sc. apium*) ubi volunt -ere, eum ramum ... oblinunt (3, 16, 31 VERG. georg. 4, 65 LIV. 21, 46, 2. 27, 23, 3. 35, 9, 4 COLVM. 9, 8, 10. 9, 9, 7 IVV. 13, 68 *al.*). VERG. Aen. 11, 457 alto in luco cum forte catervae -edere avium piscosove amne Padusae. CIRIS 193 HOR. sat. 1, 8, 7 LIV. 21, 62, 4 PAVL. FEST. p. 212. PHAEDR. app. 24, 1 cornix super ovem. CVRT. 4, 6, 11. PETRON. 109 per antennam pelagiae -erant volucres. PLIN. nat. 10, 22 columbae. 10, 143 coitus avibus duobus modis, femina -ente humi ut in gallinis aut stante ut in gruibus. VAL. FL. 4, 511 nulla datur -ere terra *Harpyis*. TAC. hist. 2, 50 avem ... apud Regium Lepidum celebri luco -isse. VVLG. Nah. 3, 17 quasi locustae locustarum quae -unt in saepibus (*ὡς ἀκρὶς ἐπιβεβηκυῖα ἐπὶ φραγμόν*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 8 p. 919[A] musculae ... -entes in electri manantis suco cum gelaretur haeserunt. *c. dat. personae*: CIC. div. 1, 78 Platoni cum ... dormienti apes in labellis -issent. LIV. 7, 6, 23 conserenti iam manum Romano corvus repente in galea -edit. VAL. MAX. 5, 6, 4 ei ius dicenti cum in capite picus -isset. SVET. Claud. 7 evenit, ut ingredienti cum fascibus forum praetervolans aquila dexteriore humero -ret.

2 *speciatim*: **a** *de personis et gentibus, quae domicilium collocant*: VARRO ling. 5, 53. 159. CIC. Att. 2, 6, 1 qui ... dubitem an hic Anti -am. 5, 14, 1 aliquo loco. epist. 2, 16, 6 in solitudinibus. CAES. Gall. 1, 31, 10. 2, 4, 1 civ. 3, 4, 1 *al.* VERG. Aen. 1, 572 vultis et his mecum pariter -ere regnis, urbem quam statuo vestra est. 3, 162 Cretae iussit -ere Apollo. 4, 39. 11, 323 socios in regna vocemus; -ant, si tantus amor, et moenia condant *al.* PROP. 1, 8, 25 licet Autaricis -at *puella* in oris et licet Hylleis: illa futura mea est. VITR. 9, 6, 2 primus Berosus in insula et civitate Coo -edit. LIV. 1, 34, 2 Tarquiniis. 5, 34, 8. 5, 35, 2. 39, 54, 5 perioch. 65. POMP. TROG. Iust. 38, 4, 10 *finibus* ubi -sedere possessis. ASCON. Pis. p. 5 quod *avus* in Italia -erit. TAC. Germ. 29 quamquam trans Rhenum Danuviumque -erint *gentes*. ann. 6, 50 apud promunturium Miseni in villa. 11, 19 natio Frisiorum ... -edit apud agros a Corbulone descriptos. IVST. 24, 6, 6 in saxo. TERT. spect. 7 urbs, in qua daemoniorum conventus -edit. VVLG. I Macc. 2, 1 (*καθίζειν*). CLAVD. 26, 300 -et regnum Rhodano. *nota*: CVRT. 7, 3, 23 in novam urbem. VOPISC. Tac. 3, 2. *de meretricibus in lupanaribus*: CATVLL. 37, 14 istic. ISID. orig. 15, 2, 43 tabernae, unde tabernariae, quod ibi soleant -ere.

b *de iis, penes quos arbitrium est, inprimis de iudicibus*: CIC. Att. 1, 16, 3 ut primum iudices -erunt, valde diffidere boni coeperunt. CAES. Gall. 6, 13, 10 *druides* certo anni tempore in finibus Carnutum ... -unt in loco consecrato. HIRT. Gall. 8, 89, 4 *Caesar* in munitione pro castris -edit. LIV. 6, 38, 5. 23, 3, 7. 23, 10, 5. 26, 15, 8 in tribunali (*cf.* 45, 29, 1). 26, 48, 9 recuperatores -ere et causam cognoscere iussit. 38, 51, 6 tribuni in rostris ... -erunt. 40, 8, 7 ibi cum -isset, 'sedeo', inquit, 'miserrimus pater, iudex inter duos filios'. OV. met. 12, 627 duces mediis -ere castris iussit et arbitrium traiecit in omnes. 13, 1. VAL. MAX. 2, 5, 2 in *sella curuli* honoris ... sui vindex -edit. 5, 8, 3 domi. 6, 3 ext. 3. HOMER. 654 *Iuppiter* umbrosis -edit montibus Idae (*cf.* PHAEDR. 4, 22). QVINT. decl. 249 p. 21, 16. PS. QVINT. decl. 9, 10 de hac re -istis, hoc concitavit istam iudicii scaenam. PLIN. epist. 6, 31, 9 -erat auditurus. IVV. 7, 115. SVET. Aug. 35 (*de senatoribus*). HYG. fab. 274 p. 150, 15 (*de Areopagitis*). CASSIOD. var. 6, 4, 3 -es supra omnes ... consulares: sententiam primus dices. COD. Iust. 3, 11, 4. a d: LIV. 4, 15, 2 ad causam cognoscendam (*de dictatore*). 34, 61, 15 cum sufetes ad ius dicendum -issent. QVINT. decl. 313 p. 228, 27 non est ista res iudicum, non horum, qui ad certa iura, et quidem iurati, -erunt. 345 p. 361, 12 ad hoc ius, ad hanc legem. SVET. Cal. 38 cognoscebat ... de talibus causis, taxato prius modo summae ad quem conficiendum -ret. i n: CIC. Verr. 2, 19. Sull. 92 vos ... repentini iudices in nos -istis. *de reo*: LIV. 45, 7, 5 *regem* adversus advocatos in consilium -ere iussit. *nota c. accus.*: CASSIOD. var. 6, 23, 3 -is geniatum tribunal.

c *de iis, qui disputaturi considunt*: CIC. de orat. 1, 29 omnis in iis sedibus, quae erant sub platano, -isse dicebat. rep. 1, 18 placitum est, ut in aprico maxime pratuli loco ... -rent. leg. 2, 7 si videtur -amus hic in umbra. Brut. 24 in pratulo propter Platonis statuam -edimus. ac. 2, 9 Tusc. 5, 11 VERS. inc. Cic. ac. 1, 14 quae cum dicta, in conspectu -edimus omnes. VARRO rust. 1, 2, 3. SEN. epist. 88, 4 vis scire, quam non ad docendam virtutem -erint *grammatici*? SVLP. SEV. dial. 1, 1, 2. *notandum*: MAXIMIN. c. Ambr. 90 cum -issetis in unum de futuro consilio deliberaturi. *nota impersonaliter*: CIC. de orat. 3, 18 in silvam venitur et ibi magna cum audiendi expectatione -itur (*cf.* HIL. myst. 18, 19). *de iis qui spectandi causa in theatro -unt*: LIV. 33, 32, 4 ad spectaculum. CORP. XI 3805 (*a. 26*). TAC. ann. 4, 16 quotiens Augusta theatrum introisset, ut sedes inter Vestalium -ret. 13, 54. 14, 20 stantem populum spectavisse, ne, si -ret theatro, dies totos ignavia continuaret. SVET. Aug. 43 IVLIAN. epit. novell. 82, 1. *de contione*: CIC. Flacc. 16 TAC. Germ. 11.

d *in re militari*: *i. q. castra ponere, exercitum constituere*: *absol.*: CIC. epist. 10, 23, 2 quadraginta millium passuum spatio relicto -edi. CAES. Gall. 5, 49, 6 -edit *Caesar* et ... castra communit. civ. 2, 38, 4 Numidae ... nullis ordinibus passim -erant. SALL. Iug. 52, 6 postquam Rutilium -isse iam et animo vacuom accepit. 91, 3. LIV. 21, 58, 4 aversi a vento parumper -edere. 21, 59, 1. 31, 24, 8 sustinuit signa et -ere ac conquiescere agmen iussit. *add. quo loco*: *genet. et abl. loci*: CIC. Phil. 3, 6 ea legio -edit Albae (*cf.* 13, 19). CAES. Gall. 1, 49, 1 civ. 2, 20, 4. 3, 51, 8 hoc loco. 3, 98, 1 in monte. BELL. Alex. 28, 3 SALL. Iug. 49, 1 hist. frg. 1, 120. VERG. Aen. 7, 431 qui flumine pulchro -edere. LIV. 7, 42, 4 loco munito. 21, 32, 13 iis ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, -edit. TAC. hist. 4, 57. VVLG. I reg. 13, 16 (*παρεμβάλλειν*; *cf.* I Macc. 9, 33). *accedit* castris: CAES. civ. 3, 76, 1 in (*om. α*) castris contra Asparagium -edit. 3, 76, 2. BELL. Afr. 67, 3. 79, 2 milia passuum VIII a Thapso binis castris -edit. VERG. Aen. 11, 915 -unt castris ante urbem et moenia vallant. LIV. 7, 16, 4 Privernates cum ante moenia sua castris permunitis -edissent. 27, 45, 12 TAC. hist. 4, 75. *cf.* ann. 1, 61 semiruto vallo humili fossa accisae iam reliquiae -edisse intellegebantur. *cf.* VEG. mil. 25, 9 -entes sine castris. 82, 6 sine aliqua munitione. i b i, ubi, hic: CAES. Gall. 6, 32, 4. 7, 57, 4. HIRT. Gall. 8, 67, 5 VARRO rust. 3, 2, 4 LIV. 10, 31, 5. 22, 4, 3. a b: LIV. 22, 48, 3 ab tergo. 27, 15, 13 ab regione urbis in orientem versa. a d, apud: CIC. epist. 15, 4, 2 apud Philomelium. CAES. Gall. 1, 37, 3 ad ripas Rheni. LIV. 2, 11, 7 Herminium ... ad secundum lapidem Gabina via -ere iubet. 4, 17, 12 dictator ... haud procul inde ad confluentis -edit in utriusque ripis amnis *al.* TAC. hist. 2, 45. 3, 6. 5, 14. a n t e: CAES. Gall. 7, 79, 4 productis copiis ante oppidum -unt. BELL. Afr. 3, 2 TAC. hist. 4, 62. c i r c a: LIV. 7, 12, 8 circa Pedum. 23, 46, 8. 44, 26, 7. c o n t r a: CAES. Gall. 7, 58, 6 hostes e regione Lutetiae contra Labieni castra -unt. i n t e r: SALL. Iug. 49, 5. LIV. 5, 39, 3 inter Romam et Anienem. 7, 39, 7 cohors una ... ad Lautulas saltu angusto inter mare ac montis -edit. 29, 32, 14. p o s t: LIV. 26, 5, 4 in valle occulta post Tifata montem ... -edit. 41, 2, 1 post collem occulto loco -ederunt. p r o: LIV. 1, 25, 2 -erant utrimque pro castris duo exercitus. ASCON. Mil. p. 41 pro aerario -edit saeptus delecta manu militum. ENN. frg. var. 13 p r o p t e r Hannibalis copias. s u b: CAES. Gall. 1, 21, 1 hostes sub monte -edisse milia passuum ab ipsius castris octo. 48, 1. SALL. Catil. 57, 3 sub ipsis radicibus montium. LIV. 9, 24, 5 sub oppido silvestribus locis. 31, 42, 7. s u p r a: LIV. 23, 17, 3. 28, 12, 15 super campos patentis. 32, 30, 4. t r a n s: CAES. Gall. 2, 16, 2. LIV. 24, 41, 5 contra castra Romana trans fluvium omnes -edere. *adverbium sim.*: CAES. Gall. 5, 47, 5 copias ... tria milia passuum longe ab suis castris -isse. 7, 79, 1. civ. 2, 38, 3 rex sex milium intervallo a Saburra -erat. HIRT. Gall. 8, 35, 1 -unt Drappes et Lucterius non longius ab oppido X milibus. BELL. Afr. 24, 1 *al.* SALL. Iug. 21, 2 haud longe a mari prope Cirtam oppidum. LIV. 3, 22, 4. 8, 19, 5 haud procul castris. 25, 40, 9 ab hoste

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quattuor ferme milium intervallo. 33, 6, 2 sex ferme milia a Pheris. *de acie*: Liv. 8, 8, 10 tum principum pugna erat; hastati sequebantur; triarii sub vexillis -bant sinistro crure porrecto. *de insidiis*: Bell. Afr. 50, 2 in insidiis. 65, 3 insidiaturus locis idoneis. Liv. 2, 11, 7 occultus. 41, 2, 1 post collem loco occulto. 43, 23, 4 in insidiis loco obscuro *al.* Cvrt. 7, 7, 31 (*abs.*). 8, 1, 5 in silva.

e *perf.* consedisse *i. q. sedere*: Cic. Flacc. 16 cum in theatro imperiti homines -erant, tum bella inutilia suscipiebant (*cf.* Ascon. Mil. p. 48). Cato 63 Att. 5, 18, 2. Sall. Iug. 49, 5 inter virgulta equi Numidaeque -erant, neque plane occultati ... et tamen incerti, quidnam esset. 106, 5. Verg. ecl. 7, 1 forte sub arguta -erat ilice Daphnis. Aen. 3, 245. 12, 237 nos ... dominis parere superbis cogemur, qui nunc lenti -imus arvis. Liv. 10, 4, 11 haec ubi audita sunt et ad eos qui -erant in insidiis perlata. Cvrt. 4, 12, 18. Sen. dial. 7, 25, 1 non ideo me despiciam, quod in illorum numero -ero, qui manum ad stipem porrigunt. epist. 55, 9 quia ... una loquimur, ambulamus, -imus. Vvlg. Hebr. 8, 1. *nota*: Hil. trin. 3, 20 erant discipuli in clauso et secreto ... congregati ... -erant. considere *i. q. sedere*: Itala Ezech. 18, 6 (Weing.) *homo iustus* ad mulierem in menstruis suis -entem non accedet (*πρὸς γυναῖκα ἐν ἀφέδρῳ οὖσαν*, Vvlg. menstruatam). Sedvl. carm. pasch. 4, 251 inde means genitum cernit -ere caecum. Evgipp. Sev. 23, 1. Hil. in Matth. 20, 10 *apostoli* in duodecim patriarcharum sede -entes Israelem iudicabunt. 24, 6 *thronus* religionem ab eo necesse est qui in illo -at acceperit.

i. q. considendo persistere, haerere: Vitr. 10, 6, 7 in umido voragine facta -edit nec progredi nec regredi postea potuit (*cf.* Cvrt. 9, 9, 12). Plin. nat. 10, 8 *percnopterus* sola aquilarum exanima fert corpora, ceterae, cum occidere, -unt (*cf.* Lvcif. Athan. 2, 3 si in votis gererent in suis -ere sedibus). *adde* Pavl. Fest. p. 9 assiduus dicitur, qui in ea re quam frequenter agit, quasi -isse videatur.

B *de rebus*: Varro ling. 9, 68 primum balneum ... introiit in urbem, publice ibi -edit, ubi bina essent coniuncta aedificia lavandi causa. Mart. Cap. 8, 817 quidam Romanorum (*sc. Varro*) stellas a standO, sidera a -endo ... dicta fuisse commemorat. Sen. nat. 2, 1, 5 ubi quaeretur ..., qua parte mundi *terra* -erit. Plin. nat. 18, 356 cum in cacuminibus montium nubes -ent, hiemabit. Val. Fl. 1, 4 *ratis* flammifero ...-edit Olympo. Stat. Theb. 6, 714 *discus* longe super aemula signa -edit. Optat. 2, 19 p. 54, 7 *ampulla* proiecta ... inlaesa inter saxa -edit. *apud medicos*: Cels. 7, 14 alvus ... ducenda est, quo facilius omnia, quae excesserunt intra uterum -ant. 7, 16 leniter homo concutiendus est: quo fit ut per se singula intestina in suas sedes deducantur et in his -ant. Cels. 6, 18, 2 *cutem* non esse servandam, ne -at ulcerique adglutinetur. Cael. Avr. chron. 4, 3, 20 -ente atque conducta cute, quae ventrem circumtegit. Vindic. med. 31. *de sedimentis aquae et vini i. q. residere*: Colvm. 12, 20, 2 defrutum infra tertiam partem vasis -it. arb. 3, 6 sapor ... comprehendetur, si terram aqua diluas et, cum -erit, ... aquam degustes. Plin. nat. 29, 34. 34, 106. 35, 193. 36, 173 ut ... vitia -ant. *de pulvere*: Cvrt. 5, 13, 13 inhibuit cursum, donec -ret pulvis. *i. q. cadere, collabi, desidere*: *absol.*: Cic. prov. 34 *Alpes* iam licet -ant (Heges. 2, 9, 1). Cvrt. 8, 10, 26 ne universa -ret ⟨moles⟩. Sen. Phoen. 345 ab imo tota -at domus. Paneg. 6, 10 ipsa Roma ... contremuit ac paene -edit. Amm. 17, 7, 14 cum dissolutis elementa conpagibus ultro adsiliunt vel relabuntur -entibus terris. Ov. met. 13, 408 Ilion ardebat neque adhuc -erat ignis (Sen. nat 3, 13, 1 *ignem* evanidum languentemque -ere, *ibid.* restingui). trist. 1, 2, 73 ut mare -at ventisque ferentibus utar. Sil. 17, 290 tumidi -unt gurgite fluctus. Schol. Germ. Sang. p. 222, 13 oceanus (*opp.* tumescere). *notandum*: Stat. Theb. 2, 678 cervix et tabe gravatae -edere iubae (*sc. leonis*). *cf.* Afran. com. 345 -edit (*Bücheler*, sedit *codd.*) uterum, non ut omnino tamen (*sc. abortum faceret*).

in *c. acc.*: *terra considit*: Liv. 30, 2, 12 Arpini terra campestri agro in ingentem sinum. 38, 8 in Veliterno agro terra ingentibus cavernis -edit. Sen. nat. 6, 14, 4 in cavernam fundamento spoliata. epist. 71, 15 campos ... in subitam cavernam -entis soli lapsus abducet. Hil. trin. 6, 3 -entium in chaos cum populis suis ... urbium vastitas. *urbes et aedificia*: Verg. Aen. 2, 624 omne mihi visum -ere in ignis Ilium. 9, 143. Stat. Theb. 3, 185 cum regia Cadmi fulmineum in cinerem -edit. Tac. hist. 3, 33 cum omnia sacra profanaque in ignes (-e *codd.*) -rent, solum Mefitis templum stetit. Amm. 22, 9, 4 moenia in favillas.

II ***translate***: *i. q. quiescere, desidere, desistere*: **A** *de personis*: Cic. Att. 2, 4, 2 in otio. Sen. epist. 117, 4 secedere et in alia parte -ere. Verg. Aen. 11, 350 totam videmus -isse urbem luctu.

B *de rebus*: Plavt. Trin. 300 si mea imperia capesses, multa bona in pectore -ent. Cic. har. resp. 24 *ludorum* religio tanta est, ut ex ultimis terris arcessita in hac urbe -erit. orat. 96 est quoddam ... orationis pictum et expolitum genus ...: hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a subtilibus, repulsum a gravibus, in ea de quo loquor mediocritate -edit. Tim. 5 sensus moventia quae sunt, eadem in opinatione -unt (*δόξῃ περιληπτά*). Tert. scorp. 9 in universos nominis exitum effundit (*sc. Christus*) in quibus -erit nomen cum odii sui lege. Boeth. in Porph. dial. 1 p. 28^{D} si qua accidentia venerint ab individuis et ea tracta in speciebus -erint. *i. q. decrescere, descendere*: Cic. de orat. 3, 191 consuetudo illa sit ... dicendi, ut ... verborum iunctio nascatur a proceris numeris ac liberis, ... sed varie distincteque -at. notatur enim maxime similitudo in quiescendo. *nota*: Plin. nat. 3, 147 mitescentia Alpium iuga ... molli in dextrā ac laevā devexitate -unt. *in oblivionem adduci*: Cic. Mur. 18 -edit utriusque nomen in quaestura. *affectus animi*: Cic. Brut. 10 cura de re publica. 93 ardor animi ... cum -edit, omnis illa vis et quasi flamma oratoris extinguitur. ac. 2, 88 furor. phil. frg. X 3 illorum (adulescentium) furentem petulantiam -isse. Liv. 33, 7, 5 primus terror ab necopinato visu. 38, 17, 7 ira. 42, 62, 3 ferocia ab re bene gesta. Sen. dial. 3, 4, 3 quaedam sunt irae, quae intra clamorem -ant. benef. 3, 23, 2. epist. 94, 23 cupiditas. 97, 8 licentia urbium. Petron. 99 ira in pectoribus. 139 rabies irascentis. Plin. epist. 2, 11, 6 favor et misericordia acres ... primos impetus habent, paulatim consilio et ratione quasi restincta -unt. *bella, tumultus*: Sil. 8, 331 Hannibal oppressum vidit -ere bellum. 16, 219. Tac. ann. 1, 30 quia praesentia satis -iderant. 14, 61 modicis remediis primos motus -isse. Plin. paneg. 8.

derivata: consessio, consessor, consessus, considium. *Remme.*

cōnsīgnātio, -ōnis *f. a* consignare. Sen. contr. exc. 4, 8 -e facta. Qvint. inst. 12, 8, 11 promittit litigator ... paratissimas -es. decl. 325 p. 278, 21. Call. dig. 22, 4, 5 res gesta sine litterarum -e. Pavl. dig. 48, 10, 16, 2 qui in rationibus tabulis litteris publicis ... sine -e falsum fecerunt. Itala Is. 58, 6 (Barnab. 3, 3) omnem -em iniquam dele (*λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας*, Vvlg. dissolve colligationes impietatis). Ezech. 28, 12 (Weing.) tu -o similitudinis (*ἀποσφράγισμα*, Vvlg. signaculum). Didasc. apost. 79, 19 per -em cum udo flatu. Avg. epist. 61, 2 sive continentiae professionem sive -em virginitatis. Gelas. epist. 9, 6 Migne 59 p. 50^{C} -is (*i. consecrationis*) pontificalis adhibendae sibimet arripere facultatem. *nota*: Chalc. comm. 329 *silvae species* formantur ... iuxta memorati videlicet exempli -em (consignificationem *cod. Vindob. 176*).

cōnsīgnātor, -ōris *m. a* consignare. Porph. Hor. sat. 2, 3, 69 pecunia a faeneratore accepta lege decem tabularum ... consignatores frustrabitur.

cōnsīgnificātio, -ōnis *f. a* consignificare. Boeth. herm. pr. 1, 3 p. 57, 9 idem praedicamentum ad nomen relatum sine temporis -e monstratur. p. 57, 14. sec. 1, 3 p. 66, 11 omne verbum -em temporis retinet, non significationem. *cf. l. 32.*

cōnsīgnifico, -āre [*a* con *et* significare. *Th.*]. *i. προσσημαίνω*: Prisc. gramm. II 54, 7 'syncategoremata' hoc est -antia. III 93, 3 coniunctiva aliarum partium orationis, quibus -at, vim ... demonstrans. 114, 19 -ant, id est coniunctae aliis significant. Boeth. herm. pr. 1, 3 p. 55, 21 verbum ...-at tempus. p. 57, 5. 61, 1. 65, 10. herm. sec. 1 praef. p. 6, 19 coniunctiones -are quidem possunt, per se vero nihil designant. divis. 886^{D} top. Arist. 7, 3 p. 994^{B} Cassiod. art. 3 p. 1171^{A}.

✖**cōnsīgno,** -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* signare *vel* signum. *Th.*]. Gloss. *σφραγίζω, κατασφραγίζω, συνσφραγίζω.* *vox inde a* Plavto *legitur, adamata christianis.*

1 *sigillo impresso signare*: Plavt. Bacch. 924 tabellis -atis credere (935 has tabellas obsignatas -atas quas fero. Curc. 365. 369 Mil. 130 Persa 460. Cic. Quinct. 25 tabulae maxime signis hominum nobilium -antur. Gaivs inst. 2, 181 tabulas proprio lino propriaque cera -amus). Trin. 775 eas *epistulas* nos -emus (816). Argvm. Plaut. Pseud. 1, 2 -et symbolum, ut Phoenicium ei det leno. Liv. 23, 38, 4 litteris Philippi atque Hannibalis perlectis -ata omnia ad senatum ... misit. 29, 12, 15 haec conscripta -ataque sunt (*cf.* Porph. Hor. sat. 2, 4, 2 conscribere, -are nova praecepta). 39, 48, 4 decretum. Cvrt. 7, 8, 29 pacta. Svet. Claud. 26 dote inter auspices -ata (29 tabellas dotis. Scaev. dig. 24, 1, 66 pr. 33, 4, 17, 1 dotalibus duobus -atis instrumentis. Apvl. apol. 67 tabulae nuptiales sint -atae). Florent. dig. 28, 1, 24 unum testamentum pluribus exemplis -are. Vlp. dig. 19, 1, 13, 6 legem *venditionis*. 48, 19, 9, 5 testationes. Pavl. dig. 40, 7, 4 pr. pecuniam -atam. Chalc. comm. 327 si ceram quis vel plumbum ...-et undique. Hil. trin. 8, 46 ut secundum -atas -antesque species in sigillis cernimus. myst. p. 26, 14 hoc sanguine et -atae in Aegypto domus tutae sunt (*cf.* Priscill. tract. 6, 108 -antibus nobis ... velut sanguine immaculati agni). p. 27, 28 reservari in memoriam scriptis et -atis voluminibus convenit. Cod. Theod. 14, 3, 7 (*a. 364*) pistrinorum omnem enthecam tradat atque -et. Cod. Iust. 4, 32, 19 pr. *sortem* -atam in publico depone. *latiore sensu*: *obsignare aliquid litteris sim.*: L. Crass. or. frg. Cic. de orat. 2, 224 quos *fundos* tibi pater publicis commentariis -atos reliquit. Cic. div. in Caec. 28 quod eisdem litteris illius praetura et tua quaestura -ata sit. Verr. 4, 109 ratio certa est Aetnensium et publicis et privatis litteris -ata. p. red. in sen. 29 vim et crudelitatem privilegii auctoritate honestissimorum hominum et publicis litteris -arit. Dciot. 37 quae *iudicia* publicis populi Romani litteris monumentisque -ata sunt (ac. 2, 2 ut litteris -amus, quae monumentis mandare volumus). leg. 3, 46 publicis litteris -atam memoriam publicam nullam habemus (*cf.* Lact. ira 4, 9 cum haec etiam scriptis ad aeternam memoriam -ret). epist. 13, 6, 3 quam *commendationem* his litteris -are volui. Qvint decl. 308 p. 212, 18 voluntas defuncti -ata iure legibusque civitatis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GELL. 14, 2, 17 rem causamque, de qua cognoscit, interlocutionibus suis exprimere -areque. ARNOB. nat. 1, 57 quae in nostris -ata sunt litteris, confiteamini necesse est esse vera. PS. MATTH. euang. 42, 2 scripsit hunc libellum hebraicis litteris -atum. COD. Theod. 3, 5, 3 (*a. 330*) actis -are donationem. 11, 16, 13 (*a. 382*) privatae rei nostrae privilegiis permanentibus nihil extra ordinem praedia iure perpetuo -ata sustineant. LIB. iubil. 24, 33 quia sic scriptum est et -atum adversus illum in tabulis caeli. CARM. epigr. 327, 3 claros titulis -at honores. *nota: i. q. tradere* (*cf. ital.* consegnare): GLOSS. consignasse *παραδεδωκέναι*. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 116[A] dant ei opus quod agat et -ant ei custodiam vinearum. HEGES. 1, 29, 7 ut Phaselus et Hyrcanus in potestatem eius . . . -rentur. CASSIAN. inst. 4, 6 vestimenta oeconomo -ata. 4, 19, 3 aliis . . . utensilia . . . ac vasa -ant. 10, 20 qui . . . vellet aliquid amplius operis -are (*antecedit* statutum operis pensum cotidie oeconomo traderet). conl. 8, 16, 2 qui se nuntiabant *daemones* -atos sibimet decepisse. COD. Theod. 14, 16, 2 (*a. 416*) integer canon mancipibus -etur (COD. Iust. 11, 24, 1). VINCENT. LER. 6, 9 ut omnia, qua fide a patribus suscepta forent, eadem fide filiis -rentur. RVRIC. epist. 2, 47 de pietatis vestrae promissione securus puellam vestram in rem directis pueris vestris me -asse significo. ALC. AVIT. hom. 28 p. 150, 31 nec hoc tantum contentus reddere, quod dudum fuerat -atum. LEX Visig. extr. p. 321 quartam partem facultatum rerum suarum amittat, illi -andum, cui *eqs.* BENED. reg. 35 vasa ministerii sui munda . . . cellarario reconsignet; qui cellararius iterum intranti -et. *in imagine*: CIC. Cluent. 139 si quis in orationibus nostris . . . auctoritates nostras -atas se habere arbitratur. Tusc. 1, 57 *ut* quasi -atas in animis notiones, quas *ἐννοίας* vocant, haberemus. div. 1, 87 clarissimis monumentis testata -ataque antiquitas. DECL. in Catil. 39 fortunas omnium popularium atque otium civitatis luminibus -antes. 62 oculi senatorum te-erunt ingredientem. HIL. in psalm. 13, 1 -anda sunt *a praedicantibus* omnia animis, commendanda sensibus. VVLG. sap. 2, 5 non est reversio finis nostri, quoniam -ata est (*κατεσφραγίσθη*) et nemo revertitur.

2 *i. q. confirmare, comprobare, notare, signare, sim.*: CIC. rep. 1, 25 quem *diem* apud Ennium et in maximis annalibus -atum videmus. Tim. 30 ex quibus *sideribus* erat motus temporis -andus. MIN. FEL. 24, 2 sic statuarum inanium -ata forma. TERT. anim. 46 ad fidem somniorum a nobis quoque -andam et aliter interpretandam. adv. Marc. 2, 4 *deus* honorans et -ans et dispungens bonitatem operum dignatione conspectus. 2, 19 ad testimonium dei optimi . . ., quod satis et praecepta bonitatis et promissa -ant. 3, 15 nullus status differentiarum nonnisi proprietatibus appellationum -atur. 5, 5 prophetiam super illo -at creatoris dicentis (resurr. 22 *prophetias* suo ore -at. BARNAB. 4, 8 confractum est testamentum eorum, ut dilecti Iesu -etur [*ἐνκατασφραγισθῇ*] in praecordiis vestris in spem fidei illius. HIL. trin. 11, 3 *Christum* prophetiae volumina -ant). adv. Prax. 25 clausula euangelii propter quid -at haec scripta? resurr. 39 *negotium* veteris testamenti resignandi et novi -andi. 52 -at imprimens. carn. 20. LACT. inst. 7, 25, 1 veritatem -atam teneri (FAVSTIN. trin. 2, 6 -ans ipsis sermonibus veritatem. SVLP. SEV. dial. 3, 1, 3 quasi sub testibus -atam abs te accepturus est veritatem). OPT. PORF. carm. 3, 18 versu -ans aurea saecla. HIL. trin. 9, 40 euangelicis doctrinis -ata vox domini est. 10, 6 -atam naturaliter dei in deo formam usque adeo indifferentis potestatis et generis, ut *eqs.* SERM. Arrian. frg. I 2 pater totam virtutem . . . in substitutionem filii -vit. HIER. in Mich. 2, 7 p. 531 laborem opusculi mei domini invocatione -ans. RVFIN. hist. mon. 11 p. 432[A] quorum fides per nos -ata est deo. Orig. in cant. 2 p. 141[C] maiestatem dignis assertionibus -are. PS. RVFIN. in Am. 5, 25—27 cum nihil utique tale historia -et. in Os. 1, 8 hoc in ipso breviter -at exordio. AVG. c. Fort. 17 *anima* missa ad ipsius voluntatem -andam. PS. PHOEBAD. fid. 7 p. 43[C] patrem et filium ita nominamus, ut unum deum in his personis . . . -emus. MAR. MERC. subnot. 3, 1 quod quia humana ratiocinatio nulla -at, per fidem divinorum eloquiorum auctoritas vindicat. NICET. symb. p. 345, 4 sicut docet Paulus et -at Iohannes. *sequitur accus. c. inf.*: PS. RVFIN. in Am. 1, 3—5 idem se ignoscendi studium et circa alias gentes habere -at. SVLP. SEV. chron. 1, 29, 7 historia -et populum sine iudicibus egisse.

3 *apud christianos: confirmare aliquem sacramento chrismatis, consecrare, signo crucis notare*: TERT. apol. 8 talia *mysteria* initiatus et -atus vivis in aevum (adv. Val. 1). MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 30 in quo spiritu vos utique -ati estis signatione per spiritum sanctum (PS. AMBR. serm. Sess. 3, 9 sancto spiritui -amur). HIL. in Matth. 17, 10 ut inscriptos nos et professos et Christi nomine -atos offerremus in Christo. PS. HIL. libell. 7 *baptismo* dei filii facti in fide -entur. FAVSTIN. trin. 5, 2 sacerdotes et reges . . . olei unctione -atos. PACIAN. epist. 3, 3 p. 48 plebi . . . quam non -at unctus sacerdos. AMBROSIAST. ad Eph. 4, 11/12 apud Aegyptum presbyteri -ant, si praesens non sit episcopus (PS. AVG. quaest. test. I 101). HIER. in Agg. 2, 21 *sq.* p. 773 ut quicumque crediderit in deum, hoc quasi anulo -etur. VVLG. IV Esdr. 6, 5 antequam . . . -ati essent, qui fidem thesaurizaverunt. DIDASC. apost. 72, 27 quapropter *presbyter* clerum non ordinat; super presbyteri vero ordinatione -at episcopo ordinante. 73, 31 'ungueo te s(an)c(t)o oleo . . .' et -ans in frontem oferat osculum. 78, 15. RVFIN. hist. mon. 9 p. 427[A] in nomine Christi -ans memetipsum (*sc. signo crucis; cf.* HIER. vita Hilar. 14. VICT. VIT. 2, 50 vexillo crucis. EVGIPP. Sev. 43, 8 PASS. Quirin. 3 Firm. 8 Thom. 153, 16 *al.*). ALC. AVIT. epist. 26 *personam* crismate -atam. GREG. M. epist. 3, 64 -andis infantibus (VITA Caes. Arel. 2, 17). CORP. XI 4975 (*Spoletii, periit*) d(e)p(ositio) Picentiae Legitimae neofytae . . . -ata a Liberio papa.

4 *fracta vi praepositionis i. q. significare*: FAVSTIN. trin. 1, 11 'sumus' pluralitatem significat personarum . . . 'unum' autem unam eamdemque in patre et filio substantiam . . . -at. SERV. ecl. 7, 65 bene singulis loca sua -vit. COMPVT. Carth. 2, 10 qui dies . . . ita determinati noscuntur, ut . . . certum in se reclusum numerum -assent. BOETH. mus. 4, 7 -vimus hoc spatium trium semitoniorum . . . hoc modo. PS. BOETH. geom. p. 415, 22 ponatur tetragonus pari numero -atus. p. 416, 19.

part. perf. pass. adv. **cōnsīgnātē:** GELL. 1, 15, 12 versus de id genus hominibus -issime factus est. 1, 25, 8 Graeci significantius -iusque cessationem istam pugnae pacticiam *ἐκεχειρίαν* dixerunt.

synonyma: assignare, obsignare, resignare, signare, subsignare.

comp.: reconsignare. *Spelthahn.*

cōnsilēsco, -uī, -ere [*cf. c.* con *et* silere. *Th.*]. ENN. ann. 293 -uere (PAVL. FEST. p. 58 pro 'conticuere' posuit). PLAVT. Mil. 583 dum haec -unt turbae atque irae leniunt. GELL. 5, 1, 6 *Homerus* auditores illos Vlixi . . . narrantis, ubi loquendi finis factus, non exultare . . . facit, sed -isse. 12, 1, 22 omnisque impatientissimae sollicitudinis strepitus -it. IVL. VICT. rhet. 26 p. 447, 14 attente audias, ne . . . ignarus rogari quid videatur, -as. HIER. in Is. 14, 7 p. 176 ad ruinam eius (*domini*) omnis terra -uit. *L.*

cōnsiliāriē *v. p. 439, 44.*

cōnsiliāris, -is *m. a* consilium. APVL. apol. 2 de consilio -ium (*Lipsius*, consularium *codd. edd.*, consultorum *Hirschfeld*) virorum. SCHOL. Iuv. 3, 46 me . . . ministro: non possum assessor esse furis iudicis. bene allusit de -bus. *fortasse huc pertinet locus lacunosus apud* FRONTON. p. 175, 10 N. tuo hospiti, contubernali, consiliari tributum (*legitur* iributum).

cōnsiliārius, -a, -um *a* consilium. *βουλευτικός*: PLAVT. Epid. 159 senatum convocabo in corde -um (*cf.* Most. 688 *p. 458, 40*). Truc. 216 magis . . . ei -s hic amicust quam auxiliarius (VVLG. III Esdr. 8, 12 placuit mihi et septem amicis meis -iis). SEN. nat. 2, 39, 1 genera fulgurum tria esse ait Caecina . . . -um ante rem fit, sed post cogitationem cum aliquid . . . aut suadetur fulminis ictu aut dissuadetur. *ibid.* 2 *monitorium* nescio quare non idem sit quod -um. nam et qui monet, consilium dat. *ibid.* 3 sed . . . ob hoc separetur a -o quia illud suadet dissuadetque . . . -um est quod cogitanti factum est, monitorium quod nihil cogitanti (*cf.* SERV. Aen. 8, 524. AMM. 23, 5, 13 fulmen -um esse monstrantes). GELL. 18, 3, 5 si huiusmodi anteactae vitae hominibus -iis utemur (GREG. M. epist. 1, 33). APVL. Plat. 2, 15 illam -am . . . animam. DARES 13 *Nestorem* candidum, -um, prudentem. VVLG. Is. 3, 3 *auferet* principem honorabilem vultu et -um et sapientem . . . et prudentem.

✖*substantivi vice* **cōnsiliārius,** -iī *m.* GLOSS. *σύμβουλος. σύνεδρος. γνωμοδότης.* V 417, 22 nuymeyses (*?*) -s (*alii aliud temptaverunt*). HIER. in Matth. 27, 57/58 p. 215 Ioseph *βουλευτής* appellatus, id est -s. **1** *generatim de eo qui consilium dat, alicuius consiliorum particeps est*: *σύμβουλος, βουλευτής*: SISENNA hist. 44 quem M. Livi -um fuisse callebant. CIC. Verr. 3, 42 eius amici et -ii. 5, 143 tui convivae, -ii. 6, 103 derisum . . . a suis -iis et admonitum. dom. 48 hoc -o . . . rem publicam perdidisti. 50. har. resp. 53 neque quisquam de gregalibus eius aut de -iis. leg. 3, 43 *Iovi* se -um atque administrum datum (*sc. bonum augurem*). Att. 3, 19, 3 si me a meis -iis proditum . . . vides. 14, 19, 1 ratio aedificandi initur -o quidem et auctore Vestorio (epist. 1, 9, 2 ego te auctore amicissimo . . . tu me -o . . . non imperitissimo . . . usus esses. LACT. mort. pers. 16, 4 qui auctor et -s ad faciendam persecutionem fuit). epist. 1, 2, 3 totam rem . . . non invito rege ipso -iisque eius esse corruptam (*cf. 2c*). LIV. 35, 42, 13 nihil opus esse regi duce Hannibale, comite et -o eodem ad bellum uti posse. VELL. 2, 56, 3 adiectis etiam -iis caedis (*sc. Caesaris*) familiarissimis omnium. FRONTO p. 150 N. -o huic magis aetati opus est quam auxiliario (*cf. supra l. 38*). ITALA Rom. 11, 34 (Tert. scorp. 7) quis illi -s (*σύμβουλος*) fuit? (VVLG. *ibid.* Is. 40, 13 -s eius. AVG. persev. 14, 37). TERT. adv. Marc. 1, 25 Epicuro nolente, -o Marcione. IVL. VAL. 2, 8 vos urbemque Atheniensium totam desertos -iis vestris. PS. HIL. c. Arrian. 13, 33 quo, ut ita dicam, -o deus utitur. AMM. 21, 9, 8 maiestatis insigne non ut -o tibi, sed ut desinas pavere, porrexi. 28, 1, 21 Frontinus -s antedicti. 28, 1, 45 Simplicius Maximini -s ex grammatico (28, 1, 52 Simplicio et -o suo et amico). SCHOL. Hor. epist. 1, 6, 50 qui sit nomenclator vel -s. HEGES. 1, 26, 4 malis -iis usus. AMBR. off. 2, 12, 63. 2, 17, 88 talis . . . debet esse -s qui nihil nebulosum habeat. VVLG. I par. 27, 32 -s vir prudens et litteratus. II par. 22, 4 fuerunt ei -ii . . . in interitum eius. Iob 19, 19 abominati sunt me quondam -ii mei. prov. 15, 22 ubi . . . sunt plures -ii, confirmantur. Sirach 6, 6 -s sit tibi unus de mille. 37, 8 omnis -s prodit consilium sed est -s in semet ipso. 37, 9 a -o serva animam tuam. Is. 9, 6 vocabitur . . . admirabilis -s, deus fortis (*gr. aliter*).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

factisque conservandam putat. 1, 17 ordo et -a et moderatio et ea, quae sunt his similia. 1, 98 ordine et -a et moderatione dictorum omnium atque factorum. SEN. epist. 120, 11 ordo ēius (*virtutis*) et decor et -a et omnium inter se actionum concordia et magnitudo super omnia efferens sese. CIC. Att. 14, 17ª, 5 (= epist. 9, 14, 5) propter eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque -am. Brut. 1, 15, 1 probitate, -a, cura, studio rei publicae. PLIN. epist. 6, 11, 2 mira utrique probitas, -a salva, decorus habitus. CIC. epist. 1, 9, 16 de uno acerrimo et fortissimo viro meoque iudicio omnium magnitudine animi et -a praestantissimo. SEN. epist. 92, 3 hanc (*securitatem et perpetuam tranquillitatem*) dabit animi magnitudo, dabit -a bene iudicati tenax. FRONTIN. strat. 1, 12, 1 id quod trepidationem afferebat, -a et magnitudine animi in hortationem convertit. BELL. Alex. 26, 2 perseverantīa -aque oppugnandi. SEN. epist. 55, 5 adeo ... magna res est -a et in proposito suo perseverantia, ut habeat auctoritatem inertia quoque pertinax. SACR. Leon. p. 347 ad -am fidei et ad perseverantiam pietatis. LIV. 45, 19, 17 pietatem -amque. SVET. Cal. 1 legiones ... incertum pietate an -a maiore compescuit. PANEG. 6, 9 consilii ... inter vos placiti -a et pictate fraterna. SEN. contr. 1, 2, 4 ista -a et ne armatum quidem timens audacia. AMM. 30, 4, 10 libertatem temeritas, -am audacia praesens imitatur. PS. HIL. libell. 19 quantum audaciae in vultu, quantum -ae gerunt. QVINT. inst. 11, 3, 155 fiducia ... appareat et -a, utique si auctoritas subest. 12, 5, 2 ut abominanda sunt contraria his vitia confidentiae, temeritatis, improbitatis, arrogantiae, ita citra -am, fiduciam, fortitudinem nihil ars, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit. TERT. anim. 9 non tantum ex fiducia corporalitatis per aestimationem, verum et ex -a gratiae per revelationem. VEG. mil. 1, 2 -am ac fiduciam comminus non habere pugnandi.

opposita (alia huiusmodi multis locis supra, praecipue sub 'coniunctis' invenies): VARRO ling. 9, 35 in voluntariis declinationibus inconstantia est, in naturalibus -a. TERT. anim. 1 AVG. c. Iul. 4, 3, 20 *v. l. 38*. CIC. Catil. 2, 25 hinc -a, illinc furor *pugnat*. CIC. Sest. 77 ex pertinacia aut -a intercessoris oritur saepe seditio. Marcell. 31 quae ... pertinacia quibusdam, eadem aliis -a videri potest. AVG. quant. anim. 26, 51 neque enim est ideo suscipienda pertinacia, quia optanda -a. c. Iul. 4, 3, 20 sicut -a est virtus, cui contraria est inconstantia: vitium tamen est ei quasi finitimum pertinacia, quae -am videtur imitari. epist. 57, 2 serm. 275, 1. AGROEC. gramm. VII 122, 20 pertinacia malae rei perseverantia dicitur, -a bonae. CIC. Tusc. 4, 14 quattuor perturbationes sunt, tres -ae, quoniam aegritudini nulla -a opponitur (FAV. EVL. p. 8, 8. 11. AVG. civ. 14, 8 quas ... Graeci appellant *εὐπαθείας*, Latine autem Cicero -as nominavit, Stoici tres esse voluerunt. *ib. iterum*). CIC. Tusc. 4, 80 ut -a scientiae, sic perturbatio erroris est. PVBLIL. N 29 nocere casus non solet -ae. SEN. contr. 1, 2, 4 ista -a et ne armatum quidem timens audacia. PLIN. epist. 3, 9, 35 vel -am vel audaciam. AMM. 30, 4, 10 libertatem temeritas, -am audacia praesens imitatur. PS. HIL. libell. 19 quantum audaciae in vultu, quantum -ae gerunt. SEN. dial. 3, 18, 3 cui placebat pro -a rigor. SEN. dial. 9, 2, 6 qui non -ae vitio parum leves sunt, sed inertiae. TAC. Agr. 41 comparantibus cunctis vigorem et -am et expertum bellis animum cum inertia et formidine eorum. TAC. Agr. 36 simul -a, simul arte Britanni ... missilia nostrorum vitare vel excutere. TAC. Germ. 30 velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior -ae est. hist. 1, 81. TAC. hist. 3, 73 neque astu neque -a. TAC. hist. 4, 78 ut incuria prope rem afflixit, ita -a restituit. TAC. ann. 1, 32 plurium vecordia -am exemerat. TAC. ann. 4, 73 neque -am addiderant turbatis et pavore fugientium auferebantur. HIL. c. Const. 6 quisquis petulantiam istud magis quam -am iudicabit. CHAR. dig. 48, 18, 10, 5 qua quis -a, qua trepidatione quid diceret. COD. Theod. 11, 30, 55 (*a. 396*) definiendi -am provocantis trepidatio retardavit. AVG. civ. 19, 18 quam diversa sit Academiae novae ambiguitas a -a fidei christianae. *Burger.*

cōnstellātio, -ōnis *f.* [*a* con *et* stella *derivatum. Th.*]. AVG. c. Pelag. 2, 6, 12 fatum quippe qui affirmant, de siderum positione ad tempus, quo concipitur quisque vel nascitur, quas -es vocant, non solum actus et eventa, verum etiam ipsas voluntates pendere contendunt. doctr. christ. 2, 22, 33 -es quas vocant notatio est siderum quomodo se habeant cum ille nasceretur (ISID. orig. 8, 9, 24 GLOSS. V 349, 24). GLOSS. *θέμα τὸ τοῦ ἀνθρώπου, καταστέρισις* (constill- *codd.*). SPART. Hel. 4, 5 si non recte -o eius collecta est (AMM. 29, 2, 27 quam ob rem -em principis collegisset. *cf.* COMMENT. Lucan. 7, 301 fata siderum -e colligi). CAPITOL. Gord. 20, 2 ostendisse -em mathematicum ferunt. IVL. VAL. 1, 3 suam adhibet -em. CHALC. comm. 118. 148. AMM. 20, 11, 32 quasi fatali -e regente diversos eventus (AVG. civ. 5, 6 unde fit ut sub eadem -e fatali alter concipiatur masculus, altera femina? c. Faust. 2, 5 p. 259, 3 tamquam genesis eius sub fatali -e sit constituta). AMBROSIAST. in I Cor. 1, 20 conquisitor tamen saeculi hic est, qui -bus agi mundum et XII signis ortus et occasus fieri decernit calculis. AVG. civ. 5, 3 si tam multum in caelo interest, quod -bus comprehendi non potest. 5, 4. 5. 6 cum quo habebat eandem -em. 5, 7 si soli homines, non autem omnia, quae sub caelo sunt, -bus subiacent. *ibid. saepius.* gen. ad litt. 2, 17 p. 60, 22. 61, 4 horum certe -es quas appellant, nullo modo dispares esse potuerunt. conf. 7, 6, 8 *bis*. SIDON. epist. 8, 11, 9 -e percontantis inspecta.

mathematicus **cōnstellātor** GLOSS. III 499, 67 *i. qui constellationem inspicit.*

cōnstellātus, -a, -um; *cf. c.* constellatio. CHALC. comm. 65 unus *circulus* qui ... polo vicinus est, septentrionalis appellatur ob -um sibi sidus septentrionis (*i. quod in eadem constellatione est*).

cōnsterilis, -e *a* con *et* sterilis. *i. eidem sterilitati obnoxia*: PETR. CHRYS. serm. 73 p. 407ᴮ Anna (*mater Samuelis*) Sarae -s. *L.*

***cōnsternātio,** -ōnis *f. a* consternare. GLOSS. II 460, 7 *τροπή*. PAVL. FEST. p. 42 -o quae est concitatio quaedam subita ex aliquo metu, a sternutamento deducta est, quod eo toto concutimur corpore. IREN. 1, 8, 2 aporiam ... id est -em.

i. q. pavor perturbatio; seditio tumultus: LIV. 29, 6, 12 subita -o ex somno et tumultus. 34, 2, 6 -o muliebris. VAL. MAX. 4, 6, 4 subita animi -e (TAC. ann. 13, 16 -o mentis. AMM. 18, 10, 2 HEGES. 2, 15, 5). 6, 5, 3 praeter communem -em privata etiam ira accensus. 8, 1 absol. 3. 9, 3 pr. 9, 7, 4 creditorum -o. SEN. clem. 1, 25, 3 -e publica circumvenitur. CVRT. 5, 10, 8. 7, 10, 13 interfectisque -is (*i. defectionis*) auctoribus. 8, 1, 24. 10, 2, 15 PLIN. nat. 10, 122 TAC. ann. 1, 39. 63 hist. 2, 49 SVET. Iul. 20 Claud. 12. IREN. 2, 18, 6 in passione -is esse. 2, 18, 7 expavescentiam et timorem et -em infecit. 2, 24, 1 -em sive confusionem. CHALC. comm. 256. 266. HIL. in psalm. 67, 28 post -em pavoris. MART. CAP. 8, 812 post diluvialis -is excursum *al.* *de bestiis*: LIV. 37, 42, 1 pavore et -e quadrigarum.

***1. cōnsterno,** -āvī, -ātum, -āre [*cf. c.* exsternare *et c. theod.*. stornēn '*consternatum esse*' *fortasse c.* consternere, prosternere. *Th.*]. GLOSS. -atus confusus tristitia, conturbatus, convictus, exanimis, lapsus, obstupescens, percussus, metu perterritus, prostratus, territus, victus. -rentur deicerentur. -atur *κινεῖται, πτύρεται, σκιρτᾷ, συνταράττεται*. PRISC. gramm. II 403, 11 -or *πτύρομαι* -aris. NON. p. 262 -ari significat deici, rursum erigi. PRISC. gramm. II 436, 5 -or, -aris deponens *interpretatus Sallustii locum. hist. frg. 1, 139 v. l. 47.* *inde a* PACVV.

1 *de hominibus*: PACVV. trag. 156 quo consilio -atur. CAES. Gall. 7, 30, 4 animo -ati homines. HIRT. Gall. 8, 19, 7. OV. met. 12, 60 -atique Timores. LIV. 2, 47, 9. 3, 15, 7 *al.* 38, 17, 6 pecorum in modum -atos caedunt. VAL. MAX. 3, 8, 3 PETRON. 60. STAT. Theb. 7, 130 turmasque metu -at inani. FRONTIN. strat. 1, 12, 3 -atum superstitione hostem. TAC. hist. 3, 17. 79 SVET. Aug. 23. 90. APVL. met. 1, 25 -atus ac prorsus obstupidus. TERT. nat. 1, 16. HIL. trin. 1, 31 usque ad hanc precem -atus fuerit. VVLG. II par. 12, 6. I Macc. 3, 31 -atus erat animo (*ἠπορεῖτο*). GREG. M. dial. 2, 14 *al.* PAVL. PELL. 122 -ata pro me pietate parentum. **2** *de bestiis*: SALL. hist. frg. 1, 139 equi sine rectoribus exterriti aut saucii -antur. OV. met. 2, 314 fast. 5, 310 LIV. 8, 39, 2. 21, 33, 3. 28, 15, 5 elephanti ... -ati. SVET. Nero 48. Galba 18 taurus securis ictu -atus. GELL. 15, 22, 6 cerva ... -ata. DICT. 3, 16 aves -atae. *proleptice*: LIV. 2, 40, 5 Coriolanus prope ut amens -atus ab sede sua cum ferret matri obviae conplexum. LIV. 7, 42, 3 multitudinem coniuratorum ad arma -atam esse. 21, 24, 2. SEN. dial. 5, 30, 1 omnia quae natura fera ac rabida sunt, -antur ad vana. LIV. 10, 43, 13 repente in fugam -antur. 38, 46, 4.

synonyma: confundere, obstupefacere, percutere, perterrere, perturbare, profligare, terrere.

***2. cōnsterno,** -strāvī, -strātum, -ere *a* con *et* sternere. PRISC. gramm. II 403, 11 consternor *καταστρώννυμαι*. *inde ab* ENN.

1 *tegere*: **a** *cum obiecto solo*: VARRO ling. 9, 9 triclinium. CIC. div. 1, 69 ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnis angiportusque -verat. LEX Iul. munic. (Corp. I 206) 54 semitam ... -atam recte habeto (AMM. 17, 1, 9). VERG. Aen. 4, 444 -unt terram ... frondes (SERV. *ad l.* implent). PLIN. nat. 10, 122 -atum lectum super Aethiopum duorum umeros (APVL. met. 9, 2). SVLP. SEV. dial. 2, 6, 5 sellulam. IVLIAN. epit. novell. 4, 4 in culcitis humi -atis. CORP. VIII 4878 plateam veterem lapid(e) spoliatam ... -vit. *naves, pontes sim.*: CIC. Verr. 6, 89 navis -ata (6, 104 CAES. civ. 3, 7, 2. 3, 27, 2. 3, 101, 2. BELL. Alex. 11, 1 *opp.* naves apertae. LIV. 35, 46, 3). CAES. civ. 2, 23, 3 appulsaque ad proximum litus trireme -ata. HIRT. Gall. 8, 9, 3 *turres* pontibus traiectis -atisque coniungi. SALL. Catil. 13, 1 a privatis compluribus ... maria -ata esse (HIER. epist. 60, 18 *cf.* AVSON. Mos. 289 Chalcedonio -atum ab litore pontum). PLIN. nat. 4, 75 -ato in navibus ponte. AVSON. 349, 10 lintribus in geminis -atus ponto sit an pons? AMM. 17, 1, 2 flumine pontibus -atis transmisso. 24, 4, 6. *pro substant.*: LIV. 30, 10, 14 navigia, quae sub -atis pontium per intervalla excurrebant. PETRON. 100 super -atum puppis. **b** *accedit ablativus*: CATO agr. 43, 1 *sulcos* lapide -ito. CIC. Sest. 85 forum corporibus civium Romanorum -atum (SEN. contr. 2, 1, 10 omnis regio trucidatorum corporibus -itur. SIL. 1, 125 TAC. ann. 2, 25). CATVLL. 64, 163 purpureave tuum -ens veste cubile. CAES. Gall. 4, 17, 8 *tigna pontis* longuriis cratibusque. civ. 2, 9, 3 contabulationem summam lateribus lutoque -erunt. 2, 15, 2 quidquid est contignatum, cratibus -itur. 3, 96, 1 recentibus caespitibus tabernacula -ata. HIRT. Gall. 8, 14, 4 pontibus palude

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ata. SALL. Iug. 101, 11 omnia telis armis cadaveribus. CIRIS 33 Ossaeis -ens aethera saxis. LIV. 21, 28, 7 *ratem* pontis in modum humo inecta -erunt. FEST. p. 242 pavimenta Poenica marmore Numidico -ata. VAL. MAX. 3, 7, 2 omniaque vada plumbatis tabulis -ret. CVRT. 5, 1, 20 totum iter floribus coronisque -verat (*cf.* TAC. hist. 2, 70 lauru rosaque). COLVM. 1, 6, 23 *area* silice -ata (CORP. X 1199, 9 silicibus e montibus excisis ... -endam ornandamque curavit *Abellam*). 6, 30, 2. 7, 3, 8 filicibus vel culmis stabula -ata 8, 5, 3. 8, 15, 3 opere Signino. 12, 52, 4. PLIN. nat. 10, 92 nidum mollibus plumis -unt. 17, 81. SVET. Cal. 18 minio et chrysocolla -ato circo. AMM. 14, 2, 6 ruinis ponderum inmanium -untur. SVLP. SEV. dial. 1, 3, 3. *de lapsis*: CIC. Arat. 433 ille gravi moriens -vit corpore terram. LVCR. 5, 1333 gravi terram -ere casu. VERG. Aen. 12, 543 late terram -ere tergo. *in imagine*: LIV. 35, 49, 5 -it maria classibus suis (IVV. 10, 175). CVRT. 9, 6, 7. 9, 8, 5 totum amnem ... navigiis -atum.

2 *prosternere, subvertere*: ENN. ann. 188 abies -itur alta. APVL. apol. 45 multo plus ad caducos -endos figulus valet quam magus. IVL. VAL. 2, 28 cum humi sese ... -isset. AVR. VICT. Caes. 16, 12 Ephesus ac Nicomedia -atae terrae motu. *i. q. in planum ducere*: MANIL. 3, 652 tunc primum miti pelagus -itur unda. LACT. inst. 3, 24, 8 *ut terra* montes erigat, campos ⟨ex⟩tendat, maria -at. *technice*: BALB. grom. p. 97, 5 planum est quod Graeci epipedon appellant, nos -atos pedes (p. 95, 3 PS. BOETH. geom. p. 402, 20. 403, 15. 412, 3). METROL. p. 125, 1 fiunt in centuria acti -ati CCCC.

deriv.: constrator. *Spelthahn.*

cōnstibilis [*si vera vox, cf. c.* constare *et c.* stabilis; *v. Hauler, Archiv 1, 582. Th.*]. CATO agr. 12 in torcularium quae opus sunt ... fibulas XL constibilis (confibulas *vulg.*) ligneas, qui arbores conprimat, si dishiascent.

cōnstillātio, -ōnis *f. a* con *et* stillatio. ISID. ord. creat. 9, 11 ut ex his (*avibus*) aliae ... de herbarum rore, aliae ex arborum constillatione ... conditae sint.

cōnstimulātor, -ōris *m. a* con *et* stimulator. AVSON. rhop. 34 fit doctor populi lapidantum constimulator.

cōnstīpatio, -ōnis *f. a* constipare. GLOSS. conventus hominum peditum. circumstatio, circumstantia.

i. q. conspissatio, condensatio, congregatio: *animantium*: PANEG. 10, 28 ut acies non porrectior quam robustior murum utrimque praeberet, quod eam nec -o contraxisset nec longitudo tenuaret. VOPISC. Aurelian. 21, 1 omnibus simul facta exercitus sui -e concurrere. 24, 8, 5 ideo simul incedens *asinorum multitudo* ut -e densa feroces leonum frustrentur assultus. 26, 6, 14 militum (AMBR. hex. 6, 5, 33). 29, 1, 13 nec privata domicilia sustinerent -e vaporata confertas *inclusorum catervas*. 31, 13, 3 -o densior. SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 94 de turba populi si fuerit -o, libera eum. PS. AMBR. mor. Brachm. p. 1178^{C} quos enim vereor, eorum -e custodior. HEGES. 3, 14 cum tantam hominum -em vexaret sitis (AVG. serm. 137, 2 in aliqua -e et coartatione hominum). HIER. epist. 58, 4 tanta utriusque sexus -o. RVFIN. hist. 2, 6, 7 propria -e perculsi (*ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ... καταπατηθέντες*) periere. 2, 19, 1 -e populi necati sunt (*τῶν ... βίᾳ συνωθουμένων*). PS. RVFIN. bell. Iud. 2, 5 (*syn.* conculcatio). AVG. epist. 126, 2 in psalm. 32 serm. 2, 9. MAR. MERC. Nest. 13, 2 parco ... vobis (*auditoribus*) qui -e laboratis. CASSIAN. conl. 8, 12 *tit.* daemonum. 8, 16, 2 *daemonum catervae* infinita -e atque ordine longissimo procedentes. VICT. VIT. 2, 32. ALC. AVIT. epist. 31 p. 62, 13 -o *haereticorum* Genavensis. VITA Caes. Arel. 1, 32 repletur ... domus ecclesiae -e infidelium. *nota*: HIER. in Ezech. lib. 7 praef. p. 239/40 sanctorum locorum -o. *rerum*: CHALC. comm. 48 ut totius vocis densitas et omnis quasi quaedam -o procedat. AVG. epist. 118, 30 quasi quadam earum (*imaginum*) -e et densitate fieri ut ex multis una videatur. gen. ad litt. 2, 3 p. 36, 10 circumfusi ... aeris praepollenti -e subinde ignis extinguitur. *t. t. medicorum*: VEG. mulom. 1, 39, 2 ex ventositate vel -e vitium tortiones vocant. ORIBAS. syn. 1, 14 de synance laborantibus et -es, quae in locis ipsis fiunt solvere possunt. 4, 23 -es evacuat et exsolvit. 5, 16.

cōnstipēsco *v.* constupesco.

cōnstīpo, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* stipare. [*prov.* costubar. *M.-L.*]

1 *conglobare, congregare, condensare*: GLOSS. *συνστοιβάζω*; -at *συνστοιβάζει, συνδορυφορεῖ, συντίθησιν*. -ati condensati, condensi, collecti. consiti, conglobati, coacervati vel coniuncti, in unum collecti, congregati. *animantes*: CIC. leg. agr. 2, 79 ne -ari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum. CAES. Gall. 5, 43, 5 ut se sub ipso vallo -erant *hostes*. POTAM. tract. 1 p. 1413^{B} sorores -atae. AMM. 17, 7, 5 superruentium ruderum vi nimia -ati sub ipsis interiere ponderibus. VEG. mil. 1, 22 ne maior multitudo -etur in paucis. 1, 26 -ati perdunt spatia pugnandi. 3, 6. 8. HIER. in Nah. 3 p. 563 cadent a sua multitudine, dum a se invicem -antur. VVLG. I Macc. 6, 38. PRVD. perist. 11, 49 inter carnifices et -ata sedebat officia. AVG. epist. 126, 2 per populum -atum. MART. CAP. 6, 724 philosophi qui undiquesecus -ato agmine consistebant. VITA Caes. Arel. 1, 37 tanta enormitas pauperum ... domūs atrio -ata. 1, 57 -atis ... ordinibus. *nota*: DRAC. laud. dei 3, 422 -ans (constinans *cod.*) magnum cum plebe senatum. *per enallagen*: GREG. M. moral. 31, 81 resistentis exercitus -ata unanimitas. *res*: DECL. in Catil. 61 telorum copiam in furialibus antris -andam. ITALA III reg. 18, 33 (Lucif. Athan. 1, 17) et -vit scizas (*ἐστοίβασε*, VVLG. composuit ligna). AMM. 19, 11, 14 acervi -ati sunt mortuorum. HEGES. 5, 25, 1 cadaverum quae in maximis domibus -ata sint. AVG. quaest. hept. 2, 177 ne quinque columnae ad quattuor columnas densius -atae intercluderent ... aditum. MART. CAP. 6, 599 dum paribus ab extimae rotunditatis ambitu lineis quicquid eas sustinet -atur. CASSIAN. conl. 4, 11, 3 lavacris illa (*caro*) nitescere et cotidianis adulantium cuneis appetit -ari. 8, 12, 1 tanta vero spirituum densitate -atur aer. BOETH. categ. 3 p. 244^{A} lac quod ex liquido defigitur et -atur in caseum. ORIBAS. syn. 1, 27 calida balnea ... spiritum diffusum in quolibet loco constrictum vel -atum eventat. 4, 23 -atos humores. *ibid.* laxativa sunt locis -atis. 6, 6 quae ... -ant et infrigdant aut glutinant poros. *i. q. circumdare*: DECL. in Catil. 54 *domum* -atam multitudine arbuscularum. AVG. in psalm. 74, 1 redundent familiis, obsequiis clientium -entur. trin. 15, 12, 21 ut eorum verisimilitudine nimium -atus vanus sibi esse videatur qui insanit. GREG. TVR. glor. conf. 13 -atus haereticorum caterva. *cf.* Mart. 2, 53 artatur vinculis, -atur catenis.

2 *replere*: GLOSS. -atus repletus. AVG. civ. 18, 24 caelum multitudine numinum -asse. VITA Caes. Arel. 1, 30 domus ... ecclesiae et cubiculum antistitis Arrianorum mansionibus -atur.

cōnstipulātio, -ōnis *f. a* constipulari. ISID. diff. app. 162 -o conserta restipulatio, si qua dolo malo facta.

cōnstipulor, -ārī. NOT. Tir. 67, 31 -atur.

cōnstirpat NOT. Tir. 79, 72. *L.*

***cōnstituo,** -uī, -ūtum, -ere [*a* con *et* statuo. *Th.*]. *de formis*: PLAVT. Pseud. 549 constitūeram *traditum ut* Most. 86 institūi. TITIN. com. 43 constitūit *v. Solmsen, Stud. 167.* costituo *identidem in titulis, ex. gr.* CORP. III 3097. VI 2273. 13562 *l.* 10. VIII 412. *de significatu*: GLOSS. *καθίσταμαι. διατακτῶ. διατυπῶ. συντάττομαι. ὁρίζω ἐπὶ πράγματι. τυγχάνω. νομοθετῶ. ἀντιφωνῶ. τέταγμαι.* -uit *συνίσταται. ὁρίζει. καθίστησιν.* simul cum illo instituit. -ere praeponere. *κατάστησον οὖν* -e ergo. -ui *συνεταξάμην.* -uit fixit. -utus est *τυγχάνει.* -ata bona *τὰ ὄντα, τὰ ὑπάρχοντα.* GAIVS inst. 2, 164 cretio appellata est quia cernere est quasi decernere et -ere. NON. p. 273 -ere est proponere, definire. retinere, firmare. instituere. parare. erigere. *vox semper viguit. usitatissima* CIC. (*720^{ies}*) *et* ICTIS (*plus 1200^{ies}*), *sequuntur longo intervallo* CAES. VITR. AVG. *deest* HOR. TIB. PHAEDR. PERS. STAT. *singulis locis legitur*: CATVLL. PROP. CELS. PS. QVINT. (*sed* QVINT. inst. *56^{ies}*, decl. *83^{ies}*). *binis*: PETRON. VAL. FL. IVV. IVST. *ternis*: MANIL. LVCAN. MART. FLOR. APVL. *quaternis*: FRONTO. GELL. AMM. *quinis*: PLAVT. OCTAVIA. [*locus corruptus*: SEN. contr. 2, 1, 10. *locus lacunosus*: LEX arae urb. (Corp. VI 826) 27/28. *cf. infra l. 54 sqq. p. 472, 63. 527, 39*].

I ***proprie:*** **A** ***generatim*** *i. q. ponere, locare, statuere*: **1** se constituere, *consistere*: ITALA Ios. 3, 13 (Lugd.) cum -erint pedes sacerdotum (*καταπαύσωσιν οἱ πόδες τῶν ἱερέων*, VVLG. posuerint vestigia pedum suorum). VVLG. exod. 29, 42 ubi -am (*ἐν οἷς γνωσθήσομαί σοι*) ut loquar ad te. *alia v. p. 513, 65 sqq.* *nota*: PHYSIOGN. 74 una *species motus corporis* cum homo honorem ... captans, prout acceptissimum esse potioribus arbitratur, ita se -uit (*i. se gerit*). *ibid.* mulierum loco se ipsos -unt (*i. offerunt*) quo viros in se provocare possint. *corrupta vel incerta*: ACC. trag. 438 -uit (*cod.*, constitit *A. August., Ribbeck*) cognovit, sensit, conlocat sese in locum. AFRAN. com. 244 et propter patruelem tuam -uit hilare anhelans (*fort. obiectum fuit in antecedentibus*). APVL. met. 10, 32 Venus ecce cum magno favore ... dulce subridens constituit amoene (constituta mone *cod.*, constitit *vulgo*).

2 *aliquem alicubi ponere*: RHET. Her. 3, 21, 34 in loco -ēre ... Domitium (CIC. Att. 2, 24, 3 SEN. dial. 3, 18, 5 AVR. Fronto p. 47, 16 N. VVLG. Ioh. 5, 13). CIC. Verr. 5, 86 ut Sopatrum ... deiciant nudumque -ant? (VVLG. exod. 32, 25 inter hostes nudum -erat). 6, 3 adripuit M'. Aquilium -uitque in conspectu omnium (SEN. contr. 1, 5, 2 VAL. MAX. 5, 4 ext. 7. 7, 3, 6 QVINT. decl. 279 p. 138, 14). Cluent. 38 hominem ante pedes Q. Manli. leg. agr. 2, 93 *hostiae* in foro (har. resp. 6. inv. 2, 97 hostias ... in litore. VARRO ling. 7, 31 quam circum aliae hostiae -untur. PAVL. FEST. p. 211). CIC. Scaur. 46 deos illo -isse in templo. CAES. civ. 1, 64, 6 magnoque numero iumentorum in flumine supra atque infra -uto. VERG. Aen. 5, 237 in litore taurum -am ante aras (VAL. FL. 4, 153 ad ... altaria tauros). 6, 244 *hic* iuvencos. SEN. contr. 9, 2 (25), 7. VAL. MAX. 7, 2, 5 mendacem ante ipsam aciem -uit. SEN. dial. 8, 5, 4 in media nos sui parte -uit *natura* et circumspectum omnium nobis dedit. epist. 57, 4 si vastam altitudinem in crepidine eius -utus despexerit. nat. 2, 59, 7 inter perituros -utus. COLVM. 6, 37, 10 in imo clivo -itur equa. LVCAN. 1, 679 qua me ... -is terra. 4, 493 nos in ... carina -ēre dei. SIL. 5, 351 tutis a turbine pugnae -uit castris (*sc. Magonem*). QVINT. inst. 2, 5, 6 lectorem. TAC. ann. 15, 2 proximum sibi Tiridaten -uit. APVL. apol. 59 *ne eum* sub tam severis oculis -ret. met. 8, 30 nos omnes intra consaeptum domus. 10, 29 ante portam -utus. 11, 32 *me* ante ipsa deae vestigia. PS. APVL. Ascl. 7 hominem in mundo -i. ITALA deut. 25, 2 (Lugd.) -es eum coram iudicibus (*καθιεῖς αὐτόν*, VVLG. coram se). Ios. 20, 6 (Lugd.) -atur ante synagogam (*καταστῇ*, VVLG. stet.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ante iudicium). CAPITOL. Alb. 5, 8 *aquilae* circa cunas pueri *sunt* -utae. LACT. mort. pers. 19, 4 Daiam -uit in medium. VVLG. gen. 47, 2 quinque viros -uit coram rege. num. 1, 50. I reg. 29, 4 sedeat in loco suo quo -isti eum. Iudith 7, 10 per gyrum centenarios. I par. 16, 1 -erunt eam in medio tabernaculi. Ephes. 1, 20. RVFIN. hist. mon. 13 in hoc se -erat monte. AVG. civ. 3, 29 p. 141 in illo colle. 4, 7 p. 258 *epulones* ad eius (*Iovis*) mensam qui -erunt. 6, 7 p. 259 in una *manu* -ens Herculem. 13, 12 p. 571 quem in paradiso -erat (14, 10. 15, 21 SVLP. SEV. chron. 1, 2, 2). 13, 18 *si angeli* animalia terrestria . . . -antque ubi libet. 20, 24 p. 471 ad suam dexteram -utis. epist. 126, 1 multitudo vero pro foribus -uta. MAX. epist. p. 3 filiolas meas . . . intra id monasterii ovile -es. *nota*: HIL. in Matth. 28, 1 in dextera ac sinistra collocans unumquemque digna aut bonitatis aut malitiae suae sede -et. *de sideribus in caelo positis*: SOL. 1, 18 Iove in Piscibus, Saturno . . . in Scorpione . . . -utis. HYG. astr. 1, 6 in eo loco ubi Aquila -itur. 2, 4 inter sidera Booten (2, 6 Iovem. 2, 7 Lyra, *persaepe*). 2, 6 inter astra Engonasin *saepe*. 2, 13 corpus *Myrtili* in mundo -isse *Mercurius* dicitur. 2, 14 *Ophiuchus* supra Scorpionem. 2, 33 Leporem . . . a Mercurio -utum (SCHOL. Germ. Bas. p. 93). *ibid.* leporis figuram in astris -isse. 3, 8 Cepheus a tergo minoris Arcti -utus. 3, 21 ut Orion inter Taurum et Geminos sit -utus *saep.* SCHOL. Germ. Bas. p. 64 Oriona sideribus . . . -uit. p. 73 Panathenaea -isset astris. SCHOL. Germ. Sang. p. 226 post hoc Tauri signum. MART. CAP. 8, 857. *huc etiam pertinet* VITR. 9, 4, 3 manus Andromedae dextra supra Cassiopiae simulacrum est -uta. 9, 4, 5. SOL. 37, 2 sole . . . in parte Cancri vigesima -uto.

3 *aliquid*: ENN. ann. 120 mensas. LABER. mim. 73 clipeum -uit contra exortum Hyperionis. VARRO rust. 1, 14, 2 truncis demissis in terram, deinceps -utis. 3, 15, 2 cavum ubi cibum -ant. LVCR. 4, 132 quae sponte sua gignuntur et ipsa -untur in hoc caelo qui dicitur aer. CIC. Verr. 5, 65 candelabrum (5, 71). Rab. Post. 11 crucem. dom. 100 tropaea (SALL. hist. frg. 3, 89 VITR. 2, 8, 15). Pis. 11 arma. leg. 2, 38 curriculis . . . circo -utis (VAL. MAX. 8, 15, 4 currus triumphales). VERG. Aen. 5, 130 ex ilice metam -uit signum nautis (HIL. in Matth. 16, 2 signum his). 6, 217 ferales ante (*adv.*) cupressos. 11, 6 *quercum* -uit tumulo. OV. met. 6, 53 telas. LIV. 22, 30, 2 ut -uta sunt ante tribunal signa. 44, 36, 6 frontem castrorum et impedimenta -rent (*ἀπὸ κοινοῦ*. CVRT. 4, 13, 35). DECRET. decur. Pis. de L. Caesare (Corp. XI 1420) 29 lignorumque acervos . . . ibi -atur. VITR. 10, 13, 6 machina. PAVL. FEST. p. 107 in qua *machinula* -batur in convivio vini amphora. p. 297 tigilla. COLVM. 2, 2, 11 binis saxis. 5, 9, 10 truncus. 7, 8, 3 mulctra. 12, 3, 2 vasa *al.* VAL. FL. 3, 92 nubem. PROB. gramm. IV 159, 21 ante ultimam consonantem i litteram verba habent -utam. APVL. mund. 1 disterminator mundi orbem terrae in medietate -ens. Plat. 1, 14 in media . . . regione oris nares natura -uit. VOPISC. Aurelian. 39, 6 in templo . . . multum auri . . . -uit (EVTR. 9, 14). PS. ASCON. div. in Caec. p. 109 -ere tabulas in cista ponere significat magis quam decernere. VEG. mil. 1, 23 dracones et signa. 2, 13. 4, 6. HYG. astr. 1 praef. quo loco circulus aequinoctialis foret -utus (1, 4). 2, 17 *delphinum* sub pede *Neptuni statuae*. VVLG. III reg. 7, 39. Tob. 4, 18 panem tuum et vinum tuum super sepulturam iusti -e (*ἔκχεον*). AVG. civ. 4, 10 p. 158. 11, 34 p. 511. 20, 18 p. 447 ubi sol et luna et sidera -uta sunt. *adde*: CATVLL. 68, 72 plantam innixa arguta -uit solea. *technice apud mathematicos*: QVINT. inst. 1, 10, 3 in data linea -ui triangulum. MART. CAP. 6, 712 *lineae* in eadem planitie -utae.

4 *in imagine, i. q. ponere, fingere*: RHET. Her. 3, 16, 30 in locis imagines -ere. CIC. Verr. 1, 10 ut omnem rationem salutis in pecunia -ret. Cael. 79 -itote ante oculos huius miseri senectutem (part. 20 rem -at paene ante oculos. Tusc. 5, 13 imagines ante oculos. QVINT. decl. 305 p. 198, 22 -uit ante oculos spectaculum). de orat. 2, 41 in foro atque in oculis civium -endus. 2, 99 illum (*oratorem*) quem -uimus (QVINT. inst. 12, 1, 1). nat. deor. 2, 45 nisi figuris hominum -utis nihil possent de dis immortalibus cogitare. fin. 1, 40 aliquem magnis . . . fruentem . . . voluptatibus. 4, 28 cuiuscumque . . . modi animal -eris. off. 1, 40 maximum . . . exemplum est iustitiae in hostem a maioribus nostrum -utum (SEN. clem. 1, 7, 1 hoc exemplum principi -utum. TERT. ieiun. 9 AVG. civ. 1, 34 p. 51). BELL. Afr. 54, 3 egomet ipse documentum more militari -am. SEN. contr. 1, 4, 5 o misera pietas inter quae me parentum vota -isti (*Gertz*, constitisti *codd.*). CVRT. 7, 11, 10 nihil tam alte natura -uit quo virtus non possit eniti. SEN. dial. 5, 12, 3 eo nos loco -amus quo ille est cui irascimur. epist. 24, 3 singula ista -e (*sc. animo*). TERT. pud. 19 in lumine. 20 iuxta se -erit in abstinentiae tenore. anim. 20 Empedocles causam argutae in dolis et obtusae in sanguinis qualitate -uit. PANEG. 11, 21. 12, 21 VOPISC. Aurelian. 17, 3 *al.* FIRM. math. 5, 3 tertia pars -itur in iecore. HIL. in Matth. 20, 3 omnem salutem etiam tunc in lege -ant *apostoli*. 27, 2. trin. 3, 25. 4, 35. AMBR. Isaac 7, 57 -e . . . doctorem aliquem (*i. tibi finge*). PAVL. NOL. epist. 40, 8 pedibus -utis super excelsa. HIER. epist. 67, 4 in eis . . . -rent spem salutis. AVG. civ. 4, 3 duos -amus homines. 5, 20 p. 231 finem boni humani in ipsa virtute -unt. 9, 9 p. 380 quasi religio . . . in corpore sit, non in animo -uta. 13, 19 p. 582. 16, 36 -amus ambos.

B ***speciatim*:** **1** *certum locum assignare*: VARRO rust. 3, 8, 1 turturibus . . . locum -endum (SVET. Claud. 21 propria senatoribus loca -uit. VVLG. exod. 21, 13 -am tibi locum). CIC. leg. agr. 2, 10 plebem in agris publicis -isse. 2, 84 expelli plebem ex agris, non -i. Scaur. 42 Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi -uti sed . . . repudiati coloni. CAES. Gall. 1, 13, 3 ibi futuros Helvetios, ubi eos Caesar -isset. VELL. 2, 32, 5 reliquias eorum (*sc. praedonum*) contractas in urbibus remotoque mari loco in certa sede -uit. PLIN. nat. 4, 90 qui alibi quam in semenstri luce -ēre eos (*sc. Hyperboreos*). PAVL. sent. 3, 6, 48 colonum ex alio fundo in eodem. VOPISC. Aurelian. 48, 2 illic familias captivas -ere. Prob. 18, 1 centum milia Basternarum in solo Romano -uit. HIL. in Matth. 11, 7 *Iudaeos* -i oportebat in regno (*sc. caeli*). IVST. 3, 4, 11 sedes (AVG. civ. 16, 13 p. 147). HYG. astr. 1, 8 prope eum (*sc. circulum hiemalem*) sumus -uti. 4, 1 p. 99, 9 inter aestivum circulum et arcticum sumus -uti. 4, 1 p. 99, 13 *antipodes* ⟨in⟩ inferiore a nobis circulo -uti videntur. VVLG. psalm. 106, 36 civitatem habitationis. II par. 9, 25 -uitque eos in urbibus quadrigarum. II Esdr. 13, 19. I Macc. 3, 36 habitatores . . . alienigenas. II Macc. 1, 29 Matth. 28, 16. AVG. civ. 4, 4 p. 150 *ut* loca teneat, sedes -at. 9, 16 *dii* -untur longe in sublimi loco. 19, 9 p. 369 societatem sanctorum angelorum . . . quieto -erunt loco. 20, 11 p. 434 tamquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari -uti. SVLP. SEV. chron. 1, 33, 3 locum exercitui ad conveniendum Saul in Galgalis -uit. OROS. hist. 7, 25, 16 Maximinum quem in Oriente -uit . . . ipse in Illyrico -utus (*i. ὤν*). CASSIOD. hist. 8, 13 p. 1118^{C} barbari trans Histrum -uti. CARM. epigr. 893, 2 *Constantius* -uit Ligures. *huc pertinere videtur* VLP. dig. 50, 1, 27, 2 quo se conferat atque ubi -at (*sc. se, nisi subaudiendum* domicilium *ex sequentibus*). *adde*: ITALA Mich. 5, 2 (Cypr. testim. 2, 12) et tu Bethleem . . . numquid exigua es, ut -aris (*εἶναι*) in milibus Iudae? AVG. civ. 4, 23 p. 174 nec inter deos quos selectos vocant Felicitas -uta est. 8, 14 p. 341 homines infra deos et daemones. 8, 18 p. 348 eos in aere medios inter aetherium caelum terramque. 9, 1 p. 368 daemones inter homines et deos ita medios -utos putant (9, 6. 13. 14. 16. 18). *huc referri possunt*: QVINT. decl. 280 p. 141, 5 *quaestio* in prima parte ponenda est quae a me suprema -uta est. VOPISC. Aurelian. 44, 5 quod *praeconium* . . . in Aureliani vita -ui (*i. inserui*).

2 *latiore sensu aliquid erigere, locare, aedificare, fundare, construere, sim.*: PLAVT. Mil. 917 bene lineatam si semel carinam conlocavit (*sc. architectus*) facile esse navem facere, ubi fundata, -utast. nunc . . . probe fundata, bene statutast. oppidum, urbem *sim.*: LEX agr. (Corp. I 200) 22 VARRO ling. 5, 28. CIC. Verr. 5, 115 *Syracusas* -utas accepit. leg. agr. 2, 89 Capuam sedem novae rei publicae. har. resp. 16 inv. 1, 1. 3 rep. 2, 12. orat. 167 Syracusas. CAES. civ. 1, 15, 2 HIRT. Gall. 8, 5, 1 BELL. Hisp. 7, 1. 8, 4. 32, 1 NEP. Cim. 2 OV. epist. 7, 119 LIV. 36, 22, 6 VITR. 1, 4, 12. 2 pr. 4 civitatem Alexandriam (PROB. Verg. georg. 4, 287 omnes . . . Alexandrias Alexander -uit). MELA 1, 63. 110. TAC. Germ. 3 Asciburgium. AMPEL. 11, 3 Babylona. SOL. 2, 10 Petiliam. 2, 16 longa Alba. 27, 11 *Carthago*. 40, 7. 54, 2. PANEG. 4, 9 Maeniana. 10, 6 -uta . . . in perpetuum Roma fundata est. SPART. Hadr. 20, 13 EVTR. 1, 1. RVF. FEST. 9 in qua *Europa* secundae arcis Romani orbis (*i. Constantinopolis*) sunt -utae. SCHOL. Hor. ars 394 Thebas. VEG. mil. 4, 1 civitatis in campis. HYG. fab. 144. 149. 219 astr. 22 SCHOL. Germ. Strozz. p. 115, 5 PAVL. NOL. carm. 21, 260. AVG. civ. 3, 12 p. 110 Roma. VARRO rust. 1, 33, 1 acervos. 3, 5, 8 ornithon. 3, 7, 1 peristerotrophion. 3, 11, 1 nessotrophion (COLVM. 8, 15, 7). 3, 9, 6 caveae (VITR. 9, 8, 4 cavum ex auro perfectum). templum, aedem, aram, *sim.*: VARRO ling. 5, 42. 112. FAST. Amitern. a. u. c. 725 (Corp. I^{2} p. 244) ara Pacis Aug⟨ustae⟩ in camp⟨o⟩ Mar⟨tio⟩ -uta est. NEP. Tim. 4, 4 sacellum. Att. 20, 3 VERG. georg. 4, 542 OV. fast. 1, 581. 640. 649. 5, 130. 154. 6, 218. 784 VITR. 1, 2, 5. 3, 1, 9 *persaepe*. PAVL. FEST. p. 52 VAL. MAX. 2, 4, 5. 7, 3, 1 SEN. dial. 12, 17, 5 MELA 46 PLIN. nat. 6, 49. QVINT. inst. 3, 7, 17 honores et decreta et publice statuae -utae. TAC. ann. 2, 49. 14, 31 SVET. Iul. 10. Aug. 5 ubi nunc sacrarium habet . . . -utum. APVL. apol. 65 met. 11, 24 TERT. scorp. 10 SOL. 49, 4 PANEG. 4, 10 SPART. Hadr. 27, 3 LAMPR. Heliog. 1, 6 VOPISC. Aurelian. 39, 2 OPTAT. 3, 10 p. 96, 4 HYG. astr. 2, 20 *saep.* VVLG. II reg. 24, 18 altare. III reg. 8, 21 locum arcae. Iob 30, 23. AVG. civ. 2, 26 p. 93 in templis simulacra daemonum (7, 5 p. 280). 3, 25 p. 137. 4, 23 p. 175 dea Felicitate in loco amplissimo -uta. *persaepe*. SVLP. SEV. chron. 1, 40, 4 idola. 1, 43, 1 aram lucosque. dial. 1, 19, 1 altarium (Mart. 11, 1) *saep.* MART. CAP. 1, 47 Iovis . . . Minervaeque domus illic sunt -utae. CORP. VIII 4191. 21481. XII 1339. XIII 8638. 8701 INSCR. christ. Hisp. 379 a 19. CIC. Verr. 6, 94 sepulchrum (OV. met. 6, 569 VAL. MAX. 1, 7 ext. 3 SPART. Hadr. 20, 12 HYG. fab. 59 CARM. epigr. 559, 3). CIC. Cael. 62 balneas (TRAIAN. Plin. epist. 10, 40, 3 PALLAD. 1, 39, 1). Phil. 2, 26 ripam (SCAEV. dig. 19, 1, 52, 3). NEP. Them. 6, 1 portus. 10, 2 domicilium que Magnesiae sibi -uit (VLP. dig. 50, 1, 4. 50, 4, 3, 1. *cf. l. 26.* HYG. astr. 1, 6. 2, 4). Att. 13, 2 lectum antiquitus -utum. CAES. civ. 3, 42, 4 locis certis horrea (APVL. met. 3, 28). VERG. Aen. 6, 506 tumulum (SIL. 13, 715 CORP. VIII 4372. 5798). 11, 185 pyras. 12, 194 moenia (OV. met. 9, 449 VITR. 1, 4, 11 *saep.* POMPON. dig. 50, 16, 239, 7. CORP. VIII 8777 murus). NEP. Chabr. 1, 3 statuam (VOPISC. Aurelian. 37, 2 VVLG. deut. 16, 22 Dan. 3, 5 *saep.* CORP. V 3332. VIII

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

7202. XIV 352 *al.*). Ov. trist. 1, 10, 40 larem. 3, 9, 4 domos (Epiced. Drusi 50 Vitr. 1, 2, 9 *saep.* Plin. nat. 7, 194 Avien. orb. terr. 618 Carm. epigr. 59 Corp. V suppl. ital. 634). Act. lud. saec. Aug. [Corp. VI 32323] 108 theatrum. Vitr. 1, 1, 6 porticus *saep.* (Corp. X 5348). 1, 2, 5 aedificia (2, 1, 4. 6, 1, 1 *saep.* Colvm. 1, 4, 9 Pavl. sent. 3, 6, 21). 1, 5, 7 fundamenta (5, 3, 3. 7 pr. 15). 1, 7, 1 forum (2, 8, 11. 5 pr. 1, 1 *saep.* Pavl. Fest. p. 84). 3, 4, 4 gradus in fronte ita -endi sunt. 3, 4, 5 ad id (*i. eo modo*) -atur *podium* uti. 4, 2, 4 triglyphi *saep.* 4, 2, 5 denticulos. 4, 3, 3 columnae (*saep.* Marcell. chron. II p. 62, 390, 3). 4, 6, 5 scapi. 4, 8, 2 peripteros. 5, 5, 1 cellis (6, 7, 2 Colvm. 12, 52, 13). 5, 6, 3 subsellia (Vopisc. Aurelian. 19, 6). 5, 7, 1 frons scaenae. 5, 9, 8 thesauri. 5, 11, 1 palaestrae. 5, 11, 2 exedrae (6, 3, 8). 5, 12, 7 navalia. 6, 3, 8 oeci (6, 7, 2). 6, 6, 4 equilia. 6, 8, 8 opera (Lampr. Alex. 25, 3). 8, 6, 4 lumen fistularum *alia sim.* 10, 13, 6 machina (10, 16, 3). 10, 13, 7 sucula. Colvm. 1, 6, 23 area. 3, 2, 32 vineae (*i. deponere*). 3, 9, 7. 5, 3, 8 arb. 3, 5 *persaepe.* 5, 6, 20 arbores (5, 10, 7 arb. 1, 3 *persaepe*). 8, 3, 1 gallinaria. 8, 14, 1 chenoboscia. 8, 17, 4 vivarium. arb. 17, 1 olivetum. 18 pomarium, *multa alia sim.* Sen. dial. 6, 22, 5 supra cineres Cn. Pompei -ui Seianum (*i. statuam Seiani*). Plin. nat. 16, 236 *lotos in Volcanali.* 34, 41 *colossum Rhodi.* Grom. p. 15 fundum (p. 48 *saep.*). Svet. Cal. 41 lupanar. Nero 26 quintana. Vlp. dig. 43, 21, 3, 4 rivos. Scaev. dig. 33, 7, 7 insulam (*i. domum*) *al.* Treb. trig. tyr. 26, 3 Palatium. Vopisc. Aurelian. 45, 2 praetorium. Tac. 15, 1 cenotaphia. Hil. in Matth. 12, 18 aut arbor bona facienda cum bonis fructibus est aut mala -enda cum malis fructibus. Amm. 18, 2, 7 per pontem illic -utum transiri debere (Veg. mil. 4, 17). Hyg. astr. 1, 6 p. 24, 23. 1, 8 p. 29, 3. fab. 69 portas. Schol. Germ. Bas. p. 64, 3 quae in monte -bat. p. 69, 10. 106, 2. Heges. 2, 15, 6 vallum. Vvlg. III reg. 7, 39 bases. Rvfin. hist. mon. 31 p. 457^{D} Avg. civ. 4, 23 p. 175. 22, 8 p. 578 ibi memoria (*i. monumentum*) -uta est. Bened. reg. 66 monasterium. Corp. III 7147 thalamus. 7440 coniugi titulum. VIII 2495 (XIII 6576) burgum. 8426 *castellum.* 21671 aquagium. X 4654 lacus fistulaeque. XI 1421 ⟨arc⟩us. Carm. epigr. 1487, 2 *monumentum, al.* *huc referri possunt*: Cic. leg. agr. 1, 16 ne in Ianiculo coloniam -atis (Catil. 2, 20 p. red. in sen. 29 Ascon. Pis. p. 3 Sol. 24, 3). *in imagine*: Cic. Verr. 1, 12 vitiorum suorum ... -uit *monumenta* (5, 26 istius crudelitatis. 5, 82 suarum rerum gestarum). Catil. 1, 24 sacrarium scelerum tuorum -utum est. Scaur. 21 defensionis fundamenta ... posita et -uta (Cato 62 *senectus* fundamentis adulescentiae -uta). Att. 1, 18, 3 firmamenta rei publicae per me unum -uta evertit. ad Q. fr. 1, 2, 6 crucem sibi. *adde*: Colvm. 12, 2, 1 primo volumine cum villam -remus (*i. de villis aedificandis praecepta daremus*).

3 *technice in re militari*: **a** *disponere, ordinare, instruere*: Caes. Gall. 1, 1, 51 alarios in conspectu hostium pro castris ... -uit. 1, 43, 2 legionem (2, 8, 5. 4, 35, 1. 7, 45, 8. 7, 70, 2. 5 civ. 1, 42, 1. Bell. Afr. 78, 2 legiones in acie. Tac. ann. 13, 38 Veg. mil. 2, 21). Caes. Gall. 1, 51, 2 copias (7, 79, 2 civ. 1, 41, 2 Bell. Alex. 38, 1. Bell. Afr. 38, 3 pedestrem copiam. 58, 2 Veg. mil. 1, 26). Caes. Gall. 2, 19, 6 aciem (5, 51, 1. 7, 53, 1. 7, 67, 4 [α, converti *a corr.*, conferri *a'*]. civ. 1, 40, 5. 1, 41, 4. 2, 41, 2 Hirt. Gall. 8, 14, 5 Bell. Afr. 58, 1 Bell. Hisp. 30, 1 Nep. Hann. 11, 1 Sil. 15, 634). Caes. Gall. 2, 19, 6 ordines (Hirt. Gall. 8, 8, 4 Veg. mil. 3, 14). 7, 49, 1 cohortes (civ. 3, 89, 2. Bell. Afr. 45, 5 contra me. Sall. Catil. 59, 2). civ. 3, 56, 2 exercitum (Pavl. Fest. p. 285 -antur, ordinentur. Sen. nat. 5, 16, 4 Hyg. mun. castr. 46 Ivst. 13, 4, 8 Vvlg. II Macc. 13, 14). Bell. Afr. 13, 2 sagittarios (Veg. mil. 4, 10) ante aciem. 27, 1 in ordinem elephantos (41, 3). 86, 1 captos ante oppidum instructos -uit. Liv. 10, 40, 12 pullarios inter prima signa. 30, 8, 5 in subsidiis triarios. 28, 33, 8 quod reliquum peditum erat, obliquo -erunt colle (*sc. barbari.* constiterunt Σ). 36, 18, 2 Macedonum robur ... circa ipsas munitiones -uit. Cvrt. 3, 9, 7 phalangem. Lvcan. 7, 418 populosque ducesque -uit campis. Plin. nat. 8, 8 circumventi *elephanti* primos -unt. Tac. hist. 4, 46 victores -uit. Hyg. mun. castr. 52 vigiliae. Itala exod. 17, 9 (Cypr. testim. 2, 21) -e cum Amalech (Ottob. adversus, παράταξαι, Vvlg. pugna contra). iud. 9, 29 (Lugd.) -am adversus Abimelec (*ἐρῶ πρὸς αὐτὸν τὴν δύναμιν*, Vvlg. congrega exercitus multitudinem). iud. 5, 19 *et* 20, 30 (Lugd.) -erunt (παρετάξαντο, Vvlg. exercitum produxerunt contra). Ios. 24, 8 (Lugd.) *Amorrei* -erunt contra nos (Vvlg. pugnarent contra vos). Vvlg. I reg. 11, 11 populum in tres partes. II par. 23, 10. 25, 5 *saepe.* II Macc. 12, 20 -utis per cohortes. *nota de singulis*: Qvadrig. hist. 10 dum se Gallus iterum eodem pacto -ere studet (*de certamine singulari*). Caes. civ. 3, 36, 6 neque se praesidium, ubi -utus esset ... tenere posse. **b** *de navibus ad pugnam instructis, de castris ponendis, turribus erigendis, sim.*: Caes. Gall. 2, 8, 4 castella (Bell. Hisp. 8, 6 habuit -utum. 14, 1). 2, 12, 5 turribus (2, 30, 3. 6, 29, 3. 7, 17, 1 Veg. mil. 4, 44). 4, 23, 6 naves (4, 24, 2. 4, 25, 1 Bell. Alex. 14, 1. 14, 3 *naves* subsidiarias. 19, 5 navigia. Liv. 37, 27, 9 Nep. Alc. 8, 1 *et* Them. 3, 4 classem). Caes. Gall. 4, 38, 4 legionum hiberna. 7, 7, 4 praesidia (Bell. Hisp. 29, 6 Flor. epit. 4, 12, 9 Vvlg. I par. 18, 13). civ. 1, 80, 3 tabernaculum (Bell. Afr. 1, 1 Svlp. Sev. chron. 1, 19, 7 dial. 1, 10, 2 *al.*). Bell. Afr. 11, 3 castris (Bell. Hisp. 8, 6. 25, 8. 27, 3. 6. 28, 3 habuit -uta. Vitr. 1, 4, 9 Svet. Iul. 39 Tib. 37. Itala num. 1, 51. 52. 53 [Lugd.] -endo castra [παρεμβάλλειν, Vvlg. metanda]. Veg. mil. 1, 21 *saep.* Svlp. Sev. chron. 1, 15, 3 *al.* Evstath. Bas. hex. 8, 7 p. 953^{C}). Nep. Milt. 7, 2 vineis et testudinibus -utis. Vitr. 1, 4, 9 munitiones. *nota*: Vvlg. psalm. 139, 3 tota die -bant proelia (παρετάσσοντο. I Macc. 1, 2 proelia multa. 1, 19 bellum. 2, 32). *in imagine*: Cic. Cluent. 126 *mihi* in arce legis praesidia -ere defensionis meae non licet. **c** *i. q. sistere*: Caes. Gall. 7, 47, 1 signa -uit (constiterunt β. Carm. de bell. Aeg. 7, 61 Liv. 3, 27, 8. 10, 34, 9. 28, 15, 10. 31, 36, 8. 33, 10, 3. 34, 20, 5. 44, 37, 11 Sen. benef. 6, 25, 4 Tac. hist. 4, 34). Sall. Iug. 49, 5 agmen (Liv. 35, 28, 8. 38, 25, 12). Liv. 9, 24, 7 ubi cum -isset Romanos. Itala num. 31, 19 (Monac. Lugd.) vos -ite extra castra (παρεμβάλετε, Vvlg. manete). Hyg. astr. 2, 24 *filiam* reliquam exercitus copiam -isse. *nota in imagine*: Cic. de orat. 2, 328 si *narratio* -itur aliquando ac non ista brevitate percurritur.

II ***translate***: **A** *subest notio* ***efficiendi,*** *creandi*: **1** *de animantibus*: Varro rust. 2, 3, 1 qui caprinum gregem -ere vult, in eligendo animadvertat oportet primum aetatem (3, 6, 2). Cic. nat. deor. 2, 99 *homines* quasi cultores terrae -uti. 2, 140 *providentia homines* humo excitatos celsos et erectos -uit. Lvcr. 3, 308 quamvis doctrina politos -at pariter quosdam. Qvint. decl. 329 p. 293, 23 *homines* adversus deorum ... iniuriam natos et in exemplum scelerum -utos. Treb. Claud. 10, 1 genus Claudii ad felicitatem rei publicae divinitus -itur. Lact. inst. 7, 5, 7 cur *deus hominem* mortalem fragilemque -uit. Hil. trin. 9, 56 nativitas filii patrem -it maiorem (*i. effecit*). 10, 15 deus in similitudinem hominis -utus. 11, 46 hymn. 1, 96. in psalm. 67, 22 hominem secundum imaginem sui ... -uit. Ps. Hil. libell. 5. 9 dispensatores gratiae dei -utos a deo *divites.* Origo Const. 6, 33. Rvfin. hist. mon. 1 p. 399^{A} ut cautiores vos praecedentia exempla -ant. Fvlg. myth. 2, 67 in libertatem arbitrii -utum hominem. Vvlg. psalm. 88, 48 numquid ... vane -isti omnes filios hominum (Avg. civ. 17, 11 p. 230). sap. 9, 2 hominem (Sirach 15, 14). Pavl. Nol. carm. 21, 315 infantem Christo -ere sacrum. Avg. civ. 11, 4 p. 464. Physiogn. 44 hydras et chimaeras et gigantes (Boeth. categ. 2 p. 229^{C} chimaera). *nota*: Q. Cic. pet. 32 cupidos tui -eris (*i. reddideris*). Lact. inst. 5, 3, 10 quod *Christus* deum se -erit. epist. 20 (25), 12 cum Iuppiter ... deum se -ere vellet. Avg. civ. 4, 23 p. 173 *Felicitas dea.* 9, 23 p. 399 deum *saep.*

2 *de rebus*: Cic. nat. deor. 1, 2 a principio omnia facta et -uta sint *a deis* (1, 23 div. 2, 105 Lvcr. 2, 175. Arnob. nat. 7, 50 Vvlg. sap. 13, 3). div. 1, 82 quae ab ipsis deis -uta et designata sunt (2, 102). Tim. 10 mundum divina providentia -utum (nat. deor. 2, 75 Avg. civ. 11, 5 p. 468 Svlp. Sev. chron. 1, 2, 1). Tusc. 1, 118. Lvcr. 1, 821 caelum mare terras flumina solem -unt. 2, 670 animantem ex omnibus una⟨m⟩ ossa cruor ... nervi -unt. 6, 226 cum primis ignibus ignem -uit natura. Manil. 1, 432 Iuppiter Arae sidera -uit (Hyg. astr. 2, 42). Vell. 2, 66, 5 utcumque -utum rerum naturae corpus. Vitr. 3 praef. 1 utinam vero rerum natura ... explicata et apparentia ea *pectora* -isset. Sen. nat. 3, 14, 3 mare unum est, ab initio scilicet ita -utum. Qvint. decl. 334 p. 316, 10 -uit enim natura quaedam arma nequitiae (*in imagine*). Ps. Apvl. Ascl. 22 qua *ratione divina* -uta sunt omnia. Itala apoc. 10, 6 (Primas.) caelum (ἔκτισεν, Vvlg. creavit). Iren. praef. 1 qui hanc universitatem -uit (συνεστήσατο) et ordinavit. Lact. inst. 7, 16, 11 mare innavigabile -etur. Prob. Verg. ecl. 6, 31 quattuor elementis -utis (Avg. civ. 13, 17 p. 577). Verg. georg. 2, 478 lacus. Hyg. astr. 2, 1 effigiem ursae. 2, 7. 4, 11 sphaera. Schol. Germ. Sang. p. 226, 14 solstitium hiemale. Hier. epist. 98, 15 in forma illius -utam animam *salvatoris.* Avg. civ. 4, 29 p. 183 naturas rerum (11, 15 p. 483). 14, 5 p. 12 animam. 17, 2 p. 199 semen Abrahae. Val. Cem. hom. 19, 2. Pass. Theclae B 24 p. 64, 9 caelum ac terram. *huc pertinet*: Vopisc. Prob. 9, 4 in paludibus siccatis segetes agrosque -uit. *i. q. sibi comparare*: Q. Cic. pet. 31 praesidiis se aliquid sibi -ere putant. *nota i. q. componere de scriptore*: Vitr. 5, 5, 6 *diagramma* Aristoxenus ... divisis modulationibus -utum reliquit. Macr. somn. 1, 1, 1 libros quos de re publica uterque (*sc. Plato et Cicero*) -uit. *in re militari i. q. conscribere, cogere*: Cic. Manil. 57 exercitus qui consilio ipsius ... est -utus (58 leg. agr. 3, 16 Phil. 10, 26). Phil. 14, 27 *legio septima* -uta ex veteranis. Caes. Gall. 6, 1, 4 celeriter confecto dilectu tribus ... et -utis et adductis legionibus. Bell. Alex. 34, 4 duas *legiones* disciplina atque armatura nostra complures annos -utas habebat.

3 *i. q. alicui aliquod munus assignare, vel omnino aliquem ad quemlibet finem admovere, accire, creare, facere*: Varro rust. 1, 2, 14 vilicus agri colendi causa -utus. frg. Non. p. 529, 16 factiales. Cic. Quinct. 50 domini (*saep. ap. Icros.* Vvlg. gen. 27, 37 *saep.*). Verr. 2, 21 defensorem. 6, 134 spectatorem. Cluent. 79 praetorem. 83 ad iudicium corrumpendum. 140 recitatores. Manil. 52 imperatorem (58 Marcell. chron. II p. 89, 467, 1 *saep.*). leg. agr. 2, 15 regem (2, 29 Sest. 58 Deiot. 25 Phil. 2, 87 rep. 2, 33 Caes. Gall. 4, 21. 7. 5, 54, 2 Bell. Alex. 33, 1. 3. 78, 2 Cvrt. 4, 1, 16 Plin. nat. 37, 147 Spart. Hadr. 12, 7 Hil. myst. p. 16, 21 Optat. 3, 2 p. 71, 4. 16 Origo Const. 6, 35 chron. I p. 11, 6 Maximin. c. Ambr. 56 Hier. epist. 14, 7 Vvlg. deut. 17, 14 iud. 9, 6 [*fere 50^{ies}*] Avg. civ. 17, 21 p. 251. 19, 15 p. 381 Svlp. Sev. chron. 1, 32, 4. 1, 33, 2 Hist. Apoll. rec. A 50. 51). Cic. leg. agr. 2, 17 curatores (Ivlian. dig. 3, 5, 29, 30 *plus 40^{ies} ap. Icros*). 2, 28

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

decemviros (2, 31). 2, 32 finitores . . . stipatores. 2, 61 portitores. 2, 96 augures. 3, 5 tyrannum (CORP. III add. 14147[5]). Mur. 4 patronus (LEX Malac. [Corp. II 1963] 49, 10). Sull. 33 ducem (SVET. Tib. 64 VVLG. num. 14, 4 I reg. 25, 30 *persaepe*. SVLP. SEV. chron. 1, 20, 6). 62. 92. Rab. Post. 28 dioicetes. Phil. 2, 62 magister equitum. 12, 5 legationem (epist. 3, 8, 5) *al.* 13, 12 interpretes. rep. 2, 58 tribuni plebis. leg. 2, 30 sacerdotes (FEST. p. 344 HIL. op. hist. frg. 3, 8 VVLG. III reg. 12, 32 *persaepe*. AVG. civ. 8, 27 p. 367). 2, 65 publice ad eam rem -utus. nat. deor. 2, 62 deos (VVLG. exod. 7, 1). off. 1, 75 Ariopagitas *al.* Att. 1, 16, 5 se non esse venturos nisi praesidio -uto. Q. CIC. pet. 37 necessarios suos in hoc munere -ant. CAES. Gall. 7, 76, 3 praefecti (SVET. Iul. 76 LAMPR. Alex. 19, 1 VVLG. III reg. 11, 28 SIDON. epist. 7, 12, 4 inter praefectos). VITR. 7 praef. 7 *Aristophanem* supra bibliothecam -uit. FEST. p. 231 plebei aediles (PAVL. FEST. creati). p. 245 flamen. CVRT. 7, 3, 1 satrape (VVLG. Dan. 6, 1). COLVM. 9, 11, 3 rector. PLIN. epist. 2, 1, 9 *quinqueviri*. paneg. 1, 1 principem . . . divinitus -utum (HIER. epist. 65, 21 VVLG. exod. 2, 14 *persaepe*. AVG. civ. 17, 16 p. 239). SVET. Vesp. 21 *pallacas* in locum defunctae Caenidis plurimas -erat. AVR. Fronto p. 34, 2 N. unum meum *σκοπὸν* mihi -ui. GAIVS inst. 4, 84 procurator. POMPON. dig. 1, 2, 2 aediles . . . consules . . . decemviros . . . censores . . . praefectum . . . praetores . . . principem *al.* PAVL. dig. 26, 7, 24 actorem. GAIVS dig. 2, 8, 9 arbitrum ad fideiiussores probandos. VLP. dig. 25, 4, 1, 10 feminam honestissimam. PAPIN. dig. 26, 7, 39, 2 tutorem *saepe. cf. alia exempla in Kübleri vocab. iurispr. s. v.* constituo *II B 2*. ITALA deut. 25, 6 (Lugd.) erit infans . . . -utus ex nomine defuncti (*καταστήσεται*, VVLG. appellabit). Ios. 3, 12 (Lugd.) -ite vobis duodecim viros (*προχειρίσασθε*, VVLG. parate). 9, 27 (Lugd.) -uit illos . . . ligni concisores (*κατέστησαν*, VVLG. *aliter*). 10, 18 (Lugd.) -ite viros (*καταστήσατε*, VVLG. ponite). iud. 11, 11 (Lugd.) -erunt . . . eum super se in ducem et in principem (*ἔθηκαν ἐπ' αὐτοὺς εἰς κεφαλήν*, VVLG. fecit eum omnis populus principem sui). TERT. bapt. 18 cognoverat Simon hospes vas eum electionis -utum (*in imag.*). SPART. Hadr. 22, 13. HIL. trin. 8, 1 formam -endi episcopi (op. hist. frg. 3, 8 MAXIMIN. c. Ambr. 136). OPTAT. 1, 13 p. 15, 19 presbyteros (HIER. epist. 82, 8 in Tit. 1, 5). ANON. Vales. 16, 96 nepotem suum . . . in regnum -uit. VEG. mil. 4, 32 tribuni. VVLG. gen. 17, 5 patrem multarum gentium -ui te (AVG. civ. 16, 43 p. 196). 41, 34 praepositos per cunctas regiones (II par. 23, 18). 41, 41 -ui te super universam terram Aegypti (deut. 32, 13). 47, 6 magistros pecorum meorum. exod. 29, 30 pontifex (Hebr. 5, 1 *saepe* RVFIN. hist. 1, 3, 2). num. 3, 10. deut. 28, 13 -et te dominus in caput et non in caudam. II reg. 15, 3 -utus a rege. 17, 25. 18, 1 IV reg. 25, 23 I par. 9, 22 II par. 11, 22. 24, 11 *persaepe*. Is. 62, 6 custodes (RVFIN. hist. mon. 7 p. 412[A]). Ier. 1, 10. 6, 17 Ezech. 33, 2. 39, 14 Dan. 2, 24. 3, 12. 4, 14 I Macc. 6, 55. 7, 9 Alcimum . . . -uit in sacerdotium *saepe*. II Macc. 13, 3 -ui in principatum *saepe*. Matth. 24, 45 *saepe*. I Cor. 6, 4 illos -ite ad iudicandum. Hebr. 1, 2. AVG. civ. 1, 9 p. 16 speculatores. 18, 39 p. 315 Moyses in populo -uit qui docendis litteris praeessent. AVELL. p. 617, 9 omnia nutu divinitatis protegere -uti. SVLP. SEV. chron. 1, 22, 1 illum sibi . . . successorem. SIDON. epist. 7, 5, 3 in -endo antistite. 7, 12, 4. COD. Iust. 8, 50(51), 3 eum sub observatione -ere. 9, 3, 1 eum rector provinciae sub custodia -at. CASSIOD. var. 2, 32, 4. NICET. symb. p. 352, 3 iustos ad vitam aeternam -et. ORIG. in Matth. 17, 16 a ministris . . . super vincula -utis (*τῶν πρὸς τοῖς δεσμοῖς τεταγμένων*). BENED. reg. 21. 64. *nota*: AVG. civ. 1, 26 p. 41 sub qua *potestate* legitime -utus est *miles*.

14, 17 alios parum -r in suscepta causa permanere. ac. 2, 45 ut maneamus in perspicuis firmius et -ius. Tim. 47 -r (*κατὰ τρόπον*) in suo manebat statu. Tusc. 2, 46 tune exclamabis ut mulier, non -r et sedate feres? 4, 12 id cum -r prudenterque fit. 4, 13 cum ratione animus movetur placide atque -r. 5, 12 -r, graviter, sapienter, fortiter *vivere*. 5, 81 splendide, -r, graviter, honeste omnia *facere*. Lael. 6 acta -r. off. 1, 137 quae ... cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec -r fieri possunt nec. 3, 5 -r honesteque vivendi. de orat. 3, 70 rem publicam -issime consul defenderat. Brut. 267 egit multa -r. 273 ut nemo contra civium perditorum ... dementiam a senatu ... steterit -ius. Att. 4, 18, 1 quaeris ego me ut gesserim? -r et libere. 16, 5, 2 si quae minus antea propter infirmitatem aetatis -r ab eo fieri videbantur *al.* Caes. Gall. 3, 25, 1 cum item ab hostibus -r ac non timide pugnaretur. Hirt. Gall. 8, 13, 2 cum -ius universi paludem transissent. 8, 18, 4 nostri -r incursum sustinent. 8, 19, 2 -r proeliantur. Bell. Alex. 17, 5 -rque in eos ... impetum fecerunt. 36, 2 ea -r omnia aspernabatur. 84, 3 qui in eiusmodi periculo -r agendum sibi videret. Hor. sat. 2, 7, 6 pars hominum vitiis gaudet -r et urget propositum. Ov. epist. 15, 152 tam bona -r praeda tenenda fuit. 16, 167 quo -ius ore laudamur vestro, iustius ille timet. Pont. 1, 5, 41 sic ego -r studium non utile servo. trist. 3, 2, 27 di, quos experior nimium -r iniquos. 4, 5, 23 teque ... praesta -r ad omne indeclinatae munus amicitiae. 5, 4, 49 -r profugum tueare. Rvt. Lvp. 1, 15 -r in causa pro vobis perseverare. 2, 7 lucem -r intueri non potest. Liv. 22, 38, 12 quo id -ius perseveraret. 26, 12, 17. 33, 35, 8 -r et fideliter in amicitia populi Romani permanerent. 34, 13, 9 magis temere quam -r. 36, 9, 11 primum impetum oppugnationis satis -r sustinuerunt. 41, 22, 2 ipsi parum (parenter *cod.*) -r negaverant. 42, 15, 10 Pantaleon -r (constra *V*, contra *Kreyss.*) inpavidus mansit. Val. Max. 1, 1, 9 bene atque -r. 2, 6, 11 fidem amicitiae -r praestandam. 2, 8, 2 defendit. 3, 3 ext. 7 laetitiam ... in ore -issime retinuit. 3, 8, 3 mirifice et -r. 4, 1, 5 quam potuit -r cum populo egit. 4, 1 ext. 2 quod in Xenocrate discipulo suo tam -r moderatus fuit. 7, 1 pr. volubilis fortunae conplura exempla rettulimus, -r propitiae admodum pauca. 8, 3, 3 -r et feliciter. 8, 4, 1 admisisse id facinus -issime adseveravit. Sen. nat. 6, 32, 9 quae omnia feres -r. epist. 95, 5 non potest toto animo honesta conari, ne (ς, me *BA*) -r quidem aut libenter, sed respiciet. Cvrt. 4, 6, 13 acrius quam -ius proelium inierunt. 6, 7, 7 -r abnuit. Colvm. 6 praef. 1. Petron. 82 cum -issime et centurionem et legionem essem ementitus. Plin. nat. 18, 5 pergemus excolere vitam eoque -ius, quo operae nobis maior quam famae gratia expetitur. Sil. 15, 820 minuitque ferendo -r mala. Frontin. strat. [1 praef. omnia, quae a duce provide, utiliter, magnifice, -r fiunt, *στρατηγικὰ* habebuntur. *del. Wachsmuth*]. 1, 11, 21 minus -r. Plin. epist. 3, 9, 32 ut dubitem confidenter an -r *responderit*, certe paratissime. 6, 13, 2 egit Claudius Capito inreverenter magis quam -r. 9, 13, 4. Svet. Aug. 66 amicitias neque facile admisit et -issime retinuit. Cal. 25 ardentius et -ius. Nero 7 Troiam -issime favorabiliterque lusit. Vesp. 5 -issime asseveravit. Tit. 2 -issime affirmasse. Gaivs dig. 28, 5, 32 satis -r veteres decreverunt. Vlp. dig. 29, 5, 1, 13 Scaevola ait -ius defendendum. Fronto p. 235 N. multa liberaliter, multa amice, multa fideliter, multa -r, saepe etiam cum periculo capitis consulta. Apvl. met. 11, 22 solito -ius. Tert. anim. 16 Epicurei -ius parem omnibus atque perpetuam defendunt veritatem. adv. Marc. 4, 12 quoniam discipulos non -r tuetur, sed excusat. 5, 1 possis eum -r exponere. Pass. Mar. Iac. 7 ut oculi in eam -r videre non possent. Itala Marc. 15, 43 (cod. d) -r venit (cod. l -r introivit, Vvlg. audacter, *τολμήσας*). act. 2, 29 (cod. g) dicere -r (*μετὰ παρρησίας*, Vvlg. audacter). Cypr. epist. 66, 3 potuerit se -r exserere adversus eos. 73, 14 verbum domini -r atque intrepide locutos. Itin. Alex. 53 -r suadere milites regi conspirant. Vopisc. Car. 6, 1 Probi mortem et acerrime et -issime vindicavit. quatt. tyr. 4, 3 incudem superpositam pectori -r aliis fundentibus pertulit. Arnob. nat. 3, 6 Tullius ... ingenue, -r et libere ... monstravit. Hil. in Matth. 10, 17 -r enim dei ingerenda cognitio est. syn. 78 -r audacis perfidiae impetum retundendo. c. Const. 12 homousion -issime obtinerent. Epist. Arimin. syn. Migne 13, 567^{D} -r visum est (*βέβαιον ἐφάνη*). Amm. 28, 6, 23 -r saluti suae propugnans. Vvlg. I Macc. 2, 16 et filii eius -r stetcrunt (*συνήχθησαν*). II Macc. 7, 10 manus -r (*εὐθαρσῶς*) extendit. Luc. 23, 10 et scribae -r (*εὐτόνως*) accusantes eum. act. 13, 46 -r (*παρρησιασάμενοι*) Paulus et Barnabas dixerunt. 26, 26 ad quem et -r (*παρρησιαζόμενος*) loquor. Rvfin. hist. mon. 15 p. 435^{A} quod bene, -r et sollicite agerent. hist. 4, 7, 1 integre et -r crediderant. apol. 1, 17 valde -r pronuntiat de ipsa natura dei dicens. Prvd. cath. 2, 28 nec teste quisquam lumine peccare -r potest. Avg. soliloq. 1, 15, 30 -r deo crede eique te totum committe. Svlp. Sev. chron. 2, 45, 2 multi -ius renitentes. Mart. 5, 5 -issime profitetur. Sidon. epist. 4, 23, 3 quem ... fore fidelem -r in posterum spondeo. Sedvl. carm. pasch. 1, 38 hanc -r opem laesis adhibete medullis. Boeth. mus. 1, 10 quanam ratione firmiter et -r consonantiarum momento perdisceret. Hist. Apoll. rec. A 13 -r appropinquavit (accessit *rec. B*) ad regem. Ven. Fort. vita Leob. 5, 18. Pass. Barth. 4 p. 135, 15 illa timore deposito -r (*σταθεῖσα*) ait. Carm. epigr. 853, 4 qui votum socii fieri -r adegit.

II *continenter, perpetuo, continuo*: Cic. orat. 198 omnis nec claudicans nec quasi fluctans et aequaliter -rque ingrediens numerosa habetur oratio. Tusc. 1, 68 cum videmus ... quinque stellas ferri eosdem cursus -issime servantis disparibus inter se motibus. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 16, 9 si modo -r ac perpetuo placebit hoc consilium. Sall. Catil. 2, 3 aequabilius atque -ius sese res humanae haberent. Vell. 2, 89, 5 dictaturam ... tam -r reppulit. Colvm. 11, 2, 36 decimoctavo Kal. Maias ventosa tempestas et imbres, nec hoc -r. Plin. nat. 2, 124 aquilones -ius perflant. 37, 112 *callainae gemmae* viliores -ius repraesentant *colorem*. Gell. 17, 12, 3 fidelius -iusque postea valiturum. Tert. bapt. 17 qui ne discere quidem -r mulieri permisit.

III *recte, consequenter, consentanee*: Cic. fin. 2, 89 quid attinet gloriose loqui, nisi -r loquare? 2, 114 vestri haec verecundius, illi fortasse -ius. 5, 79 quid -r dicatur, quid ipsum a se dissentiat. Tusc. 2, 44 quis hoc dicit? ... vix satis -r. 3, 31 nos ... non et dicemus hoc melius et -ius sentiemus? 5, 23 quamquam (*haec*) non -issime dici mihi videntur. 5, 24 quam bene non quaeritur -r quidem certe. 5, 25 nihil intellego dici potuisse -ius. off. 1, 71 atque ea quidem non satis -r. 2, 7 satisne -r facere videamur. Caes. Gall. 2, 2, 4 hi -r omnes nuntiaverunt. Frontin. aq. 7 de hoc enim -ius traditur. Tert. nat. 2, 7 quod non -r deos illos sed heroas appellatis. adv. Prax. 1, 3 ut -r duos deos et duos dominos praedices. Vlp. dig. 32, 11 -r dicemus. Mod. dig. 23, 3, 13 -ius dicetur. Paneg. 11, 21 quid enim sibi verae vir perfectaeque virtutis non -r de honore promittat ...? *dat.*: Cic. Tusc. 5, 26 quam ... sibi -r convenienterque dicat, *Epicurus* non laborat. *i. q. efficienter*: Tert. anim. 23 scintillulam vitae ..., quae illud (*opus futile*) exsuscitavit et erexerit et -ius animarit. 48 sed haec ingeniose aestimari potius quam -r probari putem. orat. 22 de illis ... -r super meum modulum pronuntiari contestarique possum. pudic. 1 christianae pudicitiae ratio concutitur, quae omnia de caelo trahit ... et censuram per iudicia ex utroque testamento et [*del. Lat.*] coacta -ius ex metu et voto aeterni ignis et regni. Rvfin. hist. 5, 18, 12 haec ... ad confutandos eos satis probabiliter et -r intexuit. *Burger.*

cōnstrātor, -ōris *m. a* consternere. Avson. 343, 12 velivolique maris constrator, leuconotos Libs.

cōnstrātus *v.* 2. consterno.

cōnstrepo, -ere *a* con *et* strepere. *proprie*: Fronto p. 210, 19 N. -i aut linguis pluribus omina⟨ri⟩. Apvl. met. 4, 26 domus ... taedis lucida -bat hymenaeum (11, 10 sistris argutum tinnitum -entes). 6, 6 gannitu -enti lasciviunt passeres. 8, 27 absonis ululatibus -entes. Tert. idol. 14 consonant lusus, convivia -unt. Ivl. Vict. rhet. 26 p. 447 ne duo aut plures chori aut catervae modo -atis. *translate*: Gell. 4, 1, 3 horum omnium et testimoniis et exemplis -bat (*i. se iactat*). *L.*

✖**cōnstrictio,** -ōnis *f. a* constringere. 1 *proprie i. q. actus constringendi, saepissime in medicorum sermone; cf. p. 542, 34 et 543, 67.* Scrib. Larg. 84 quandoquidem omnis -o ... exiget aeque subiectam materiam (*cf.* Marcell. med. 17, 23). Pallad. 4, 1, 3 ubi *germen* solidius ... processerit, vincula oportet abscidi, ne adolescentia mollissimi germinis nodo durae -is (contritionis *G*) angatur. Chiron 260 spasmus nervorum in corde constringitur, ex qua -e et rosione ipsius loci mordendo se comedet. 545 -em facies, ne praebet labium inferius. Veg. mulom. 1, 21, 3 per -em nervorum venarumque tensionem inflatio indigestioque generatur. Theod. Prisc. gyn. 11 omnibus supra dictis -um (*sc. matricis*) accidentibus minoratis iam convenit. log. 13 freneticis capitis est vel meningae simile extensione vel -e periculum. Cassian. inst. 1, 11, 1 *Christi miles noverit* se cinguli -e munitum. Marcell. med. 7, 17 ad perfrictiones et -es cerebri resolvendas. 1, 31 -o eius (*i. capitis*) per fasciolam. Cael. Avr. chron. 1, 5, 159 praecordia cataplasmatibus relaxanda, quo nulla -o spirituum abstentum capiti transmittatur. 2, 7, 94 -o fluorum oris. 4, 3, 27 -e quadam virtutis herbarum, quam Graeci *στύψιν* vocant. Cass. Fel. 34 cum ... nimia thoracis -e (*opp.* relaxatio). Soran. p. 29, 11 ne -o ipsa male eos (*i. infantes*) accipiant. Diosc. 3, 123 *artemisia* -es matricis (*φλεγμονὴν τῆς ὑστέρας*) resolvet. Alc. Avit. hom. 20 p. 134, 19 medetur serpens aereus quo momordit ignitus; cessit -i locum ⟨voluntas⟩. Oribas. syn. 5, 16 -o cutis, quam Graeci stygnosin appellant (*στέγνωσις*). 6, 6. *alvei*: Macr. sat. 7, 6, 4 cur ... stomacho ad instaurandas -e vires offerant aegrescenti vinum. Theod. Prisc. log. 4 *febrium imago* quae ventris semper -em procuret (per- *VB*) *i. alvum suppressam, duratam.* Cassian. conl. 10, 10, 7 stomachi prohibet lassitudo seu ventris ariditas -oque deterret. Cael. Avr. chron. 4, 3, 55. Ps. Soran. quaest. med. Archiv 14 p. 364, 3 *stegnotes est* -o naturalium fluxionum ... cum difficili evaporatione corporis. Diosc. 1, 52. Oribas. syn. 1, 17 si ventris -o est clysterem adhibes. 6, 13 si ventris -o fuerit. 6, 8 si ventris patiuntur -em (*μὴ διαχωρούσης δὲ τῆς κοιλίας*). *nota i. q. coniunctio, alligatura*: Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 133^{A} redimicula hic dicit -es et conexiones monilium. *in imagine*: Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 143^{A} alligatura guttae dogmatum continentiae -o ac divinarum sententiarum nodositas intellegitur.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *translate*: **a** *i. q. acerbitas, severitas; opp.* relaxatio: Avg. epist. 36, 25 ad significandam requiem sempiternam, ... relaxationem quam -em ieiunii aptius convenire. conf. 10, 31, 47 freni gutturis temperata relaxatione et -e tenendi sunt. **b** *i. q. continentia, coercitio*: Avg. nat. et grat. 46, 54 id (*i. beati esse*) omnino nolle non possumus, nescio qua et bona -e naturae. Canon. Migne 56, 865[A] *continentiae* gradus isti tres, qui -e quadam castitatis per consecrationes adnexi sunt. Fvlg. myth. 2, 7 p. 47, 13 virtus corrupta libidine turpiter catenata fervoris -e tenetur. **c** *i. q. comprehensio*: Avg. c. Cresc. 1, 16, 20 quando utique verbis et lingua ipsa -o sermonis exprimitur. *in pronuntiatione*: Pomp. gramm. V 120, 18 quae verba (tenvia *sim.*) cum coeperint per -em in tres syllabas redigi. **d** *i. q. sanatio*: Orig. in Matth. 16, 14 de paralyticorum -e (*περὶ ... παρέτων ἰάσεως*).

✖**cōnstrictīvus,** -a, -um *a* constringere. *constringendi vim habens*: Garg. Mart. med. 40 *concedi*, ut *pira* styptica et -a videantur. Ps. Apvl. herb. 2 praef. estque magis -a *plantago*. Cael. Avr. acut. 3, 22, 222 cataplasmatibus -is. 3, 18, 187 ex frigidis atque -is rebus. chron. 1, 6, 184 cibi. 2, 3, 68 herbarum sucis -ae virtutis. 2, 7, 103 epithemata -a adhibemus ... item cucurbitam -am. *saepissime*. Cass. Fel. 50 p. 130, 17 uti lavacris debebis calidis et -a cibatione. Oribas. syn. 9, 16 -us satis fit medicamen ... magis plus -us est (*στεγνωτικὸν ἱκανῶς γίνεται φάρμακον*). 4, 30 lenticla et brassica ... -a fit ventri et desiccativa (*γαστρὸς ἐφεκτικαὶ γίνονται*). *neutr. plur.* **cōnstrictīva,** -ōrum: Cael. Avr. chron. 3, 1, 12 utitur praeterea -is. *adv.* **cōnstrictīvē**: Cael. Avr. acut. 3, 4, 38 naturali habitu constituta ... quamquam -e tractata saepissime tumescere videntes.

cōnstricto, -āre *a* constringere. Tert. adv. Marc. 2, 16 p. 356, 8 ferramenta *medici* accuses, quod secent et inurant et amputent et constrictent.

cōnstrictōrius, -a, -um *a* constringere, constrictus. *i. q. constrictivus*: Cass. Fel. 33 p. 69, 14 cucurbitas stalticas id est -as thoraci et dorso ... conglutinabis (47 p. 121, 22). Soran. p. 16, 17 siccosque et -os accipiant cibos. Diosc. 2, 68 panis ... additus rebus -is (*P, al.* constrictivis, constrictis *in rasura M*) ventrem stringit. Ps. Diosc. herb. fem. 9 vim habet -am et stipticam.

cōnstrictūra, -ae *f. a* constringere. *i. q. constrictio*: Cael. Avr. acut. 1, 9, 69 si -am ea curatione mitigari videamus. Diosc. 1, 53 *samsucinum oleum* facit ad c⟨on⟩strictura⟨m⟩ matricis (*ποιεῖ δὲ καὶ πρὸς μύσιν καὶ διαστροφὴν ὑστέρας*).

cōnstrictus, -a, -um *v. p. 546, 6 sqq.*

✖**cōnstringo,** -strīnxī, -strictum, -ere. *a* con *et* 1. stringere. Chiron 659 constringebis. Itala lev. 8, 7 (Wirc.) constrixit. Gloss. artire (*vel* artare), coniungere. *καταθλῶ, συνσφίγγω, παραξύω. legitur inde a* Plavto *per totam latinitatem; non habent* Lvcil. Varro Rhet. Her. Catvll. Lvcr. Caes. Sall. Verg. Tib. Vell. Phaedr. Mela Ascon. Pers. Sil. [*it.* constringere, *francog.* contraindre, *hisp.* costreñir. *M.-L.*]

I ***proprie*:** **A** *i. q. vincire, alligare aliquid aliqua re*: Plavt. Bacch. 799 -e tu illi ... manus (Mil. 605 occludunt linguam et -unt manus. Lvcan. 6, 791 -ctae plausere manus. Carm. laud. dom. 23 cum defunctis iungantur brachia membris et repetita manus -ant vincula trunco. Potam. tract. 1 p. 1415[A] Lazarus ... manibus pedibusque -ctus). Plavt. Pseud. 854 -ctis ungulis. Trin. 719 uti sarcinam -am (Apvl. met. 3, 28 -ctis sarcinis. *saepius*). Truc. 771 ancillas duas -ctas ducere. Cato agr. 33, 1 viniam facito alligatoque recte, dum ne nimium -as (Colvm. 4, 20, 3 vitis ... capistro -itur). Ter. Andr. 865 quadrupedem -ito (Evgraph. *ad l.* p. 210, 19 *servum* vinculis colligato, ut quadrupedem). Eun. 993 hunc ... comprehendere intus et -ere (Evgraph. *ad l.* p. 437, 20 constrinxerunt: hoc est vinculis alligarunt). Cic. dom. 23 populos liberos ... vinctos et -ctos tradidisti. 113 qui senatum tribuno furenti -ctum traderent. p. red. ad Quir. 13 nisi ⟨me⟩ -ctum domesticis hostibus dedidissent. Pis. 48 amici te -endum putarent (Phil. 2, 97). Rab. Post. 18 soluti huc convenistis: ne -cti discedatis cavete. Phil. 7, 27 beluam ne inclusam et -ctam dimittatis cavete. de orat. 1, 226 etiamsi corpora capta sint armis aut -cta vinculis (fin. 3, 76 cuius [*i. sapientis*] etiamsi corpus -atur, animo tamen vincula inici nulla possint. carm. frg. 32, 20 vinclis -ctus Iovis arcere nequeo diram volucrem. Apvl. met. 7, 12 artissimis vinculis impeditis ac -ctis illis. Ps. Ambr. laps. virg. 10, 52 *vincula* quibus ligata sum et -cta, *in imagine*. Cael. Avr. chron. 1, 5, 179 *Titus* amoveri iubet aegrotantes et vinculis -i). Bell. Afr. 87, 2 incolas ... vivos -ctosque in flammam coiciunt. Hor. sat. 1, 6, 23 trahit -ctos Gloria curru non minus ignotos generosis, *in imagine* (Porph. *ad l.* sensus est: rapit omnis cupiditas gloriae. Schol. Hor. *ad l.* -ctos: cupiditate plenos vel impeditos). Rvt. Lvp. 1, 14 ille hunc poena (catena *R*) -ctum trahebat (*cf.* Ps. Qvint. decl. 16, 5 si me damnatum poena -ret). Val. Max. 2, 10, 6 *Marium* compressum iam et -ctum ... incolumem praestiterunt. 9, 2 ext. 10 corpora ... alligata atque -cta. Sen. Phaedr. 1076 ora *equorum* nunc pressis trahit -cta frenis. Val. Fl. 3, 80 galeam -it Iason. Plin. epist. 6, 16, 16 cervicalia capitibus inposita linteis -unt. Svet. Cal. 35 bisque victorem -i ... iussit. Nero 34 percussorem sibi subornatum arripi -ique iussit. Fronto p. 71, 21 N. cum *Socrates* in carcere dolorem -cti vinculi voluptate resoluti compensaret. *nescio an non huc pertineat*: Papyr. Berol. 611 II 17 t⟨am⟩ accusatorem quam reum ⟨...⟩ulatum -ctumque h⟨a⟩beat. Pavl. dig. 33, 10, 5 *lora* quibus hae pelles -i solent (Schol. Hor. epist. 1, 16, 47 -eris loris). sent. 5, 25, 6 *ut tabulae* triplici lino -antur. Apvl. met. 3, 17 *utres* -ctos inflatosque. 7, 28 pedesque meos singillatim inligans indidem -it artissime. *saepius*. Epit. Alex. 6 Besum -erunt ornamentaque regia ademerunt. Arnob. nat. 5, 1 *ut Picum* invaderent -rent conligarent. Ivvenc. 3, 448 *servus* conservum ... -it. Hil. ad Const. 1, 6 plebs in custodia catenati ordinis -cta disponitur. Hyg. fab. 62 p. 61, 22 Mercurius ... Ixionem ad inferos in rota -xit. 125 p. 108, 14 seque ad arborem mali -i iussit *Vlixes*. Hier. epist. 64, 13 in occipitio vitta -ctum est pileolum. Rvfin. hist. mon. 28 p. 452[B] resolutis fasciolis quibus -ctus erat *mortuus* (Pallad. hist. mon. II 9 p. 356[B]). Cod. Iust. 1, 12, 6 pr. nec in ipsis ecclesiis... quemquam detineri atque -i. Mirac. Steph. 1, 9 alium pariter vinctum artius fortiusque -xit. Apic. 8, 340 perna cum impleta fuerit -itur ... ex lino. Coripp. Ioh. 3, 162 strangulat inde premens, -cto gutture pugno. Pallad. hist. mon. I 31 p. 317[B] -ctum omnibus membris, quae ... fuerant dissoluta (*cf.* p. 317[A] solverat). Pass. coron. 2 *Cyrillum* invenerunt in catenis -ctum. *de vestibus sim., i. q. circumdare* (*cf. p. 541, 81*): Sen. Phaedr. 390 brevis expeditos zona -at sinus. Stat. silv. 2, 1, 129 brevibus -ere laenis pectora (*syn.* artare). Mart. 11, 56, 10 -atque tuos purpura pexa toros. 14, 66, 1 taurino poteras pectus -ere tergo. *in imagine*: Apvl. mund. 7 -iturque *Asia* Oceani cingulo et societate nostri maris (*cf.* Ps. Apvl. Ascl. 30 nec corrumpetur sempiternitate vivendi circumvallatus et quasi -ctus mundus. Avien. Arat. 1538 si trinus rutilum -erit ambitus orbem *lunae*). Itala lev. 8, 7 (Wirc.) ⟨cinxit e⟩um (*Aaron*) secundum compositionem umbonis et constrixit ⟨e⟩um (*συνέσφιγξεν*, Vvlg. astringens) d⟨e illo⟩ (*cf.* Vvlg. exod. 29, 5 indues Aaron ... et rationali, quod -es balteo). Carm. de mens. 2, 5 *Februarius* quem caeruleus nodo -it amictus. Hier. epist. 64, 19 zonam illam, qua ... linea tunica, id est terra -itur. Cypr. Gall. iud. 446 -ctos scindit amictus. *apud medicos*: Scrib. Larg. 84 -unt vi magna artus. Pelagon. 96 ad arteria⟨m⟩ -cta⟨m⟩ (*πρὸς ἀρτηρίας συνεσφιγμένας. cf.* Gloss. II 445, 41 -ctus *συνεσφιγμένος*). 168 supra tumorem impones aut fascia -es. Chiron 21 omnes hae[c] venae ... fasciola -untur (22). 102 aciola nervis conligas et -es. 104 cicatrix -cta non patietur sanguinis transitum fieri in recenti *sim. saepius*. Soran. p. 17, 1 neque pectoralibus fascibus didas -ere. p. 17, 9 ventrem ... fasciis diligenter -ctum suspendere. p. 37, 9 partes corporis *infantis* ita formare, ut quae concava esse debent premantur, quae gracilia vero sunt -antur.

B *latiore sensu*: **1** *i. coniungere, conectere, copulare*: Cic. de orat. 1, 188 *ars* quae rem dissolutam divolsamque conglutinaret et ratione quadam -ret. 3, 20 omnia haec ... unum esse et una vi atque una consensione naturae -cta esse dixerunt. Tim. 15 mundi est corpus effectum, ea -ctum comparatione, qua dixi. Prop. 3, 20, 17 haec Amor ipse suo -it (-et *V*) pignora signo. Vitr. 10, 16, 12 eo (*laqueo*) ariete -cto ... non sunt passi tangi murum. Cels. 8, 1 *ossa* validis musculis nervisque -cta sunt (Lact. opif. 7, 1 *deus* ossa ... nodata et adiuncta invicem nervis alligavit et -xit). Lvcan. 4, 421 cuparum series -cta catenis. Petron. 17 manibus inter se ... -ctis. Plin. nat. 2, 11 in suo quaeque consistere inrequieto mundi ipsius -cta circuitu. 11, 171 *lingua* ita saepe -cta venis, ut. Ps. Qvint. decl. 17, 12 quae sanguine et visceribus -cta sunt (*syn.* nexus). Ivv. 5, 84 dimidio -ctus cammarus ovo. Tert. patient. 8 p. 13, 11 ictus ille sit dolore et contumelia -ctus. Avg. civ. 13, 23 *corpus* moriendi necessitate -ctum est. Ps. Prosp. carm. de prov. 637 si prius ipse *deus* hominum mores -erat astris. Evstath. Bas. hex. 4, 7 p. 909[A] -it insulas *mare*. Pavl. Nol. carm. 33, 85 ille manus dispandit et in se bracchia -ens (Drac. Romul. 7, 60 cana Fides Pietasque iugent et casta Voluptas brachia -at [*Bährens*, -ant *N*]. Ven. Fort. 6, 5, 31 bracchia -ens nectit sine fune catenam [*syn.* ligare]). Cassiod. art. praef. p. 1151[C] ars vero dicta est, quod nos suis regulis artet atque -at. Op. imperf. in Matth. 7 p. 675 in corporali aedificio lapis ad lapidem caemento mediante -itur.

2 *i. q. contrahere, comprimere, coartare, in angustum cogere*: *de frigore*: Aetna 517 *cretam* frigoris usu duritiem revocare suam et -ere venas. Sen. Med. 716 bruma ... nivali cuncta -xit gelu. Cvrt. 7, 3, 11 altae nives ... gelu et ... rigore -ctae. Colvm. 1, 6, 18 omnis liquor vapore solvitur ac frigoribus magis -itur (magnis conficitur *SA*). Calp. ecl. 5, 109 *licet* instet hiems nimioque gelu... -ere frondes. Arnob. nat. 1, 11 frigus ... congelare, -ere sanguinis tui fervorem solet (*in imagine*). Mar. Victorin. ad Iust. 10 p. 1005[C] aeris rigore -itur aqua. Ps. Mar. Victorin. phys. 18 p. 1305[A] undas vero ventus ... -xit. Avien. orb. terr. 865 -ctumque tenent hunc (*i. Caucasum*) frigora. Amm. 22, 15, 5 cum hiemes frigidae cuncta -unt. Schol. Lucan. ed. Web. 4, 55 *dura tellus* quod in hieme glacie -cta est, quae sereno fit durior. Hier. in Zach. 3, 14 p. 1527[C] aquae ... nec gelu -antur hieme, nec aestatis nimio fervore siccentur. Prvd. c. Symm. 2, 981 continuis nimiisque perit -cta pruinis (*sc. herba turgens*). Bachiar. repar. laps. 9 *via* glaciali iniquitate -cta (*in imagine*). Zacch. 1, 10 p. 1078[D] quam facile dissolutam naturaliter hu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mum rigore -at *deus*, aquas vertat in glaciem. MACR. sat. 7, 12, 31 *mare Scythicum* gelu -i et consistere. EVCHER. instr. 1 p. 101, 18 -cti glacie torrentes austri tepore solvuntur. EVG. TOLET. carm. 57, 1 frigore -ctae pendent lymphae. BOETH. mus. 1, 2 quod -it hiems, ver laxat. PALLAD. hist. mon. l 25 p. 311^{D} ut gelu quoque carnes eius -rentur (*παγῆναι*). II 10 p. 360^{A} per noctem . . . -batur (*στυφόμενος*) frigore *Macarius*. SEN. nat. 3, 11, 5 quod obduruerit -cta tellus. 3, 25, 1 *aqua quaedam* hausta duratur nec aliter quam gypsum sub humore -itur. COLVM. 5, 9, 8 ut -cta terra velut inclusa teneatur. LVCAN. 4, 51 bruma . . . aethere -cto pluvias in nube tenebat. 4, 781 densaturque globus, quantum pede prima relato -xit gyros acies. PETRON. 132 quid me -cta spectatis fronte (QVINT. inst. 1, 11, 10 vidi multos, quorum supercilia . . . adlevarentur, aliorum -cta. RVFIN. hist. mon. 9 p. 423^{D} obvelata . . . facie vultuque -cto). PLIN. nat. 13, 83 *charta* iterumque -cta (conscripta *codd.*) erugatur atque extenditur malleo. MART. 11, 99, 5 -untur . . culi. QVINT. inst. 12, 10, 44 lacertos exercitatione -ere et augere vires . . . naturale est (*cf.* AVG. civ. 14, 24 membra . . . movemus agitando . . . torquendo flectimus et -endo duramus). MIN. FEL. 27, 2 membris remissis quae -erant, curasse videantur *daemones* (*cf.* AVG. in psalm. 76, 16 audierunt surdi, viderunt caeci . . . surrexerunt mortui, -cti sunt paralytici). ITALA deut. 15, 7 (Lugd.) non prohibebis cor tuum neque -es (VVLG. contrahes) manum tuam a fratre (AVG. loc. hept. 42 p. 607, 19 *cf.* ALC. AVIT. carm. 6, 436 lingua duplex, -cta [*i. parca*] manus, laxata voluntas). SOL. 47, 1 *humor* qui -ctus vi caloris velut in aestivam glaciem corporatur. AMM. 31, 3, 4 genis stridore -ctis. HEGES. 3, 13 Romanae militiae viri -cti angustiis (*cf.* ANON. de mach. bell. 19 ne -ctum latus *exercitus* liberior hostis infestet). VVLG. Iob 38, 30 in similitudinem lapidis aquae durantur et superficies abyssi -itur. IV Esdr. 16, 78 qui -untur a peccatis suis et obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager -itur a silva et spinis tegitur semita eius. HIER. in Is. 5, 10 p. 81^{B} *ephi* qui ad comparationem multiplicis numeri unione -itur. CLAVD. 26, 491 numquam Mavors adeo -xit in artum res *Alarici* (carm. min. 25, 86 -it [*VM*, confringit *E*; *cf. Birt ad l.*] in unum sparsas imperii vires). HIPPOCR. aer. 6 *sol* ut magis -at (*διέψει*) homines, propter quod sine colore videntur esse. RVFIN. Basil. hom. 3, 1 angustatur ex abundantia, -itur et coartatur ex opulentia. MIRAC. Steph. 2, 2, 1 in pravitatem pestemque paralysis causa perducta est, ita ut . . . nequaquam posset dilapsa ora -ere. MAR. VICTOR aleth. 3, 240 edomitae fictos de viscere terrae -unt igni lateres (*cf.* VVLG. gen. 11, 3 faciamus lateres et coquamus eos igni). MART. CAP. 3, 261 V *littera* ore -cto labrisque prominulis exhibetur. OP. imperf. in Matth. 49 p. 920 pulvis iam dissolutus corporum mortuorum in nova membra -itur. CYPR. GALL. gen. 231 *dominus* -it miserans prolixae incommoda vitae (*cf.* BOETH. in top. Cic. 1 p. 280, 34 omnia quae diuturna sunt bona, meliora esse iis quae sunt temporis brevitate -cta). gen. 296 mox rarior aether nubibus in piceis coepit -ere nimbos. 610 -cti ponuntur ferculi lactis (*cf.* SORAN. p. 38, 16 mammas etiam fricare, ut lac quod somnus -it, solvatur). EVGIPP. Sev. 18, 1 quibus fame -ctis (*i. oppressis*). CASSIOD. var. 11, 38, 1 ne avare -antur *supplicantes*. MART. BRAC. form. vit. 4, 1 in artum desideria tua -e (*cf.* humil. 2). ira 3 sicut enim pars superior et propinqua sideribus nec in nubem -itur nec in turbinem vertitur.

3 *i. q. attingere, affigere*: COLVM. 5, 10, 7 curato ne inter se -ant *arbusculae*. AVG. civ. 21, 5 lapidem . . . qui suo calore manum -entis adureret. serm. 149, 2 dum enim avellerentur *infantes ab Herode necati* a complexibus matrum avara manu carnificum, matres suas digitis teneris -entes. MART. CAP. 2, 172 quod femina . . . nulla prorsus invidia titillata virginem complexa -erit. *nota*: SEN. dial. 1, 4, 16 *arbor* ipsa vexatione -itur (*i. firmatur*) et radices certius figit (epist. 89, 18 marcescentia in te excita, soluta -e). CALP. ecl. 5, 67 sucida . . . -ere vellera iunco (*i. colligere*). AVG. serm. 32, 3 *latro* clavorum confixione -ctus (*i. affixus. cf.* MACR. sat. 1, 11, 3 servum verberatum patibuloque -ctum). APIC. exc. 43 adicies lactis sext. I, ova dissoluta cum lacte perfundes: patinam, mox -erit, inferes.

4 *apud medicos i. q. contrahere, durare*: SCRIB. LARG. 104 quae (*res*) stomachum -ere solent. PLIN. nat. 23, 165 *myrtidani suco* utuntur . . . et ubi -endum aliquid est. HIER. in Mich. 2, 7 p. 1225^{A} *ad medicum*: humores omnes et *φεῦμα* noxium dura hellebori potione -e. epist. 124, 8 fluentia prius delicta -ere (*medicorum sermone utens; cf.* AVG. in psalm. 17, 40 -isti fluentia desideria carnis meae). CHIRON 27 (*opp.* stricturam laxari). 104 cicatrix -cta non patietur sanguinis transitum fieri in recenti. MACR. sat. 7, 6, 7 vinum ingerunt, ut in utroque morbo -at meatus. PLAC. med. 6 ursinus adeps cum ladano et vino veteri mixtus capillos fluentes -it (*C*, conspissat *rel. codd.*) et cogit crescere. THEOD. PRISC. eup. faen. 27 quae *adiutoria* et capitis rheuma -ere . . . possint. 31 si venter -ctus fuerit (*i. q. alvus suppressa, durata*. log. 10 ventris item si -ctum fuerit officium. ANTHIM. 14 *laridum* ventrem -ctum temperat. ORIBAS. syn. 1, 4 *corpus* quando molliendum est in eo quod copia nocit et -ctum est [*ὅσα δὲ ἔσφιγκται*]. 1, 17 si . . . angustias patiatur et venter -ctus non obaudiat). THEOD. PRISC. eup. faen. 42 -endo sic . . . rheumatismum. 46 lac asinae recens tepidum -it et mitigat *dentes dolentes*. log. 103 quae (*hypnotica*) somno reparatis viribus corpora demissa -unt (-it *B*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 173 -entes *medici* ea quae laxatione indigent. CASS. FEL. 42 p. 105 ad vomitum -endum (ANTHIM. 25 *subsequitur* vomitus, ita ut partem faciei -at). *absolute*: PLIN. nat. 23, 46 rubrum nigrumve *vinum* magis -it. 23, 100 *mala* amittunt -entem illam vim suci. *reflexive* CHIRON 738 venae -unt et rursum liquor sanguinis . . . se derivat (*cf.* 739 ungulae circuitus, quae -erat, laxatur). HIPPOCR. aer. 1 salsis sive -entibus (*ἀτέραμνος*) *aquis*. THEOD. PRISC. log. 102 *cum sucis* herbarum similiter -entium. SORAN. p. 27, 2 *adponere debemus* quae leniter -ere possunt. p. 30, 23 *si mel* crudum fuerit et austere, inflat, si vero amplius fuerit coctum, -it. p. 94, 10 adhibere quae possint -ere et exsiccare. p. 100, 17 illa quae relaxare possunt male accipiantur et ea quae -unt utiliter adponantur. CAEL. AVR. chron. 4, 3, 43 inicienda *sunt* mediocriter -entia (2, 13, 180 erunt magis -entia procuranda). 2, 13, 165 -it cortex inveteratus. acut. 7, 15, 21 crassitudine ac frigore -ens aer redarguit corporis defluxiones. 2, 29, 154 quod mulsum ex aceto factum -at *saepius*.

II ***translate*** *et in imagine*: **A** *alligare, coniungere*: **1** *vincire aliquid aliqua re*: CIC. leg. agr. 1, 16 *Italiam* omnibus vinclis devinctam et -ctam teneretis (Catil. 1, 1 ctam . . . teneri coniurationem tuam. ac. 1, 11 dum me *reipublicae cura* multis officiis implicatum et -ctum tenebat. LIV. 22, 44, 6 se -ctum a collega teneri. 34, 3, 1 *iura* quibus omnibus mulieres -ctas vix tamen continere potestis). vinculis -ere: VAL. MAX. 2, 9, 5 alligati et -cti estis amaro vinculo servitutis. 4, 6, 4 si Caesaris et Pompei concordia communis sanguinis vinculo -cta mansisset. QVINT. inst. 7, 3, 14 ut -ctum vinculis suis eum, qui responsurus est, vel tacere . . . cogat. PLIN. epist. 7, 20, 7 cum tot vinculis nos [*Plinium et Tacitum*] studia, mores, fama . . . -ant. LACT. inst. 3, 21, 7 *si* civitas *erit* amoris mutui -cta vinculis. RVFIN. hist. mon. praef. caritatis vinculo velut quadam germanitate -cti monachi). CIC. Flacc. 15 sic sunt expressa ista . . . psephismata . . . non iureiurando -cta (LAMPR. Alex. 15, 3 iureiurando se -xit. AMM. 26, 7, 16 religionibus iuramenta -cta. 21, 5, 11 iurisiurandi nexu . . . nequaquam se -i [V^1, stringi V^2] posse. VVLG. num. 30, 3 si quis . . . se -erit iuramento. iud. 21, 18 -cti iuramento et maledictione. *sim. saepius*. AVG. epist. 78, 3 p. 335, 6 ut se ambo -rent ad locum sanctum se pergituros). CIC. leg. agr. 2, 26 orbem terrarum -it novis legibus (Sest. 16 beluam [*i. hominem nefarium*] vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, -ctam legum catenis. 38 ut . . . illum . . . legum . . . laqueis -rent. LIV. 4, 13, 11 consules qui -cti legibus. 35, 7, 2 cum multis funebribus legibus -cta avaritia esset. SEN. contr. 2, 2, 4 vide qua te lege -xeris. VAL. MAX. 7, 2, 14 *legibus* humiles et pauperes -i, divites et praepotentes non alligari. SEN. epist. 16, 5 nos inexorabili lege fata -unt. TAC. ann. 3, 33 *mulieres* quae Oppiis quondam . . . legibus -ctae, nunc vinclis exsolutis domos . . . regerent. PLIN. nat. 14, 8 qui titulus sola metri lege -itur. SERV. Aen. 2, 426 'iustum' secundum leges vel aliqua ratione -ctum. *cf.* HIER. epist. 112, 6 *Paulus* Petrum ausus est reprehendere et arguere . . . ac ratione -ere. CANON. Migne 56, 661^{B} *personis* nulla veteri lege -ctis. COD. Iust. 1, 14, 9 *leges* quae -unt omnium vitas. BOETH. arithm. praef. p. 4, 29 non artissima memet translationis lege -o. BACHIAR. repar. laps. 16 duriori consuetudine et lege -ctus). CIC. Cael. 75 *voluptates* compressae et -ctae fuerunt. Balb. 12 noluerunt religione videri potius quam veritate fidem esse -ctam. fin. 1, 47 plerique . . . victi et debilitati . . . tradunt se libidinibus -endos (2, 62 perficiam . . . ut se virtuti tradat -endam voluptas). Tusc. 2, 48 *pars animi* vinciatur et -atur amicorum . . . custodiis. VAL. MAX. 2, 2, 8 quemadmodum maiestas amplificabatur, ita abstinentia -batur. VLP. dig. 17, 2, 52, 9 nec libertatem de supremis iudiciis -ere quis poterat. GAIVS inst. 2, 171 per eas *stipulationes* firmitas obligationum -itur. MAR. VICTORIN. in Ephes. 4, 16 p. 1277^{B} in ecclesia singula quaeque membra . . . iuncturam praestant . . . et corpus suum in caritate -unt et aedificant. AMM. 17, 7, 4 coniugium liberosque et si quid necessitudines artae -unt. 29, 1, 43 -ctus laqueis impiae falsitatis. VVLG. prov. 5, 22 funibus peccatorum suorum -itur *impius* (PELAG. in Tit. 3 p. 900^{B} funiculis peccatorum unusquisque -itur. AVG. in psalm. 17, 26 criniculis peccatorum suorum unusquisque -itur. *cf.* c. Adim. 7 p. 128, 6). PAVL. NOL. epist. 40, 4 extr. per Adam -cti, per Christum solvimur. epist. append. 2, 30 ex utroque (*periculo et malo*) artaris, ex utroque -eris. THEOD. PRISC. log. 61 si virium alia nos cura -erit. MART. CAP. 2, 109 rata inter eos sociatio copulam nuptialem vera ratione -xit. SIDON. epist. 5, 19, 2 ne -at poena raptorem (PASS. coron. 5 hos sacrilegii poena -et). FAVST. REI. grat. 1, 18 p. 573 hic -endi sunt haeretici (*cf.* epist. 3, 5 p. 190, 11). ZACCH. 3, 8 brevitate temporis forte -itur insania bacchatoris. BOETH. in top. Cic. 5 p. 374, 36 voluntas validiore necessitate -itur. in Porph. comm. sec. 1, 3 logicae *disciplinae* vero finis esse non potest absolutus, sed quodammodo cum reliquis duabus partibus colligatus atque -ctus est.

2 *i. obstringere, obligare, cogere*: CIC. Sest. 38 duo importuna prodigia *Pisonem et Gabium* quos . . . improbitas tribuno plebis -ctos addixerat. Tusc. 2, 5 eaque necessitate -cti, ut (VAL. MAX. 5, 3 extr. QVINT. inst. 2, 13, 1 leges immutabili necessitate -ctas. decl. 254 p. 40, 6 omnes eadem necessitate -es [*syn.* obligare].

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 8, 11 *qui* confitentur, in hanc -entur necessitatem, ut ... cogantur. POMER. 3, 24, 1 reddendi ... necessitate -cti). SEN. dial. 11, 16, 7 Rutilia ... usque eo fuit indulgentia -cta, ut. CVRT. 6, 7, 7 abnuit nec ulla religione ... posse -i (LACT. inst. 1, 17, 13 *Iuppiter* tanta religione -ctus. 1, 22, 3 ut homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione -ret *cf. p. 544, 33*). VAL. FL. 6, 422 caecā -ctos excipit irā *cervos*. QVINT. inst. 12, 22, 6 qui velut sacramento rogati vel etiam superstitione -cti nefas ducunt. TERT. orat. 25 constituere praesumptionem, quae et orandi admonitionem -at. CYPR. mort. 15 pavore mortalitatis ... -untur remissi, excitantur ignavi. epist. 67, 3 omnes omnino ad peccatum -i. TRACT. c. Arrian. p. 12, 23 si confessi fuerint, -endi sunt, ut. AMBR. Abr. 1, 9, 84 -xit eum, ne de semine Chananaeorum uxorem arcessiret domino suo. AMBROSIAST. in I Cor. 10, 5 ut istud exempli terrore -at ac suadeat. HEGES. 1, 42, 4 haud mediocri -ctus sollicitudine. HIER. epist. 51, 4 praecipit et legem dat, non dicam -it discipulos suos, ne. 121, 2 Matthaeum ... interpretationis auctoritate -ctum. PELAG. in Eph. 4 p. 833^{B} quos superius obsecraverat apostolus, hic in domino obtestatione -it. MIRAC. Steph. 2, 2, 3 super salutem ipsius unicae obtestando -xit *medicum*. PAVL. NOL. epist. 5, 4 quanto debito -amur agnoscimus. AVG. epist. 82, 10 p. 361, 10 -bat eum Paulus, libere asserere. MART. CAP. 9, 967 numerus est ... qui nos a licentia modulationis ad artem disciplinamque -at. COD. Theod. 12, 1, 129 (*a. 392*) iubemus eos ad munera relicta et ad cognoscenda -i (*syn.* obstringere). CASSIAN. inst. 5, 31, 2 oleum etiam benedicere ... ita -ctus sum, ut. AVELL. p. 38, 6 pia eius dilectione -cta *plebs* cum magno fletu deduxit proficiscentem. p. 391, 4 Hilarus Anthemium imperatorem ... ne id fieret clara voce -xit in tantum, ut. CANON. Migne 56, 529^{A} nulla nos magis causa -xit quam ut. ENNOD. dict. 20, 7 p. 482, 15 illis eos (*i. superos*) -i locis, quibus fuerint a mortalibus deputati. IORD. Get. 40, 208 -cti miserabili sorte. ALC. AVIT. epist. 38 p. 67, 29 ita lacrimabili pignoris infirmitate -itur, ut ... cogatur (CONC. Tur. a. 567 p. 126, 24). CONC. Aurel. a. 511 p. 4, 14 *ut* clerici ad adiutorium ecclesiastici operis -antur. PS. VEN. FORT. vita Pat. 9, 27 agnoscit sanctum Paternum se in valde vita ardua -isse. PALLAD. hist. mon. II p. 20, 18 nimis -xit se ... in duriore abstinentia. *nota i. q. constituere*: PROB. gramm. IV 82, 19 quod haec quinque nomina ... sic anomale -cta sint declinari. 84, 35 (*ibid.* confirmare).

3 *artare, coercere*: CIC. Mil. 34 consul qui *praeturam* auderet possetque -ere (*opp.* soluta praetura). MANIL. 4, 629 linea (*i. ora*) undarum tractum -it habenis. SEN. contr. 7, 8, 1 omnis nimia potentia saluberrime in brevitatem -etur (-rentur *codd.*). SEN. clem. 1, 1, 3 conditum, immo -ctum apud me ferrum est. GAIVS inst. 2, 170 cretio certo tempore -itur. PANEG. 10, 31 luxuries coercita et libido -cta. ARNOB. nat. 1, 38 arrogantiam -xit nostram. TRACT. c. Arrian. p. 11, 5 vehementer -endi sunt. CLAVD. 10, 78 nullo -cta Licentia nodo. PS. RVFIN. in psalm. 72, 26 caro nostra ... per rigorem disciplinae -itur. VVLG. Iob 34, 37 inter nos interim -atur *Iob*. AVG. c. Adim. 17 p. 167, 18 cum eum *filium* in mores pessimos defluentem severissima coercitione -it. MIRAC. Steph. 2, 2, 1 cuius (*dei*) censura omne hominis corpus et disciplina -itur. OP. imperf. in Matth. 32 p. 800 se ipsos intra angustias certarum causarum. BOETH. herm. sec. 2, 7 p. 139, 25 qualitatem proprietatemque unius in suae substantiae ... unitatem -am. 3, 9 p. 250, 13 veritas et falsitas propositionum nulla definitione -itur. in Porph. comm. sec. 2, 5 ad singularitatem deductum est atque ad individuam formam -ctum est individui participatione. 4, 16 significatio quoniam nulla temporis definitione -itur. MART. BRAC. sent. patr. 1 -amus ergo nos in ipso pane et sale; oportet enim servientes deo in ipsis coartari. *de oratione numeris artata*: IVL. VICT. rhet. 11 p. 413, 21 dissolvamus ... enthymemata et destruamus, ne pedibus et numeris -cta sint.

B *i. q. contrahere*: **1** *orationem, i. breviter dicere*: SEN. epist. 76, 26 haec quamvis latius exsecutus essem, ...-xi et breviter percucurri. QVINT. inst. 2, 13, 5 -cta an latius fusa narratio. AMM. 28, 4, 6 plebis digeremus errata incidentia veloci -entes excursu. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 1 res a mundi exordio sacris litteris editas breviter -ere ...aggressus sum. COD. Theod. 9, 42, 7, 2 (*a. 369*) omnia ... inquisitione -cta rationalis rei privatae tradantur officio. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 5 neque enim esset compendiosa, nisi totum opus brevitate -ret. **2** *i. hebetare*: PHYSIOGN. 12 p. 21, 1 sanguis multus sensus tamen et intellectus humani acumen -it et hebetat atque intercipit (*opp. sanguis multus* acumen excitat nec intercludit mobilitatem eius ac motum). VEG. mulom. 2, 16, 1 cum -itur visus et vires amittit.

C *i. q. amplecti*: RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 143^{D} si quis enim verbum dei toto affectu in corde suo et toto amore -it. Orig. princ. 4, 13 sensum totius legis amplectens et -ens.

syn. et iuxta posita: *ad IA*: alligare, arripere, capere, colligare, comprimere, illigare, impedire, iungere, ligare, prehendere, vincire, vincula inicere. circumvallare. *ad IB1*: alligare, artare, conglutinare, iugare, nectere. *ad IB2*: congelare, consistere, durare. *ad IB3*: mollire. *ad IB4*: complecti. *ad IIA1*: alligare, artare, devincire, vincire. *ad IIA2*: cogere, obligare, obsecrare, obstringere, rogare. *ad IIA3*: coercere, condere. *ad IIB1*: breviter percurrere. *ad IIC*: amplecti. *opp.*: *ad IA*: solvere (dissolvere, resolvere). *ad IB2*: laxare, remittere, solvere. *ad IB3*: relaxare. *ad IIA1*: amplificare, solvere, vincula exsolvere. *ad IIA3*: solvere. *ad IIB1*: latius exsequi *vel* fundere, digerere.

part. perf. pass. pro adi. **cōnstrictus,** -a, -um. *deest superl.* *i. q. brevis, angustus, artus*: PLIN. nat. 17, 90 -ae *ulmi* quidem ullius noxiam esse *umbram* non arbitror. 21, 58 *folium conyzae* tenuius feminae et -ius angustiusque imbricatum. AVIEN. orb. terr. 365 trina loco fons est, sed laxior (latior *codd.*) axe Bootis, luce sub eoa -ior. AVG. serm. 170, 5 -ior est aliquanto nodus iste. 339, 5 cum tibi caliga mala et -a nocuerit. CYPR. GALL. gen. 203 ter denis deinde Iaretus atque tribus *annis* vixit -ior aevo (*syn.* iunior). RVRIC. epist. 1, 17 p. 369, 20 incurrimus ... semitam ... spatio -am. *ad IB2*: SERV. Aen. 11, 262 Protei autem Latinus est genetivus, -us per synaeresin. *ad IB3*: PLIN. nat. 23, 120 in febribus -is, quas stegnas vocant. VEG. mulom. 1, 28, 3 cicatricibus clausis -ior et robustior redditur locus vulneris. CAEL. AVR. acut. 2, 18, 108 dabitur pulticula, sed -ior (*i. spissior*). chron. 2, 13, 187 de -is cataplasmatibus plurimi dissenserunt (*i. constrictivis*). *ad IIB*: DIOM. gramm. I 299, 9 ne quid esset incognitum, vitanda fuit nimium -a brevitas. OROS. hist. 3 praef. 3 si nec multa praetermissa nec multum -a videantur *in oratione*. BOETH. herm. sec. 1 praef. p. 4, 13 *liber* nimis et acumine sententiarum et verborum brevitate -us est. 3, 9 p. 232, 26 tanta brevitate oratio -a est. 4, 10 p. 274, 25 locus enim magna brevitate -us est et nimia obscuritate ... difficilis. 6, 13 p. 446, 9 *sermonum ordo* perplexus atque -us. *adv.* **cōnstrictē**: GLOSS. IV 406, 22 artius, -ius, angustius. CHAR. gramm. I 237, 20 -e, restricte, districte (PS. ASPER gramm. V 554, 4 composite, requisite, disiecte, -e). HIER. in Ezech. 13, 44 significat non eos violenter, arte atque -e instar vinctorum esse cingendos. AVG. c. Cresc. 1, 16, 20 quid enim hoc stilo apostolico uberius et ornatius, id est eloquentius, facile invenis. si autem presse atque -e, magis eum disputatorem quam dictorem appellare consueverunt. *Goetz.*

cōnstrūctio, -ōnis *f. a* construere. ISID. orig. 19, 10, 1 -o est laterum et altitudinis aedificatio. -o vel instructio vocata eo quod instringat et cohaerere faciat. *inde a* RHET. Her.

1 *i. q. exstructio, structura*: CIC. ac. 2, 86 quanto artificio esset sensus nostros mentemque et totam -em hominis fabricata natura (ARNOB. nat. 1, 38 -em ipsam conformaverit corporum. 3, 9 ceteraque -o membrorum. ORIG. in Matth. 18, 30 humanae naturae admirabilis -o). SEN. dial. 12, 18, 2 lapidum. PALLAD. 12, 22, 1 sternes olivas supra surculos feniculi ... et has -es usque ad vasculi plenitudinem patieris insurgere. AMM. 28, 4, 12 columnarum -es alta fronte suspensas. CASSIOD. var. 4, 31, 2 si fontes irriguos saxorum -e deducis. *latiore sensu i. q. aedificatio, aedificium*: TRAIAN. Plin. epist. 10, 40, 2 *gymnasii*. PS. APVL. Ascl. 25 hic mundus ... gloriosa -o. ARNOB. nat. 6, 3 templorum eum -bus honoramus. FILASTR. 141, 2 tabernaculorum. VEG. mil. 4 prol. murorum elaborata -o (VEREC. in cant. 4, 12 parietum). AVG. civ. 15, 26 arcae. 16, 4 *Babylonis* mirabilem -em. in psalm. 86, 2 tantae civitatis. COD. Theod. 11, 16, 18 (*a. 390*) pontium vel viarum. 7, 17, 1 (*a. 412*) contextio vel -o *lusoriarum* (CASSIOD. var. 5, 17, 1 navium). VEREC. in cant. 2, 8 turris. CASSIOD. var. 2, 7. 3, 45, 2. 5, 38, 2 Signini alvei reparata -o.

2 *t. t. rhetor. i. collocatio, compositio*: RHET. Her. 4, 8, 11 ex verborum gravium levi et ornata -e. 4, 10, 15. 4, 12, 18 compositio est verborum -o, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. CIC. de orat. 1, 17 ipsa oratio conformanda non solum electione sed etiam -e verborum. Brut. 272 verborum ... apta et quasi rotunda -o. orat. 150 minuta -o. 202 aut concinnitate aut -e verborum. part. 21. 72. PLIN. epist. 1, 16, 2 gravis et decora -o. *t. t. grammat.*: PRISC. gramm. II 214, 21 quod nomen esse adiectivum quantitatis ipsa ostendit -o. 389, 11 activam habere -em (*i. σύνταξιν*). 550, 18 de dispositione vel -e partium orationis. III 63, 21 -em adverbialem suscipiens. 108, 1 de ordinatione sive -e dictionum. 149, 7 pronominalem saepe exigunt -em. 155, 11 ex poëtica -e. 163, 5 anceps -o. 175, 14 transitivorum servat -em. 200, 6 communia verba tam activam quam passivam -em concipiunt. *et saepe.*

3 *in imagine*: CIC. frg. inc. J 26 ars est praeceptionum exercitatarum -o ad unum exitum utilem vitae pertinentium. MARCELL. chron. II p. 63, 392, 2 innumeris libris apostolorum prophetarumque -bus editis immobilem catholicae turrem ecclesiae ... consummavit. EVGIPP. epist. 3 quae donec in tuae -is libellum transire mereantur. *nota*: CIC. Att. 4, 5, 3 bibliothecam mihi tui pinxerunt -e (constrictione *Hertzberg*) et sillybis. LIB. gener. chron. I p. 131, 331 tempora iam apud Graecos manifeste ex -e (*olympiadum*) sunt clara. [DIDASC. apost. 28, 15 adlevavit vos de vinculis et sustulit a vobis collarem -is, *scrib.* constrictionis.]

cōnstrūctīvus, -a, -um *a* construere. BOETH. top. Arist. 2, 1 p. 923^{C} sunt autem ad utraque genera problematum communia universalia et -a et destructiva. 7, 2 p. 990^{A} -orum locorum nullus utilis ad terminum. *adv.* **cōnstrūctīvē**: BOETH. anal. pr. 1, 42 -e *propositiones* per primam ostenduntur figuram (*ibid.* destructive).

cōnstrūctor, -ōris *m. a* construere. RVFIN. Basil. hom. 1, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

navium. ALC. AVIT. hom. 28 p. 150, 23 quantorum libet reliquias -r eximiae (*locus corruptus*). APRING. in apoc. 21, 19 qui est fundamentum fundamentorum, ipse est -r. GREG. M. dial. 4, 37 quod eius domus aedificabatur, sed in ea -es (*οἰκοδόμοι*) sui solo die sabbati videbantur operari.

cōnstrūctūra, -ae *f. a* construere, constructor. *i. q. constructio*: AVG. epist. 187, 33 in compagem corporis Christi tamquam in vivam constructuram (structuram *dett.*) templi dei.

cōnstrūmentum, -ī *n. a* construere; *cf.* instrumentum. VIRG. gramm. epit. 1 p. 4, 15 ut nostram eloquentiam ... in illius aetreae legis construmentum ornatumque ministremus.

✖**cōnstruo,** -strūxī, -strūctum, -ere. *a* con *et* struere. GLOSS. *καταρτίζω, κατασκευάζω, συνσκευάζω*, fabrico. -ctum conpactum. *part. fut. act.* construiturus: VEN. FORT. carm. 2, 9, 64. 3, 9, 25. AGROEC. gramm. VII 117, 12 -ere in struendo coniungere. DIFF. ed. Beck p. 32, 39. ISID. diff. 1, 100 -ere est aedificare, destruere vero exterminare. *inde a* SISENNA *et* CIC. *deest* LVCR. SALL. NEP. PROP. SEN. rhet. VELL. CELS. CVRT. PETRON. VAL. FL. STAT. MART. IVV. TAC.

1 *i. q. struem sive acervum facere*: SISENNA hist. 61 -unt carros et sarraca crebra disponunt. CIC. leg. agr. 1, 14 omnibus rebus et modis -ctam et coacervatam pecuniam (Phil. 2, 97 acervi nummorum apud istum -untur. HOR. sat. 1, 1, 44. 2, 3, 96 *divitias*). AETNA 48 -itur magnis ad proelia montibus agger (HYG. fab. 28 p. 57, 5). PLIN. nat. 7, 105 coronarum acervos. 18, 262 *faenum* sectum verti ad solem nec nisi siccum -i oportet. 18, 317 super prela -ere congeriem. 31, 81 acervos salis ad collium speciem. SIL. 3, 657 nisi quem *tumulum* cava nubila torquens -xit turbo impacta glomeratus harena. 10, 547 -ctus acervo ingenti mons armorum. AMM. 23, 2, 8 acervum palearum inpendio celsum; hoc enim modo per regiones illas tales species -untur.

syn. et iuxta posita: perfectus, plenus [rectus], invictus (SCHOL. Cic. Bob. 324, 1), firmus (PALLAD. hist. mon. I 19). *opp.*: natus, dum adulescit (QVINT. inst. 10, 5, 14).

part. adv. **cōnsummātē**. *i. q. perfecte*: PORPH. Hor. sat. 1, 10, 46 quoniam alii ⟨alia⟩ carminum genera -e scriberent. CLEM. ad Cor. 9 -e ministrarunt maiestati dei. HIL. in psalm. 118 caph 5 -e sanctus et perfecte. AVG. gen. ad litt. 6, 11 p. 185, 4 vel -e incohatus, vel incohate consummatus. HIER. Didym. spir. 8 p. 110^{C} qui spiritum -e acceperint, ita ut impleantur eo. **cōnsummātim**: BARNAB. 10, 10 habetis -m (*edd. pler. e gr. τελείως*; -atam [*sc. conscientiam?*] *cod.*) de escis.

syn.: perfecte. *opp.*: incohate.

✖**cōnsūmo,** -psī, -ptum, -ere *a* con *et* sumere. CARM. epigr. 1064, 1 (*Romae, saec. I*) cónsumpta CORP. XI 6225 (*Fani Fortunae, saec. I in.*) consúmptum (INSCR. Notiz. degli scavi 1904 p. 437 *Romae* consúmpta). *formae notabiliores*: LVCR. 1, 223 consumpse. PROP. 1, 3, 37 consumpsti. PS. PROSP. carm. de prov. 89 consumier. *perfectum et supinum scribitur* -msi, -mtum (*cf.* VARRO frg. Non. p. 77, 10 -msisset) *passim et* CORP. III 1899 cuius membra -msit maris. XIV 4057, 11 (*circa a. 105*) -mtum. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 194 (*in Sardinia*) 781 a, 6 -mta (*ibid.* 782 -npta; *sed* 795 -mp⟨ta⟩). CORP. IV suppl. 3575 cosum.... XIII 5257, 2 cosumt⟨um⟩. PASS. Matth. 14 p. 233, 26 (*saec. IV*) consummimus. *legitur inde a* CATONE (*semel*) TER. (*quater*) LVCIL. (*ter*), *saepius apud scriptores, quam poetas. frequentant* RHET. Her. CIC. CELS. SEN. philos. PLIN. nat. VVLG. (*in libris ab ipso Hier. translatis*) AMM. AVG. civ.; *raro habent: septenis locis*: PLIN. epist. APVL. *trinis*: VELL. FLOR. SVET. *singulis locis*: MELA FRONTIN. aq. COMM. SOL. *e poetis saepius usurpant*: OV. (*20^{ies}*) MANIL. (*10^{ies}*) SEN. trag. (*12^{ies}*) SIL. (*17^{ies}*) STAT. (*27^{ies}*). *non legitur apud* CATVLL. HOR. carm. (*sed* sat. *bis*, epist. *ter*) GRATT. GERM. ASCON.

I ***perdere, delere*:** GLOSS. *καταναλίσκω*. -it *ἀναλίσκει*. -psit *ἀνήλωσε*. AVG. in psalm. 56, 2 -ere enim perdere est (GLOSS. V 58, 21). 58 serm. 2, 5 -itur, quod sic finitur, ut non sit. civ. 19, 1 (*cf.* GLOSS. IV 324, 9 evacuatum, exesum, finitum). **A** *de rebus corporeis*: **1** *i. q. delere, usque ad interitum atterere*: **a** *generatim*: CATO agr. 83 ubi res divina facta erit, statim ibidem -ito (*cf.* VARRO ling. 6, 54 ibi [*in Herculis ara*] olim fano -batur omne quod profanum erat. CIC. nat. deor. 2, 118 cum humore -pto neque terra ali posset, nec remearet aer. LVCR. 5, 244 maxima mundi cum videam membra ac partis -pta regigni. FEST. p. 250 prodiguae hostiae vocantur, ut ait Veranius, quae -untur. ACT. Arv. a. 14, 5 ut arbor, quae ... ceciderat, ... ad sacrificium -retur. SEN. benef. 1, 12, 2 -i munus meum nolo. nat. 3, 26, 3 quaedam *flumina* -untur paulatim et intercidunt. 6, 8, 2 *Tigrim* paulatim minui primum, deinde -i. epist. 36, 10 nihil eorum, quae ab oculis abeunt et in rerum naturam ... reconduntur, -i: desinunt ista, non pereunt. 79, 2 Aetnam -i et sensim subsidere. 91, 10 quemadmodum ... urbium ... fundamenta -pta sint, nec quicquam extet. COLVM. 3, 18, 4 fecundam partem *vitis* -it, qui contorquet malleolum. QVINT. decl. 369 p. 405, 12 *armis* -ptis. PAVL. dig. 45, 1, 83, 5 si natum *vinum* sine culpa promissoris -ptum sit. TREB. Claud. 6, 6 -ptas silvas. PROB. Verg. georg. 2, 478 -ptis terris (*i. in liquorem delapsis*) lacus constituuntur. VVLG. Ios. 9, 13 calceamenta ... ob longitudinem ... viae trita sunt et paene -pta. Iob 7, 9 sicut -itur nubes et pertransit. Ezech. 13, 14 cadet *paries* et -etur in medio eius. Mich. 1, 4 et -entur (*σαλευθήσεται*) montes subtus eum. II Macc. 1, 32 *flamma* ex lumine, quod refulsit ab altari -pta est. AVG. civ. 3, 20 *Saguntinorum urbs* a perfido obsessa, oppressa -pta est. 5, 22 *bellum fugitivorum* post multa -pta -ptum est. *cf. p. 616, 27.* in euang. Ioh. 13, 5 *cibus* ut reparet te -itur (*syn. deficit*). SIDON. epist. 2, 2, 15 donec arborum imago contractior ... cohibeatur atque ... aleatorium ... -pto sphaeristerio faciat. *nota*: STAT. Ach. 879 iam clipeus breviorque manu -itur hasta (*i. brevior fit manu*). *per imaginem*: MANIL. 2, 258 Scorpios in Libra -it bracchia. QVINT. inst. 3, 11, 23 corpus orationis in parva momenta diducendo -et *diligentia*. **b** *fere i. q. comburere* (*cf. p. 613, 38*): GLOSS. -psit ambusit (*sic!*). -ptum affectum, ambustum. CIC. nat. deor. 2, 118 *v. p. 614, 13.* CAES. civ. 2, 14, 2 uti ... agger, plutei ... tormenta flammam conciperent, et prius haec omnia -rentur, quam .... VERG. Aen. 5, 527 arsit harundo ... tenuisque recessit -pta in ventos. LIV. 25, 7, 6 quae (*aedes*) priore anno incendio -ptae fuerant (27, 11, 16 *al.* MON. Ancyr. 4, 14 basilicam. 6, 41 *sq.* CORP. XI 6225 [*saec. I in.*] balineum. FEST. p. 241 lex fixa in atrio Libertatis. VAL. MAX. 1, 8, 11. CVRT. 4, 3, 6 opera. PLIN. nat. 12, 94 *al.* TAC. hist. 1, 2 delubris. PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 14 SVET. Cal. 59 POMPON. dig. 45, 1, 10. PAVL. dig. 18, 1, 57 pr. quanta pars domus incendio -pta ⟨sit, quanta⟩ permaneat. IVST. 5, 8, 4. SVLP. SEV. chron. 1, 27, 4 mulierem cum domo et patre. CORP. XIII 5194). VAL. MAX. 6, 5 ext. 2 ea (*classe*) -pta (*ibid.* incendere). 8, 14 ext. 5. SEN. Herc. f. 508 coniugem et totum gregem -at unus igne subiecto rogus (*corr. Avant.*; locus *codd.*) (*ibid.* flagrent). SEN. dial. 2, 3, 5 quaedam non possunt igne -i (nat. 5, 6, 1 *ignis* omnia -it. ITALA [Legion.] *et* VVLG. Bar. 6, 62 ignis missus desuper, ut -at [*ἐξαναλῶσαι*] montes et silvas. *cf.* VVLG. Luc. 9, 54. PANEG. 7, 12 vici igne -pti. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 335, 6 [*opp.* conservet et nutriat]. AMBR. Hel. 7, 19. CORP. XI 4781 [*aev. Constantii II*] thermas. HIER. in Am. 3, 7 p. 329. VVLG. lev. 6, 23 sacrificium sacerdotum igne -etur [*ὁλόκαυτος ἔσται*]. Sirach 45, 17 *al.* II Esdr. 2, 13 portas Ierusalem [*κατεβρώθησαν*]. Ezech. 15, 4 vitis [*ἀναλίσκει*, *syn.* redacta est in favillam]. AVG. civ. 16, 30 *Sodomis* caelesti igne -ptis. COD. Theod. 9, 34, 7 [*a. 370*] chartas. PASS. Matth. 22 p. 247, 29 -erat [*κατανάλωσεν*] deos [*i.* deorum imagines] eius. *cf.* SEN. benef. 6, 32, 3. AMBR. off. 3, 17, 100 -ptum est sacrificium sacerdotum [*sc. igne*]. VVLG. II Macc. 1, 30. AVG. in psalm. 64, 4 p. 776 holocaustum sacrificium est, ubi totum -itur. HEGES. 3, 11, 4. VVLG. Ier. 6, 29 in igne -ptum est plumbum). COLVM. 8, 2, 3 quae (*calcaria gallorum*) cum ignea vi -pta sunt (*cf.* PLIN. nat. 16, 45 ignis vi). HYG. fab. 171 p. 28, 2 quamdiu hic titio (*sc. ardens*) -ptus non fuerit (*cf.* RVTIL. NAM. 2, 53 -pti funere torris). FIRM. err. 27, 2 illa ... ligna ... flamma -it (VVLG. num. 31, 10 Ios. 11, 13 [*ἐνέπρησε*] *al.* DRAC. Romul. 5, 112). LAMPR. Comm. 1, 9 vervecina pellis in fornace -pta est. VVLG. lev. 6, 11 usque ad favillam -i faciet. deut. 13, 16 succendes ita, ut universa -as. iud. 15, 14 solent ad odorem ignis lina -i. AMM. 17, 7, 8 ni flammarum ardores quicquid -i poterat excussissent. 23, 3, 3 Cumana carmina. CORIPP. Ioh. 1, 333 arbor ... in cineres sese -pta resolvit. *per imaginem*: AVG. in psalm. 64, 4 p. 776 incipiamus ardere caritate, donec omne mortale -atur. civ. 21, 26 p. 542, 19. 26 ut *ignis ille* aedificium ... non exurat atque -at. *cf. seq. ibid.* p. 544, 17 ut ista dilectio reperiatur in lignis faeno stipulo -enda. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 356^{C} eructans in aera solvebat escas; ita -bantur (*ἀνηλίσκετο*) quae devorasset vel

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bibisset quasi ab igne. **c** *vetustas sim.* -it: CIC. Marcell. 11 nihil est ... quod non conficiat et -at vetustas. leg. 1, 2 quercum tempestas vetustasve. LVCR. 1, 226 quaecunque vetustate amovet aetas, si penitus peremit, -ens materiem omnem. 1, 233 debet, mortali corpore quae sunt, infinita aetas -pse anteacta diesque. OV. met. 15, 236 vitiataque dentibus aevi paulatim lenta -itis omnia morte. Pont. 4, 8, 49 tabida -it ferrum lapidemque vetustas. SEN. suas. 5, 8 trophaea et tempestatibus et aetate -i. MART. 9, 49, 9 quid non longa dies, quid non -itis anni? VVLG. deut. 29, 5 nec calceamenta pedum ... vetustate -pta sunt (*κατατρίβη*) (INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 194, 795 [*in Sardinia*] via betustate -p⟨ta⟩. CORP. VIII 1548 [*prov. procons.*] porticum templi. XII 1375 proscaenium *al.*). **d** *varia subiecta*: BELL. Alex. 60, 1 cum ... possessiones Cordubensium ... rapinis ferro flammaque -rentur. OV. ars 1, 473 ferreus assiduo -itur anulus usu (*syn.* interit). Pont. 4, 10, 5. SEN. nat. 3, 26, 2 *sidera* minus -unt *flumina* (*syn.* exhauriunt). 4, 1, 2 sol nives (COLVM. 12, 22, 3). dial. 7, 26, 2 quibus (*opibus*) -endis satis virium habeat fortuna. 7, 27, 3 *rupes* fluctus ... crebro in cursu suo -unt (VVLG. Iob 14, 19 alluvione terra -itur [*κατέλυσεν*]). COLVM. 4, 3, 4 *vinea* -itur ... si modum non adhibeas (habeas *codd.*) fecunditate sua (*cf.* PLIN. nat. 15, 20 arborem ... ipsa fertilitate -i. 19, 138). COLVM. 10, 336 trunca iacent tristi -pta veneno (*eruca*). PETRON. 102, 12 vestes quoque diutius vinctas rugă -it. IAVOL. dig. 19, 2, 37 vi aliqua *opus* (CORP. V 6513). GAIVS dig. 3, 5, 21 quae (*res*) ita (*ruina aut incendio*) -ptae sunt (*syn.* perierunt). *cf.* VLP. dig. 19, 2, 19, 6. PORPH. Hor. carm. 3, 9, 18 ferrum rubigine (*cf.* HIER. epist. 98, 19 VEG. mil. 4, 34). Hor. epist 1, 20, 9 *liber* carie (HIER. in Os. 5, 12 p. 57 quorum alterum [*tinea*] vestes, alterum [*putredo et caries*] ligna -it. VAL. CEM. hom. 7, 4 *ibid.* perire). VVLG. deut. 28, 42 arbores et fruges rubigo. Ezech. 24, 11 -atur (*ἐκλίπῃ*) rubigo (*aeris*).

2 *latiore sensu, i. q. tollere, intercipere vel abdere*: MANIL. 2, 318 transibit numerus formam, finesque sequentis -et ductus. 2, 347 an partis -at linea iustas, detrectetne modum numeri. 5, 585 tergaque *monstri* -unt pelagus. LVCAN. 7, 461 ut rapido cursu fati suprema morantem -psere locum. SIL. 5, 642 tela omnia solus pectore -o. 10, 128. STAT. Theb. 10, 813 iugulo ensem. 12, 745 ferrum pectore.

B *de animantibus*: **I** *hominem ipsum*: **1** *proprie*: **a** *generatim*: CVLEX 364 *Curtium* -psit gurges in unda. SEN. epist. 24, 18 mors nos aut -it aut exuit. ... -ptis nihil restat. STAT. Theb. 9, 60 Tydea -psi .... ITALA num. 17, 12 (Lugd.) -pti sumus (*ἐξανηλώμεθα*, VVLG. *sim.*), perivimus, perconsumpti sumus. IVST. 40, 1, 1 cum inexpiabili bello et reges et regnum Syriae -ptum esset (EVTR. 5, 9, 2). FILASTR. 101, 3 ut a malis mali -m[m]antur. EVTR. 7, 15, 3 in *Nerone* omnis Augusti familia -pta est. VVLG. lev. 26, 44 neque *eos* sic despexi, ut -rentur (*ἐξαναλῶσαι*). deut. 29, 21 -at eum in perditionem. Ios. 10, 20 II reg. 22, 39 (*syn.* confringam). Iob 4, 19 velut a tinea. 13, 28 quasi putredo. Ier. 27, 8 in manu *regis Babylonis*. Nah. 1, 10 quasi stipula ariditate plena. Mal. 3, 6 vos, filii Iacob, non estis -pti. PS. RVFIN. in Os. 2, 3. AVG. civ. 7, 34 delendo vel quoquo modo -endo perdere *quemquam*. in psalm. 45, 1 finis ... dicitur, non quia -it, sed quia perficit. PS. AVG. serm. 10, 2 *med. al.* TAB. devot. Audollent. 250^{B} 17 deprimite defigite perfigite consu⟨mite ...⟩ (CORP. I 819). **b** *speciatim*: *usque ad mortem conterere*: CIC. epist. 16, 10, 1 inedia et purgationibus et vi ipsius morbi -ptus es. SIL. 10, 285 feror an -ptus vulneribus. AMM. 19, 12, 7 alios claustra poenalia -erunt (*ibid.* adflixerunt). HIER. epist. 6 p. 16 me ... animae aegritudo -psit. VINDIC. epist. ad Valent. 9 p. 25, 12 totoque organo tabescente videamini potius -isse hominem quam curasse. PALLAD. hist. mon. I 15 quid frustra -eris, Ptolemaee. *fere i. q. interficere*: SALL. or. Lep. 5 *clade* aliorum principum, quos fortuna belli -erat. HOR. sat. 1, 9, 33 garrulus hunc quando -et cumque. epist. 2, 2, 95 plagis -imus hostem. PANEG. in Mess. 73 violenta suo -psit more (in ore *A*) Charybdis. OV. Ib. 145 longis -ptus ab annis. VELL. 2, 90, 3 provinciae Scipiones. SEN. contr. 10, 1, 13 adulescentibus ...-ptis. SEN. Ag. 518 ignava fortes fata -ent viros. dial. 10, 17, 2 -urus illos (*syn.* perditurus). PLIN. nat. 7, 172. STAT. silv. 3, 4, 42 quem ... sterilis -psit amor. HYG. fab. 67 p. 73, 16. 20 a Sphinge *al.* APVL. met. 8, 22. ITALA prov. 15, 10 (Cypr. epist. 4, 4; VVLG. morietur). VLP. dig. 38, 3, 6, 6 cum -ptus est *capitis damnatus* (*opp.* cum sententiam passus est). coll. Mos. 11, 7, 4 (*al.*). PORPH. Hor. carm. 4, 13, 28 Lyden ... ait ... -ptam refrixisse. IVST. 3, 5, 11 omnes adversum proelium. 12, 5, 8 (*opp.* in colonias distributurus). CAPITOL. Max. Balb. 4, 3 iunior in bello (*cf.* *p. 608, 52*) -ptus est (*opp.* laqueo vitam finivit. *cf.* PASS. Petr. Paul. long. 58 iubeo *homines irreligiosos* in Naumachia -i [*syn.* consumsumari]). VVLG. gen. 7, 21 -pta est (*ἀπέθανε*) omnis caro. num. 14, 12 feriam ... eos pestilentia atque -am. deut. 28, 21 -at te de terra. Iob 10, 18 utinam -ptus essem, ne oculus me videret. sap. 5, 13 in malignitate. Is. 10, 18 ab anima usque ad carnem. thren. 1, 19 II Macc. 7, 41 (*cod. Amiat.* -mmata). AMM. 26, 3, 3 abscisa cervice -ptus est. PAVL. NOL. carm. 31, 281 -ptus simul et consumptor ... cadent. *cf.* BOETH. cons. 2 carm. 7, 20. *acced.* morte (*cf. supra l. 39*), sorte, *sim.*: NEP. reg. 2, 1 *Alexander* Babylone morte -ptus est (FLOR. epit. 4, 2, 60 DRAC. Romul. 10, 354. TIB. 1, 3, 55 immiti morte. VAL. MAX. 7, 4, 2 ut excellentissimum quemque Gabinorum ... morte -ret. CVRT. 4, 15, 17 miserabili morte. CARM. epigr. 1064, 1. LAMPR. Alex. 62, 3 violenta morte. TREB. trig. tyr. 27, 2 morte sua [*ibid.* interemptos]. AMM. 15, 3, 1 crudeli morte *al.* VICT. VIT. 1, 39 turpissima morte. *cf.* VAL. MAX. 5, 1, 5 crudeli genere mortis. AVG. civ. 1, 11 p. 20, 27 multarum mortium foeda varietate). VAL. MAX. 4, 6, 1 *Alcestide* voluntario obitu -pta. TREB. trig. tyr. 31, 4 fatali necessitate (*opp.* occisa). *cf.* *p. 607, 65*. COD. Theod. 3, 5, 12 (7) (*a. 422*) humana sorte -ptus (COD. Iust. 5, 18, 11 fatali sorte. PAPYR. Marini 79, 31 [*a. 557*] fatorum sorte. *cf.* CARM. epigr. 1336, 3 *sors* nos ... -psit). DRAC. Orest. 269 fine cruenta. EVGIPP. Sev. 2, 2 tali ergo adversariis internecione -ptis. *acced. causa mortis directa*: CIC. Planc. 90 si me vis aliqua morbi aut natura ipsa -isset (rep. 1, 4 natura et senectute). har. resp. 39 volnere ac dolore corporis cruciari et -i. or. frg. A V 2 cruciatu. prov. 5 milites ... incuria, fame, morbo, vastitate -pti *sunt* (*syn.* interire). de orat. 3, 6 lateris dolore. CAES. civ. 3, 87, 3 multos autumni pestilentia in Italia -psit. HIRT. Gall. 8, 41, 6 hominum multitudo siti -batur. VERG. ecl. 10, 43 ipso ... -rer aevo (VVLG. gen. 35, 29 -ptus aetate mortuus est). OV. met. 9, 663 lacrimis trist. 5, 2, 15 tabe (CELS. 1 praef. p. 11, 25 SEN. contr. 10, 4, 3 SEN. Med. 641 PLIN. nat. 2, 156 VVLG. II par. 21, 19. *cf.* SCRIB. LARG. 186 per tabem. ARNOB. nat. 4, 35 *Hercules inducitur* violentia doloris frangi atque in ultimam tabem diffluentium viscerum maceratione -i). PAVL. FEST. p. 17 anginā omne genus animalium. VAL. MAX. 1, 1, 21 taeterrimo genere morbi. 3, 5, 3. 5, 4, 7 inedia (SCRIB. LARG. 104. AMM. 17, 7, 6 angore et inedia. *cf.* *p. 607, 54*). VAL. MAX. 7, 6, 3 fame (PHAEDR. 1, 27, 8. FLOR. epit. 3, 19, 8 fame quasi pestilentia. VVLG. deut. 32, 24 *al.* *cf.* PS. QVINT. 5, 9 in fame sua homine -pto). CELS. 2, 6 nervorum distentio. *ibid.* acuto morbo. 3, 23 morbus comitialis hominem. 3, 25 febricula. 4, 11 sanguinis sputus. 6, 11 ulcera. CVRT. 6, 6, 32 varia caede. 8, 4, 13 pestis (PLIN. nat. 11, 64 SIL. 5, 498. PS. QVINT. decl. 17, 11 tarda peste). SEN. rem. fort. 5, 2 ignis me an fera -at an tempus. PLIN. nat. 26, 138 pthiriasi. PAVL. dig. 9, 2, 45, 3 flammā. QVINT. inst. 7, 2, 14 longiore valetudine. CAPITOL. Aur. 13, 5 pestilentia. OBSEQ. 29 contaminatione ventris. ARNOB. nat. 1, 20 *dii* possunt nos morborum obscurissimis causis enecare -ere atque ab omni penitus coetu exterminare mortali. AMM. 16, 22, 66 morbo veterno. 19, 4, 8 intemperanti aestu. AVG. civ. 3, 15 tempestas Romulum. *acced. instrumentum*: BELL. Afr. 94, 1 Iubam ferro (AMM. 21, 12, 20 poenali ferro). OV. epist. 7, 193 rogis. *cf.* *p. 606, 53*. VAL. MAX. 2, 6, 8 veneno. 5, 8, 3 suspendio (*cf.* AMM. 30, 5, 6). PS. QVINT. decl. 18, 4 verberibus, ignibus, omni crudelitatis arte (RVFIN. hist. 4, 15, 24 [*δαμασθῆναι*] VVLG. sap. 16, 16 *al.*). LVCIF. Athan. 1, 39 p. 135, 26 gladio (*cf.* VVLG. Ier. 9, 16. 14, 15 in gladio et fame -entur *al.*). VVLG. II reg. 22, 15 misit fulgur et -psit eos. *cf.* Iob 1, 16. AMM. 20, 11, 12 tormenta plurimos. PALLAD. hist. mon. I 3 p. 264^{C} *nos* vel marini ... fluctus vel latronum tela -ant (*κινδύνοις περιπεσούμεθα*). COD. Theod. 9, 42, 2 (*a. 356*) si quem forte gladius ultor adflixerit aliave quaelibet vitam adimens poena -erit. PS. PROSP. carm. de prov. 89 Scythicis -ier armis. *acced. causa indirecta*: CIC. Font. 42 hominibus ... autem ac summis ducibus partim aetate, partim civitatis discordiis ac rei publicae calamitate -ptis. VELL. 2, 52, 6 acie. QVINT. inst. 12, 10, 13 triumvirali proscriptione. IVST. 9, 4, 4 bello. 27, 3, 1 EVTR. 5, 9, 2. 5, 8, 1 ceteri in acie in castris in fuga ira victorum -pti sunt (VVLG. Iob 4, 9 spiritu irae eius. Sirach 45, 23 in impetu iracundiae. Ezech. 22, 31 in igne irae meae *al.* SVLP. SEV. dial. 3, 4, 6 ne me ... caelestis ira -at). VVLG. gen. 42, 2 inopiā. Iob 13, 26 -ere me vis peccatis adulescentiae meae. thren. 4, 9 extabuerunt -pti a sterilitate terrae. AMM. 26, 10, 14 trusus in exilium -batur angore aut stipe precaria victitabat.

2 *translate*: **a** *generatim*: SEN. dial. 10, 2, 4 nemo se sibi vindicat, alius in alium -itur. benef. 3, 32, 5 quos iam -isset oblivio. STAT. Theb. 6, 124 geminis Niobe -pta pharetris. 9, 682 (*cf.* ANTH. 445, 8 -ptus male debilisque vivam). FLOR. epit. 3, 5, 2 donec *Mithridates* tribus ... bellis subactus, felicitate Sullae ... magnitudine Pompei -retur. AMM. 25, 3, 23 quem turba -psit imperii successorum. AVG. civ. 20, 21 p. 459, 27 qui per hoc iudicium -entur. RVRIC. epist. 2, 4 p. 379, 19 ne aut extollamur secundis aut cedamus adversis aut tristibus -amur. DRAC. laud. dei 3, 598 *me* -it egestas (*ibid.* gravor undique pressus). **b** *speciatim*: *dolore sim.*: LIV. 40, 54, 1 maerore -ptus ... decessit. SEN. dial. 11, 19, 4 te nihil profuturo maerore -i. PS. QVINT. decl. 16, 3 -imur terrore, qui parentibus statim caecitas est. HYG. fab. 192 p. 122, 21 sorores ab eo luctu. VVLG. Sirach 27, 32 dolor -et illos (*cf.* SEN. dial. 12, 6, 3 -endum se dolori committere). POMER. 3, 12, 2 -entis conscientiae vermis. *cf.* *p. 609, 43*. VAL. MAX. 9, 12, 2 quas dolor ⟨non⟩ extinxerat, laetitia -psit. *labore sim.*: SEN. nat. 3 pr. 5 -psere se quidam, dum ... componunt. QVINT. inst. 10, 3, 12 labore. IVL. VICT. rhet. 25 p. 446, 2 multo se studio ac labore. VVLG. exod. 18, 18.

II *partes hominis*: CIC. Tusc. 1, 90 animo et corpore -pto.

1 *corpus vel partes corporis naturales*: **a** *generatim*: CARM. epigr. 975, 4 (*Romae, aet. Aug.*) corpore -pt⟨o⟩ viva anima deus sum. PETRON. 115 tamquam intersit, periturum corpus quae ratio -at, ignis an fluctus an mora (*cf.* AVR. Fronto p. 16, 13 N. corpus humanum satis sepelitur, ubicunque -itur. CORP. III 1899). CARM. epigr.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1037, 7 draco -psit dominā speciosus ab artus (*i. torquis draconarius eius mortis causa fuit*). STAT. Theb. 10, 171 -ptaque bracchia ferro. 12, 806 -pto servantem sanguine vultus. PS. QVINT. decl. 2, 3 in cuius (*parentis*) salutem faciem vultusque -psit. 16, 8. ITALA (Lugd.) *et* VVLG. num. 14, 33 donec -antur (*ἀναλωθῇ*) membra vestra (VVLG. cadavera patrum) in deserto. EPIST. Paul. et Cor. II rec. B 30 (rec. A corruptum). TAB. devot. Audollent 250ª 23 (*saec. III*) apsumatis desumatis -u⟨m⟩at⟨i⟩s cor membra viscera interania. LVCIF. moriend. 5 corpora nostra. *al.* VVLG. Iob 19, 20 -ptis carnibus. *al.* PALLAD. hist. mon. I 7 p. 278ᴮ corpusculum (*κατατήξας*). *nota*: QVINT. inst. 6 praef. 3 -uris viscera mea (*i. opus*) flammis. *acced. causa directa*: OV. met. 14, 148 cum...-ptaque membra (verba *MN*) senecta ad minimum redigentur onus (HIER. epist. 77, 6 languoribus atque inedia). IVST. 12, 8, 12 ostendere ... alius aetate -pta corpora, alius cicatricibus exhausta. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 274ᴮ totum caput ... adeo exesum et -ptum erat (*ἐβέβρωτο*) *carcino*. I 25 p. 311ᴬ (*syn.* attrivit). **b** *facere, ut tabescat*: CELS. 5, 18, 4 ne lienem -at (PLIN. nat. 21, 116 *al.* 23, 24 splenem. SER. SAMM. 414). 5, 22, 1 corpus. 6, 18, 8 tumor. 7, 2 p. 264, 18 *nervo* caro. SEN. Herc. O. 1224 primam cutem -psit nefas. PLIN. nat. 21, 142 genituram. SIL. 2, 468 -ptis membris. **2** *excrescentia*: CELS. 6, 8, 2 *caruncula*e medicamentis adurentibus. PLIN. nat. 20, 188 narium carcinodes. 26, 140 carnis excrescentes. *al.* CHIRON 86 catastaltico labraturam cutis. MARCELL. med. 31, 20 THEOD. PRISC. eup. faen. 83. **3** *animum*: **a** *proprie*: *vires, vitam, sim.*: VAL. MAX. 6, 3, 3 ut, quem honeste spiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis -ret (AMM. 31, 13, 12 spiritu ... -pto decessit. ORIBAS. syn. 1, 14 *syn.* conspissatum). CELS. 4, 26 *ventris fluxus* vires. VVLG. Sirach 14, 9 donec *cupidus* -at arefaciens (*ἀναξηραίνει*) animam suam. AVG. civ. 3, 29 quam (*vitam*) etsi ferro rapere non possent, possent tamen obsidione -ere (13, 10 donec *vita* -pta mors ... impleatur. DRAC. laud. dei 3, 127). *qualitates*: SEN. dial. 4, 20, 3 ut minuatur, non ut -atur calor (*i. iracundia*). 5, 9, 3. SIL. 11, 34 -ptus ... pudor peccando. QVINT. decl. 298 p. 178, 10 libertatem et ingenuum pudorem -isti. APVL. met. 6, 16 quod habuit *Venus formositatis*, dum filium curat aegrotum -psit atque contrivit omne. PS. APVL. Ascl. 26 malignitatem vel illuvione diluens, vel igne -ens vel morbis. VVLG. psalm. 7, 10 nequitia (*συντελεσθήτω*. PSALT. Rom. consummetur). Ier. 6, 29 malitiae (*ἐτάκη*). AVG. civ. 22, 23 malam concupiscentiam. **b** *translate*: PS. QVINT. decl. 14, 5 quae (*meretrix*) flagrantes mentes corrumpat primum, deinde -at. VVLG. lev. 26, 16 visitabo vos ... in egestate et ardore, qui...-at animas vestras. deut. 28, 65 animam -ptam (*τηκομένην*, ITALA Lugd. tabescentem) maerore. AVG. enchir. 12 bonum -ere corruptio non potest, nisi -endo naturam.

III *collectiva*: **1** *proprie*: CIC. off. 2, 16 quarum (*eluvionis, pestilentiae al.*) impetu quaedam hominum genera esse -pta. CAES. Gall. 7, 20, 12 exercitum fame (Veg. mil. 3, 3 *al.*). LVCAN. 8, 324 gentem. STAT. Theb. 8, 701 unum acies circum -itur. QVINT. decl. 323 p. 271, 4 praecipiti morte -ptas copias. IVV. 2, 155 Cannis -pta iuventus. HIL. in Matth. 15, 3 Chananaei ... bello (*opp.* dispersi, subiecti) *al.* VVLG. num. 32, 13 donec -retur (*ἐξαναλώθη*, ITALA Lugd. consummata est) universa generatio. Ier. 46, 28 *al.* HEGES. 4, 16, 2 residentium turba. AMM. 31, 11, 5 suorum globos. *al.* *terra ponitur pro incolis*: VVLG. gen. 41, 30 -ura (*ἀναλώσει*) est ... fames omnem terram. 41, 36. **2** *translate i. q. exhaurire*: IVST. 5, 1, 10 -pti magis fortunae varietate quam victi sunt *Athenienses* (OROS. hist. 2, 15, 5). PANEG. 12, 5 Saxo -ptus bellis navalibus. *urbs, terra posita pro incolis*: SEN. epist. 71, 15 alias *urbes* destruent bella, alias desidia ... -et et ... luxus. TAC. hist. 4, 75 urbem atque Italiam interno bello. CARM. epigr. 1374 (*a 532*) ne sterilis Romam -ret annus. *cf. p. 610, 38 sqq.* *vires sim.*: AVG. civ. 3, 19. 5, 22 *bellum Punicum* Romanas vires extenuavit et paene -psit. PRISC. Anast. 97 mentes *Isaurorum* avidas orbis -psit egestas.

IV *cetera animalia*: CIC. Tim. 41 animantes (*φθίνοντα*). COLVM. 9, 3, 3 gens totius alvei. SIL. 16, 392 decrescit anhelo pectore -ptus Lampon *equus*. VVLG. IV reg. 7, 13 *equi*. Ier. 12, 4. AMM. 18, 7, 4 *leones* -i vel caecari sueti hoc modo. PRVD. ham. 593 his pater (*vipera*) illecebris -itur. *nota*: CHIRON 417 iumentum macer fit et cotidie -it se ipsum. *acced. causa*: PHAEDR. 2, 4, 23 inedia (PLIN. nat. 8, 143 *al.*). COLVM. 9, 9, 6 intestino bello totae gentes *apium*. 9, 13, 9. 9, 14, 9 papiliones propinquo ardore. CHIRON 376 somno *iumentum*. *al.* AMM. 23, 6, 17 *halitus* quodcunque animal proxime steterit odore gravi -it. *vires, vitam; partes corporis*: AVSON. Mos. 262 anhelatis vitam -it in auris (*piscis*). PAVL. MED. bened. 6, 1 corrosis plantis *equorum* atque -ptis viribus stabilitatis. AVIAN. fab. 1, 10 cur ... languida -ptis ... trahis ora genis. DRAC. laud. dei 1, 655 -ens dat membra rogus *Phoenici*. *daemones*: HIER. in Is. 25, 6—8 p. 341 qui (*Antichristus*) in monte Oliveti -endus sit. AVG civ. 11, 2 *v. p. 610, 28*. PASS. Barth. 142, 8.

C *res incorporeas*: **1** *generatim*: RHET. Her. 3, 12, 21 qui splendor est vocis, -itur uno clamore universus (-verso *M*). PVBLIL. Q 60 malum. VITR. 3, 3, 11 quod per latitudinem intercolumniorum aer -it et imminuit aspectu scaporum crassitudinem. MANIL. 3, 350 *dies* attritis -itur horis (*i. brevior fit. cf.* AVG. civ. 12, 13 *summa* annorum momentorum minutim detractione -itur). SEN. Tro. 163 felix quisquis bello moriens omnia secum -pta tulit. dial. 6, 8, 1 dolorem dies longa -it. 12, 18, 1 quod (*opus i. memoriam*) nulla -at vetustas. nat. 2, 31, 2 venenum. 4, 11, 3 *montium* altitudo totius mundi collatione -itur. COLVM. 1, 8, 8 quia plus in operis servorum, quam in pretio rerum eiusmodi (*ferramentorum*) -itur. LVCAN. 7, 234 semel totos -e triumphos. PERS. 5, 68 iam cras hesternum -psimus. PETRON. 130 dum omnia concupisco, voluptatem tempore -psi (*cf.* STAT. Theb. 1, 323 *spes anxia* longo -it gaudia voto. AVSON. 405, 1). PLIN. nat. 2, 48 spatio -i umbras (6, 171 HYG. lim. grom. p. 188, 12. AVSON. Mos. 313 ipsa suas -it pyramis umbras. AMM. 22, 15, 29). 7, 73 -ente ubertatem seminum exustione. 33, 62 bonitatem (*ibid.* minuat). STAT. Theb. 8, 576 *leo* tenera ... famem -it in agna. 10, 608 -ptum genis rediisse nitorem. SIL. 3, 157 -psit visus pontus (*cf.* FRONTIN. grom. p. 33, 1). QVINT. inst. 12, 2, 13 sectas ad tenuitatem suam vires ipsa subtilitate -et *dialectica disputatrix*. 8, 6, 51. 12, 5, 2 ut bona ingenii studiique ... situ quodam secreti -rentur. TAC. hist. 1, 42 -pseritne (*i. ademerit*) vocem eius instans metus, an proclamaverit. PLIN. epist. 2, 17, 22 *andron* omnem sonum media inanitate. paneg. 55 novitas (FIRM. err. 17, 4). GAIVS inst. 1, 199 *v. p. 612, 28*. CALL. dig. 50, 13, 5, 1 qui (*dignitatis status i. existimatio*) ex delicto nostro ... aut minuitur, aut -itur. 50, 13, 5, 3. VOPISC. Aurelian. 11, 6 ut non in vanum annona -atur. ARNOB. nat. 2, 49 p. 87, 7 -itur enim ista minuties immenso (*syn.* diffusum perit, intercipitur). LACT. inst. 3, 4, 10 se ipsa philosophia -it et conficit. PANEG. 10, 7 ut quicquid instruxerat ... sceleris ... molitio, felici congressione -res. AVSON. 298, 26 *v. p. 613, 1*. Mos. 353 amnes celerant in te -ere nomen. HIER. epist. 98, 22 *sententiam* (*sc. haereticorum*) tabescere atque -i. AVG. civ. 11, 2 homine adsumpto, non deo (*i. divina natura*) -pto. 18, 4 *annorum* abundantiam praepollentem... alii septem steriles fuerant -uri. 18, 53 persecutionibus *religionem christianam*. 19, 10 perfectionis finis, qui -entem non habet finem. PRVD. apoth. 943 mortem -it inanem. CASS. FEL. 51 p. 131, 20 spe sanitatis -pta. VAL. CEM. hom. 4, 7 vota oblivione. SALON. in prov. p. 987ᴮ sermo divinus sordes vitiorum...-it et purgat. BOETH. arithm. 1, 1 p. 11, 2 omnis geometria. 2, 4 p. 86, 23. in Porph. comm. pr. 2, 18 p. 116 prius est animal ab homine atque ideo -ptum animal species quoque -it, -ptae species non interimunt genera. comm. sec. 5, 9 p. 312 *al.* *regna sim.* (*cf. p. 609, 53*): SEN. epist. 91, 13 quae (*patria*) fortasse -pta est, ut in melius excitaretur. EVTR. 9, 9, 1 -ptas paene provincias ... reparavit. VVLG. IV reg. 13, 17 percutiesque Syriam ... donec -as (*ἕως συντελείας*). Dan. 2, 44 regna. AVG. civ. 18, 19. *cf.* HIL. in Matth. 12, 13 regni virtus (*ibid.* detrahitur). **2** *ius extinguere*: LVCAN. 6, 824 nequeunt animam sibi reddere fata -pto iam iure semel. *ex* DIG.: LABEO 33, 5, 20 omne ius legati prima testatione ... -psit. IVLIAN. 46, 3, 36 nihil (PAVL. 27, 3, 4, 2 si adhuc impubes tutelae agat, nihil -itur). 44, 7, 18 stipulationem (SCAEV. 45, 1, 133 *al.*). VENVL. 45, 2, 13 qua⟨re⟩ altera *obligatio* potius quam altera[m] -atur (-summari *codd.*) (VLP. 46, 1, 5 GAIVS inst. 4, 131a. *cf.* MARCELL. 46, 8, 17 obligationis partem. VLP. 13, 5, 18, 3 sortis obligationem). PAPIN. 26, 7, 39, 15 neque enim tutelae iudicio -ptum videtur quod alterius officii querellam habuit. VLP. 4, 2, 14, 13 -i alteram actionem per alteram (50, 17, 130 *al.* PAVL. 34, 7, 34 pr.). *cf.* 13, 1, 7, 1 furti actio per condictionem *et contra*. 14, 3, 13 pr. licet -pta sit actio nec amplius agere poterit (PAVL. 12, 2, 30, 3 MOD. 31, 34, 5). 33, 5, 2, 2. 3 optionem. PAVL. 6, 1, 23, 5 si statuae suae ferruminatione iunctum bracchium sit, unitate maioris partis -i (*sc. dominium bracchii*). **3** *vires, actiones sim., fere i. q. frustra adhibere*: RHET. Her. 3, 23, 38 ne quid in quaerendo -rent operae. SALL. Iug. 25, 11 multa ... oratione -pta legati frustra discessere (DICT. 2, 5 *al.* PS. ASCON. Verr. p. 152 *v. p. 616, 32*). 93, 1 multis diebus et laboribus -ptis (AVSON. 60, 1 cur vana -is in arte laborem? VVLG. lev. 26, 20 -etur [*ἔσται*] in cassum labor vester). OV. met. 8, 106 -ptis precibus violentam transit in iram (am. 1, 6, 61. *cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 43, 7). CVRT. 5, 8, 6 tacerem potius quam frustra verba -rem (PRVD. apoth. 980). 6, 7, 19 multo ... invicem ... sermone -pto. PETRON. 41 postquam ... omnes bacalusias -psi. VVLG. Is. 49, 4 vane fortitudinem meam -psi (*εἰς οὐδὲν ἔδωκα*).

II ***abuti, adhibendo vel agendo aliquid sensim perdere, exhaurire***: GLOSS. *καταδαπανῶ*. -it *ἀναλίσκει, δαπανᾷ, συντελεῖ*. **A** *res corporeas*: **1** *generatim*: SISENNA hist. 70 iaculis celeriter -ptis (CAES. civ. 1, 46, 1 telis. SIL. 4, 620. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 217 saxa, sudes ... -it in ictus). CIC. Tim. 24 permixtum illud, ex quo haec secuit, *deus* iam omne -erat (*ἀνηλώκει*). CAES. civ. 1, 48, 5 reliqui si quid *frumenti* fuerat, Caesar superioribus diebus -erat. 3, 58, 3. *cf. p. 612, 45. 613, 8*. 1, 40, 1 pabulatum mittebat *Fabius*, quod ea, quae citra flumen fuerant, superioribus diebus -erat. LIV. frg. 22 -ptis priore aestate, quae praeparata fuissent, ... inopiam fore. VITR. 5, 9, 8 (*sc. lignum*). COLVM. 3, 10, 3 omne alimentum virentis... *in summo* consistit atque -itur. SEN. nat. 3, 15, 6 vena quae modo -pta aqua deficit (FRONTIN. aq. 85 VVLG. gen. 21, 15 [*ἐξέλιπε*]). PLIN. nat. 11, 19 -ptis ... floribus. SIL. 14, 302 *Archimedes in turri* multas nemorum -erat umbras (*i. ligna*). MART. 11, 18, 13 -pto moritur culix salicto. 14, 143 vellera -unt Patavinae multa trilices. QVINT. inst.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

11, 3, 21 humor vocem . . . -ptus destituit. SVLP. SEV. dial. 2, 3, 6 -it Gallicas mularum poena mastigias. VINDIC. med. 1 si quid sanguinis nondum fuerit uteri nutrimento -ptum. PLAC. med. 28, 1 *corvi ovis* linitur *caput*, donec ova -antur. *in imagine*: CIC. Att. 2, 1, 1 meus autem liber totum Isocrati⟨s⟩ myrothecium atque omnis eius discipulorum arculas ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta -psit. *nota*: MART. 9, 22, 3 Setina meos -at gleba ligones. *collectiva*: PROP. 4, 6, 55 pharetrae pondus -it in arcus. SEN. Herc. O. 1083 -ptos iterum deae supplent Eurydices colus. MART. 7, 27, 7 cocus ingentem piperis -et acervum. 7, 54, 5. RVT. NAM. 1, 102 -unt totos celsa lavacra lacus. **2** *speciatim de opibus, pecunia sim.* (*aliter v. p. 616, 51 sqq.*): GLOSS. -imus expendimus. -pta transacta, expensa. **a** *vox media*: CIC. leg. agr. 1, 3 si quid est, quod indagaris . . . -e sane. Mur. 33 *ut* omnes copiae regis diuturnitate obsessionis -rentur (Att. 11, 11, 2. PANEG. 7, 16 -ptis copiis mansionum. CAES. Gall. 1, 11, 6 omnibus fortunis sociorum -ptis). CAES. Gall. 7, 17, 2 quod habuerant, -erant. BELL. Afr. 47, 4 propter annonae caritatem ante parta -erant. VARRO rust. 3, 17, 9 pecuniam (VITR. 6 pr. 6 alienam pecuniae summam. PORPH. Hor. sat. 1, 1, 43 ut *pecunia* usque ad assem -atur). SALL. epist. Pomp. 2 omnis opes et spes privatas meas -psi. 9 non rem familiarem modo, verum etiam fidem. LIV. 33, 47, 1 quid *vectigalium* ordinarii rei publicae usus -rent. 40, 44, 10 ne maior *pecunia* ludorum causa -retur. RVT. LVP. 1, 9 consiliis -ptas (*coni. Halm*, captas *codd.*) aerarii opes . . . augere non potestis. OV. fast. 1, 630. SEN. contr. 1, 8, 12 magna praesidia non esse -enda. SEN. benef. 7, 7, 1 (*syn.* in usum suum vertit) *al.* TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 2, 12 donec eam summam -ant. QVINT. decl. 260 p. 69, 13. *ex* DIG.: DIG. 7, 5 de usufructu earum rerum, quae usu -untur vel minuuntur (*cf. Leonhard, PW. IV 1145*). VLP. 24, 1, 32, 9 -isse sic accipere debemus, ne is, qui donationem accepit, locupletior factus sit. *cf.* PAVL. 4, 4, 34. POMPON. 46, 8, 18 (*absolute*). IAVOL. 24, 1, 50, 1 hoc -ptum ei perit, qui. SCAEV. 17, 1, 60, 3. GAIVS 15, 1, 27, 1 quod servus . . . ex bonis hereditariis amovisset, -isset, corrupisset. VLP. 29, 2, 71, 6 amovisse eum accipimus, qui quid celaverit aut interverterit aut -erit. *cf. l. 62 sqq.* PAVL. 40, 12, 41, 1. CLAVDIVS ad Scaev. 36, 1, 82 multa ex hereditate. EPIST. imp. Pii (Vlp. 36, 3, 1, 11 = 32, 11, 18). VLP. 13, 6, 3, 6 non potest commodari id quod usu -itur. 15, 3, 3, 6. 37, 9, 1, 28 *al.* PAVL. 24, 1, 28 pr. si perierit vel -ptum sit. 35, 2, 1, 19 quod funeris causa -ptum est (*cf.* MACER 11, 7, 37 corporis causa). VLP. 24, 1, 7, 2 *quina. cf.* PAVL. 17, 1, 22, 7 *opp.* dederis. SCAEV. 36, 1, 82 non modicam partem bonorum testatoris -erunt. TRYPH. 28, 1, 18, 1. VLP. 24, 3, 22, 1 si communem dotem -at. AFRIC. 41, 1, 40 quo casu fructus praediorum -ptos suos faciat (VLP. 13, 7, 22, 2. 35, 5, 1, 3 cum bona fide fructus perceptos -erit. PAVL. 7, 8, 15 pr. licet mediocris praedii eo modo fructus -antur. 10, 1, 4, 2 lucrari eum oportet, si eos -psit). VLP. 33, 7, 12 pr. quia *frumentum serendi causa sepositum* . . . ita -itur, ut semper reponeretur. AFRIC. 19, 1, 30 pr. si nummos ademeris et -pseris (PAPIN. 46, 3, 94, 2. VLP. 12, 1, 11, 2 si *nummos* sine dolo malo -isti [*opp.* extant]. *cf.* 12, 6, 29. 12, 1, 13 *sqq.* 14, 6, 9, 2. 40, 7, 3, 9 si sic -pti fuerint, ut nullo casu avelli possint. PAVL. 12, 1, 31, 1 si -pti sunt, actio de peculio evanescit. *al.*). IVLIAN. 12, 1, 19, 1 pecunia -pta condictionem habet (POMPON. 12, 1, 12. *cf.* 44, 7, 24, 2. TRYPH. 26, 7, 54 quia hic sibi non -psit . . . nec quasi sua pecunia licenter abutitur. VLP. 2, 15, 8, 6 quae [*transactio*] idcirco fit, ut quis repraesentatam pecuniam -at. PAVL. 22, 6, 9, 6. MARCIAN. 49, 14, 18, 10. MOD. 22, 2, 1 si eodem loco -atur, non erit traiecticia). PAVL. 33, 9, 4 pr. vasa non debebuntur vel -pta penu vel adempta. MARCIAN. 33, 9, 2. VLP. 5, 3, 23 pr. finge pretium acceptum vel perdidisse, vel -isse vel donasse. 5, 3, 25, 15 partem dimidiam hereditatis sine dolo malo. CELS. 47, 2, 68, 5 etsi -erit rem subreptam fur (VLP. 11, 7, 14, 6 res quae ultra modum sine causa in *funus* -itur. PAVL. 25, 2, 3, 3 res, quas . . . mulier comederit, vendiderit, donaverit, qualibet ratione -erit, rerum amotorum iudicio contineri). PAVL. sent. 2, 14, 2 *v. p. 614, 16.* COD. Iust. 4, 28, 7, 1. 8, 17, 12, 5 licet res dotales . . . quocunque modo vel dissipatae vel -ptae sunt. in *aliqua re*: CIC. Verr. 3, 141 -ptam esse omnem istam pecuniam in statuis. 3, 142. LEX agr. (Cic. leg. agr. 1, 12. 2, 59) quod neque -ptum in monumento neque in aerarium relatum sit. CIC. ad Brut. 1, 18 (9, 26), 5 quod ex centesima collatum ⟨est⟩ . . . in duarum legionum praemiis omne -itur. NEP. Timoth. 1, 2 in quo ⟨oppido⟩ oppugnando . . . Athenienses M . . . talenta -erant. VITR. 10 pr. 1 amplius quam quarta *pars aestimationis* in opere -itur. FEST. p. 347 *aes* in rebus divinis. SEN. benef. 4, 39, 2 quingenti denarii sunt . . . quod dici solet: in morbo -at. ALF. dig. 50, 16, 202 cum scriptum esset, ut heres in funere aut in monumento 'dumtaxat aureos centum' -ret, non licet minus -ere. AMM. 16, 10, 4 ut igitur multa quaeque -pta sunt in apparatu. *aliqua re*: VARRO rust. 3, 17, 3 eam omnem mercedem escis, quas dabat piscibus, -bat. frg. Non. p. 77. CVRT. 9, 3, 11 bello instrumenta belli -psimus. in *aliquid*: LIV. 39, 5, 9 aurum in ludos. FEST. p. 359. VAL. MAX. 3, 1 ext. 1 -pta in id opus ingenti pecunia. QVINT. inst. 3, 11, 13 *bona paterna* in opera publica. *cf. p. 612, 23.* IAVOL. dig. 35, 1, 40, 5. SCAEV. dig. 15, 3, 21 eos nummos illa in usus necessarios sibi et in servos -psit. PAVL. dig. 48, 13, 2 *opp.* retinere. NOVELL. Iust. 65, 1, 4 si pretia, quae acceperint, *oeconomi ecclesiae* in aliam causam -erint, licet piissima sit. **b** *in malam partem i. q. dissipare*: TER. Haut. 465 sumat, -at, perdat. CIC. leg. agr. 2, 65 quibus ad habendum, . . . quibus ad -endum nihil satis esse videatur. SALL. Catil. 12, 2 rapere -ere. FEST. p. 229 prodegeris, -eris, perdideris. MART. 8, 16, 3 -is et usque mutuaris. EVGRAPH. Ter. Phorm. 898 dilapidet: perdat, -at. QVADRIG. hist. 15 luxuria et nequitia pecuniam magnam (CIC. Flacc. 91 ut eam pecuniam . . . non -isse, sed Flacco dedisse videatur. VAL. MAX. 8, 6, 1 amplam pecuniam festinanter. SEN. dial. 7, 27, 5. PETRON. 105 inter cetera apud communem amicam -erunt pecuniam meam. *cf.* ALF. dig. 11, 3, 16. QVINT. decl. 273 p. 117, 20 *pecuniam* non accepimus, non -psimus, non in ullum rerum nostrarum usum convertimus. IVV. 11, 47 conducta pecunia . . . coram dominis -itur. VLP. dig. 27, 7, 4 pr. PAVL. dig. 4, 4, 32 *adulescens pecunias* male -psit). LVCIL. 1205 magna penus parvo spatio -pta peribit. CIC. S. Rosc. 6 quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque -ere. Mur. 50 *al.* leg. agr. 1, 7 -ptis patrimoniis (fin. 2, 23 SEN. contr. 2, 6, 1. QVINT. inst. 8, 6, 25 ut 'hominem devorari' cuius patrimonium -atur. EVGRAPH. Ter. Eun. 258 re perdita: -pto patrimonio [*syn.* abligurrierat bona; *opp.* integrum patrimonium]). PROP. 2, 16, 9 ubi -pto restabit munere pauper. PAVL. FEST. p. 58 comedum bona sua -entem antiqui dixerunt (QVINT. inst. 3, 11, 13 *sqq.* bona paterna *cf. p. 611, 82.* decl. 298 p. 178, 9 *al.* POMPON. dig. 37, 4, 16 si suspectus avus sit, quasi -urus bona nepotis). SEN. contr. 2, 6, 5 hic (*pater*) de suo -it. TAC. ann. 3, 54. 14, 15 dabantur stipes, quas boni necessitate, intemperantes gloria -rent. 16, 3 veteres opes. IVV. 8, 185. GAIVS inst. 1, 199 ne . . . pupillorum . . . negotia a tutoribus . . . -antur aut deminuantur. ITALA Luc. 15, 14 (cod. q) postquam omnia -⟨p⟩sit (δαπανήσαντος, VVLG. consummasset). COMM. apol. 724 quae (*sua*) si prius (*ante obitum*) poterit -ere (*sc. pater*) gaudet. in *aliquid*: LVCIL. 1240 omnia in ista -is squilla. *aliqua re*: QVINT. decl. 279 p. 136, 20 paterna bona vitiis. VAL. CEM. hom. 10, 2 mercedem laboris sui aut bibendo conterit aut vapulando -it. in *aliqua re*: PS. AVG. serm. 70, 4 p. 2249 *mali homines* quidquid petunt a deo in luxuriis suis et in conviviis volunt -ere, in spectaculis, in nugis *etc.* *res -it*: SEN. epist. 95, 41 quid est cena sumptuosa flagitiosius et equestrem censum (caenam *codd.*) -ente. PLIN. nat. 9, 120 -uram eam cenam taxationem confirmans.

3 *de alimentis, i. q. comedere vel combibere*: PS. AVG. serm. 53, 6 *cibus* -itur edendo. ISID. orig. 10, 63 -ptus quasi totus sumptus et devoratus. GLOSS. -it devorat. -ptus comestus. **a** *proprie*: *homines, dei, sim. -unt*: CIC. nat. deor. 2, 151 agri multa efferunt, quae vel statim -antur vel mandentur condita vetustati. CAES. Gall. 7, 77, 1 -pto omni frumento (6, 43, 3 frumenta . . . a tanta multitudine iumentorum atque hominum -bantur. civ. 3, 47, 4. *cf. p. 610, 75.* BELL. Alex. 61, 5 si *equitatus* . . . necessarium -ret frumentum. VLP. dig. 33, 7, 12 pr. PAVL. dig. 9, 2, 30, 2 alienum vinum vel frumentum. *al.*). VARRO rust. 1, 65 *uvas* -i aut venire oportet. SALL. hist. frg. 3, 87 parte -pta reliqua cadaverum (*Prisc.*, -ra *Diom.*) ad diuturnitatem usus sallerent. 3, 96 con⟨sump⟩tis iam alimentis (CVRT. 8, 10, 11). VERG. Aen. 7, 112 -ptis aliis. 7, 116 mensas -imus. *al.* HOR. sat. 2, 2, 92 quod hospes . . . vitiatum commodius quam integrum edax dominus -ret. epist. 1, 2, 27 fruges -ere nati (*cf.* PORPH. *ad l.* TAC. hist. 4, 26). LIV. 37, 27, 1 -ptis iam omnibus. VAL. MAX. 7, 6, 3 ut . . . murem captum . . . potius vendere, quam ipse leniendae famis gratia -ere mallet. 7, 6 ext. 2 omnia quae famem . . . trahere poterant. MELA 2, 9 *Essedones* corpora parentium . . . epulando -unt (*cf.* PETRON. 141. FIRM. err. 6, 3 decocta pueri membra [*syn.* vesci]. AVG. civ. 22, 20 carnes [*syn.* depastas]). SCRIB. LARG. 16 scobis eboreae heminam. 17 ex iecinore gladiatoris iugulati particulam. 136 radix *chamaeleae* lota . . . cum ⟨panis⟩ pondo quadrante -pta. *al.* SEN. clem. 1, 6, 1 in qua (*civitate*) -itur quidquid terris omnibus aratur. TEST. Galli (Corp. XIII 5708) 2, 11 -ant ⟨. . . *sc. edulia?*⟩. COLVM. 8, 10, 4 aliquantum *ficorum.* 12, 1, 5 (*opp.* superfieri) *al.* PLIN. nat. 7, 26 *Pygmaeos* ova pullosque *gruum. al.* IVV. 4, 68 rhombum. 14, 128. PLIN. epist. 9, 37, 2 rapiunt etiam et -unt quod natum est. HYG. astr. 2, 15 p. 52, 17 *v. p. 616, 45.* fab. 83 p. 83, 2 brachium Ceres. 246. 125 p. 106, 21 ocios *cyclops. ibid.* p. 107, 13 (*syn.* devoravit) *al.* PRAEDIC. Petr. Paul. (Lact. inst. 4, 21, 3) ut corporibus suorum vescerentur et -rent invicem (*cf.* VVLG. Gal. 5, 15 videte, ne ab invicem -amini. HIER. epist. 81, 2. 82, 11). PAVL. dig. 14, 2, 2, 2 nisi si qua -endi causa imposita. *navi* forent, quo in numero essent cibaria. 41, 3, 4, 19 si *agni* -pti sunt. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 175, 17 omnia -entes vultum ieiunum geritis. AMM. 31, 8, 4 omnibus, quae mandi poterant, -ptis (SVLP. SEV. chron. 1, 54, 5). VVLG. gen. 43, 2 -ptisque (καταφαγεῖν, ITALA Lugd. comedentes) cibis. Ier. 37, 20 panes. Dan. 14, 20 1 Macc. 6, 53. RVFIN. hist. mon. 7 p. 417^{c} cum . . . *panes* ad omnem satietatem -rentur. SVLP. SEV. chron. 2, 8, 5 impensa. SIDON. epist. 5, 7, 4 *illi* ad -endum minotauri *sunt.* *nota de fame*: OV. met. 8, 875 vis tamen illa mali postquam -erat omnem materiam. *liquores*: ITALA Ezech. 34, 3 (Cypr. epist. 57, 4) lac -itis (κατέσθετε, VVLG. comedebatis). SER. SAMM. 557 potio, quae fluidam -pta morabitur alvum. 1020 pluvias. IVST. 2, 10, 22 cum flumina multitu-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dine -rentur. *cf.* AVSON. 298,26 flumina -pto cum defecere meatu. *bestiae -unt*: CIC. carm. frg. 22,14 *draco* cum -ret octo pullos (HYG. fab. 136 p. 116, 3 corpus pueri. APVL. met. 8, 21 conservo iam ex maxima parte -pto ... draconem mandentem insistere. *cf.* HOMER. 148 serpens -psit volucrum bis quattuor fetus). CIC. nat. deor. 1, 101 *ibes* volucres angues . . . interficiunt et -unt. 2, 123 si quid incidit *araneolae* arripiunt idque -unt. 2, 125 confici *pisces* a ranis atque -i. CAES. Gall. 6, 43, 3 *v. p. 612, 45 sq.* civ. 3, 58, 3. 7, 18, 1 -pto pabulo. VARRO rust. 3, 16, 8 *fuci* mel -unt (COLVM. 9, 14, 17 apes mel. 9, 15, 2. 10). OV. met. 4, 113 fero -ite viscera morsu, o . . . leones (*ibid.* divellere). VAL. MAX. 9, 12 ext. 6 ficus asello -ente. SEN. epist. 92, 34 an *corpus* -atur 'canibus data praeda marinis' (*cf. Verg. Aen. 9, 483*). COLVM. 1, 6, 15 *conditae fruges* a *curculionibus*. 7, 11, 3 ut *sues* . . . etiam suam *subolem* -ant. 8, 5, 6 gallinae ova (*ibid.* comminuunt). 8, 17, 2 plurimosque squamosos *pisces* mandendo -unt *muraenae*. 11, 3, 60 pulex tenera folia. arb. 17, 3 raucae semina oleae. PLIN. nat. 11, 85 phalangia matrem. SIL. 13, 472 exanima corpora vultur (PORPH. Hor. carm. 3, 4, 77 iecur). HYG. fab. 89 p. 86, 7 virgines a ceto. 180 p. 36, 16 *Actaeon* a suis canibus (247. TREB. trig. tyr. 29, 4). 250 p. 138, 16 Glaucum equae. SVET. Tib. 72 draco a formicis. VLP. dig. 10, 2, 8, 2 a lupo pecus. 10, 4, 9, 1 sive glans extet, sive -pta sit. PORPH. Hor. sat. 1, 8 pr. aves semina. AMM. 31, 7, 16 peremptorum corpora dirae volucres. VVLG. gen. 41, 20 devoratis et -ptis (*κατέφαγον*) prioribus *bubus*. lev. 26, 22 bestiae agri vos. Os. 13, 8 -am eos ibi quasi leo (*gr. καταφάγονται*). act. 12, 23 -ptus a vermibus (*σκωληκόβρωτος*) expiravit. **b** *per imaginem*: CIC. nat. deor. 2, 64 ex se . . . natos comesse fingitur solitus *Saturnus*, quia -it aetas temporum spatia (TERT. nat. 2, 12 Saturnum ideo voratorem suorum, quod *tempus* omnia ex se edita in se ipsum -at. AVG. civ. 6, 8 *ex Varrone*. *cf.* CLAVD. 22, 428 omnia qui placido -it numine serpens [*i. mater annorum*]). [VAL. FL. 1, 832 chaos, quod ... lapsum queat -ere mundum. *loc. dub.*] CLAVD. 26, 336 te Cimbrica Tethys divisum bifido -it, Rhene, meatu. VVLG. lev. 26, 38 hostilis vos terra -et (*κατέδεται*, ITALA Lugd. comedet). II reg. 18, 8 saltus (*καταφαγεῖν*). BACHIAR. repar. laps. 11 qui (*vermis conscientiae*) totas in eo putredines peccatorum -at. *cf. p. 608, 74*. EVSTATH. Bas. hex. 3, 5 p. 896[A] ignis . . . -it aquam (*ibid.* elementa alternae substantiae devoratoria). *speciatim de igne*: *cf. p. 606, 40 sqq.* SEN. nat. 1, 15, 2 donec -pto alimento primum obscuriora sint *fulgora*. 7, 20, 2 ante ... quam -ptum est omne, quo pascebantur *ignes*, alimentum. APVL. mund. 23 *terram* flammarum per partes voracitate -ptam. TERT. nat. 2, 10 cenat ignis . . . ⟨et om⟩nia ara -psit. ITALA lev. 9, 24 (Ambr. off. 3, 17, 101) ignis . . . -psit (*κατέφαγε*, VVLG. devoravit) universa, quae erant super altare. VVLG. iud. 6, 21. 9, 20. deut. 4, 24 deus ... ignis -ens (*καταναλίσκων*) est. 9, 3 (*syn.* devorans). Hebr. 12, 29. 10, 27 ignis aemulatio, quae -ura est (*ἐσθίειν*) adversarios. *nota i. q. concoquere*: CIC. Tim. 18 nec . . . *mundus* desiderabat . . . detractionem confecti et -pti cibi. **c** *translate, facere ut aliquid diffluat, evanescat*: CELS. 5, 18, 31 nitrum . . . cum sextario *aquae instillatae* incoquitur, donec omnis humor -atur (*cf.* SCRIB. LARG. 202 donec acetum omne -atur. 268. SEN. nat. 3, 7, 2 humor intra primam crustam *soli*. 3, 11, 3 in arbusta. PLIN. nat. 31, 53. 15, 29 -iturque mustum oleo. 31, 83 -pto liquore. *al.* CHIRON 918 *al.*). CVRT. 7, 8, 15 leo ... avium pabulum fuit et ferrum rubigo -it. SEN. Herc. O. 1358 *palla* -pta mecum est (*sc.* venenis). PLIN. nat. 2, 211 quo (*lapide*) -untur omnia corpora; sarcophagus vocatur (CARM. epigr. 454, 2 *saec. II* sarcophagum dicunt quod cons⟨umit artus⟩ [cons⟨picis hospes⟩ *suppl. Büch.*]). 29, 80 gallinarum membra -unt *aurum liquescens* in se. 31, 115 nitrariae calciamenta. 34, 137 trientem aereum pascit auro argento -entem utrumque.

contemplābilis, -e *adi. a* contemplari. 1 *passive i. q. visibilis*: NOVATIAN. trin. 1 p. 888^{B} quae non sunt hodie nostris -es oculis. CHALC. comm. 135 daemones neque ita probabiles ... nec invisibiles semper, sed interdum -es, cum in diversas convertuntur figuras. 237 prout basis eius (*sc. coni visus*) vel directa ... erit incidetque in -em speciem, ita adparebunt, quae videntur. HIL. trin. 8, 48 constituant cuiusmodi filium imaginem esse invisibilis dei velint. anne corpoream et -em? in Matth. 26, 1 civitas omnibus -is. in psalm. 138, 35 in maiestate operum filius -is est. HIER. in Is. 64, 4 p. 761 deus nequaquam ... oculis -is est. EVSTATH. Bas. hex. 1, 5 p. 872^{B} substantia intellectui nostro -is. 3, 9 p. 900^{B} caelos ... -es esse virtutes. CLAVD. MAM. anim. p. 58, 5 corpori ... -em deum fore et universalem videri localiter posse. p. 113, 15. 163, 8. 2 *active i. q. telum dirigens*: AMM. 23, 4, 2 assistit artifex -is *ballistae*. 30, 5, 16 bubo ... nulla iacientium sagittas et lapides -i dextera cadere potuit.

adv. **contemplābiliter**. 1 *passive*: ISID. in gen. 1, 14 veritatem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-r intuendo. **2** *active*: AMM. 20, 7, 9 -r machinae feriebant hostiles. 20, 11, 15 ne *aries* ferire muros adsultibus densis -r posset.

contemplābundus, -a, -um *a* contemplari. *i. q. contemplans*: TERT. adv. Marc. 4, 40 p. 560, 24 spiritus enim propheticus velut iam contemplabundus dominum ad passionem venientem.

contemplātim NOT. Tir. 82, 12. *cf.* contemplare.

contemplātio, -ōnis *f. a* contemplari. *pluralis*: HIL. in psalm. 51, 15 AVELL. p. 744, 23. 765, 25. 766, 3. GLOSS. *θεωρία* (*cf. p. 648, 51*), *πρόσχημα*, *κατανόησις*, consideratio. HIER. in Ezech. 7, 5 p. 65 *προσκόπησιν*, id est -em et prospectionem. *inde a* CIC.

I *proprie, oculorum*: CIC. nat. deor. 2, 105 quorum *caelestium* -e nullius expleri potest animus. div. 1, 93 Aegyptii..., cum ex terra nihil emineret, quod -i caeli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. PAVL. FEST. p. 42 considerare a -e siderum videtur appellari. VAL. MAX. 2, 10, 1 totum consilium a *tabularum* -e oculos avertit (*cf.* PLIN. nat. 36, 32 in *Hecates statuae* -e admonent aeditui parcere oculis. LACT. inst. 3, 9, 17. PANEG. 10, 4 ipsum a tenero intuentes, in ipsum oculis ac mente conversi nihil ab eius -e deflectunt. HIER. hom. Orig. in Luc. 3 p. 254 quando oculus in ea *corporalia* -em direxerit). VAL. MAX. 5, 2 ext. 1 Dareus . . . amiculo Sylosontis . . . delectatus curio⟨sio⟩re -e fecit, ut . . . sibi . . . daretur. SEN. dial. 8, 5, 4 natura . . . hominem . . . habilem -i factura. PETRON. 12 Ascyltos iniecit -em super umeros rustici emptoris. PLIN. nat. 36, 27 negotiorum . . . acervi omnes a -e . . . abducant. QVINT. decl. 265 p. 65, 17 homo . . . animal . . . in -em omnium, quaecumque mundo contigerunt, constitutum. APVL. met. 3, 9 formae simul et aetatis -e . . . ad . . . indignationem arrecti. 3, 16 tui -e. flor. 23 p. 102 navem . . . omnibus armamentis . . . honestis ad -em. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 86 circa -em mulieris. SOL. 17, 8 -e *pantherarum* armenta mire affici. PANEG. 5, 15. 6, 1 ipsa vultuum vestrorum -e. ARNOB. nat. 1, 60 quod oculorum susciperet iniectum et ubi se figere inertissimae posset -is obtutus. 6, 10 indubitabili luminum -e. LACT. inst. 2, 6, 6 distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili -e contrectent. HIL. in Matth. 14, 2 corporis eius -e (16, 6). trin. 5, 20 in somnio sacramenti revelatio est, non corporalis -o. ITALA Dan. 2, 31 (Cypr. testim. 2, 17) -o eius imaginis metuenda (*πρόσοψις*, VVLG. intuitus). VVLG. gen. 30, 41. SIDON. epist. 7, 10, 1 conspectus tui sacrosancta -e. HIL. epist. pontif. 555 Thiel 8 praef. 1 si ad haec quae ecclesiasticae quietis -e utcunque sopita sunt, oculis cordis intendat (*in imagine*). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 27, 24 -e percepta. GREG. TVR. Franc. 2, 3 de reliquis vero eius haec ipse praefatus scriptor . . . propria -e prospexit. PS. VEN. FORT. vita Med. 6, 17. *i. q. vis intuendi*: CHALC. comm. 237 oneraria . . . navis eminus visa perexigua adparet deficiente -is vigore. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 178^{C} pro intuitu et inspectione -is capreae comparatur. *de dei intuitu in caelo*: NOVATIAN. trin. 28 p. 942^{B} credens in filium exerceatur in imaginis -e, ut . . . possit et crescere ad dei . . . perfectam -em . . . polliceri deprehenditur -em et aspectum patris. PS. HIL. dedic. eccl. p. 882^{B} resuscitati a mortuis . . . -e eiusdem sui conditoris . . . gaudebunt. AVG. civ. 7, 31 -is eius ineffabilem dulcedinem. 11, 32 angeli . . . -e fruantur. in psalm. 26, 2 quam erit illa -o perfecta, tam ista perfecta protectio. trin. 1, 8, 17 quant. anim. 35, 79 (*cf.* in psalm. 75, 5 in -e quadam et speculatione facta est habitatio *dei* in Sion). LEO M. serm. 95, 8 quod oculus non vidit nec auris audivit, . . . per ineffabile gaudium aeternae -is obtineat. CLAVD. MAM. anim. p. 150, 16 in ipsius . . . incorporei beatissima -e. *cf.* AVG. civ. 12, 21 -e incorporeae lucis. CASSIOD. in psalm. 24, 14 oculi mei semper ad dominum: -em suam fuisse dicit semper ad dominum. *i. q. aspectus*: HIL. in Matth. 2, 6 plebi infidae . . . testimonium de domino suo mittitur et -is et vocis. MACR. sat. 2, 2, 2 rex -e tanti exercitus gloriabundus. SVLP. SEV. chron. 2, 12, 4 illa fortissimi vincula propositi ne Martini quidem -e laxavit *virgo*. VICTORIN. ad Ruric. epist. 2 ad primum vestrae agnitionis -isque congressum. APRING. in apoc. 4, 1 consternatus potentiae -em. GREG. TVR. vit. patr. 12 prol. vites . . . amoena nos -e laetificant. *i. q. imago*: MIN. FEL. 1, 1 eius -o . . . subtracta est oculis . . . , pectori implicata est. ARNOB. nat. 2, 60 licet nulla possit imaginatione formari, auras . . . nescio quas *dei* sibi -is affingere. HIL. in psalm. 51, 15 in quo *tabernaculo* sanctarum virtutum tremendae -es et salutares visiones extiterunt. CASSIOD. var. 1, 15, 1 sequentibus pro iustitiae -e praestares. *i. q. facies*: CHALC. comm. 132 angelos stare . . . dicunt *Hebraei* ante dei venerabilis -em. *cf.* GREG. TVR. Mart. 2, 2 in -e luminis orationem fundat. HIL. trin. 7, 35 neque ostensionem veluti corporealis -is desideravit. *i. q. species*: SOL. 37, 23 siderites a -e ferri nihil dissonat. *i. q. figura geometrica*: PS. BOETH. geom. p. 414 arealis illa -o.

II *translate, mentis*: CIC. fin. 4, 18 amplitudines quaedam bonorum . . . profectae a -e rerum occultarum, quod erat insitus menti cognitionis amor. 5, 11 *vitae ratio* in -e et cognitione posita rerum (5, 51 stellarum motus -esque rerum caelestium eorumque omnium, quae naturae obscuritate occultantur, cognitiones quem ad modum nos moveant. Tusc. 5, 9. off. 1, 153 cognitio -oque naturae. ORIBAS. syn. 1, 7). fin. 5, 49 maiorum rerum -e. ac. 2, 127 est . . . animorum . . . naturale quoddam quasi pabulum consideratio -oque naturae (CHALC. comm. 6 -em considerationemque institui naturalis . . . iustitiae. *cf.* RVFIN. apol. Orig. 3 p. 560^{A} GLOSS. IV 222, 24). nat. deor. 1, 50 summa . . . vis infinitatis et magna ac diligenti -e dignissima est. ad Brut. 2, 7, 6 virtutis disciplinam meliorem reperiet nullam quam -em atque imitationem tui. VAL. MAX. 8, 15 pr. CELS. 1 prooem. p. 2, 8 rerum naturae -o (p. 8, 28. 10, 21 SEN. epist. 65, 17. PLIN. nat. 37, 1 ad summam absolutamque naturae rerum -em). p. 11, 29 a communi fluentis morbi -e. SEN. dial. 6, 24, 4 -e virtutum (TAC. Agr. 46 HIL. in Matth. 11, 10 APRING. in apoc. 1, 17). 8, 2, 1 -i veritatis totum se tradere (epist. 94, 45). 8, 5, 8 -i vacare. 8, 6, 1 assiduam -em. 8, 7, 1 nec ille, qui voluptatem probat, sine -e est, nec ille, qui -i inservit, sine voluptate est. 8, 7, 2 nec ille sine actione contemplatur, nec hic sine -e agit. nat. 3 pr. 2 ad -em sui . . . respiciat (MELA 1, 2 QVINT. inst. 2, 18, 4 PS. APVL. Ascl. 21 HIER. epist. 53, 1). 6, 32, 1 -e naturae (epist. 92, 6. PLIN. nat. 2, 47 rem in tota -e naturae maxime miram. 11, 5 QVINT. inst. 3, 6, 86). epist. 4, 1 ex -e mentis ab omni labe purae (*cf.* PANEG. 10, 4. AVG. civ. 10, 29 animae -em, qua in deo figitur. MART. CAP. 6, 706 unum est, quod animi sola -e conspicimus, aliud, quod etiam oculis intuemur). epist. 64, 6 mihi . . . auferre multum temporis solet -o ipsa sapientiae. non aliter illam intuor . . . quam . . . mundum, quem saepe tanquam spectator novus video. 65, 17 animus . . . in rerum naturae -e requiescit (*cf.* 110, 9 PLIN. nat. 9, 67. 36, 116 aufert animum . . . -o tam prodigae mentis. QVINT. inst. 2, 4, 20. 6, 2, 5 ab ipsa veri -e abducenda mens. PS. QVINT. decl. 17, 4 mens in obitus -e posita. PLIN. epist. 2, 1, 12 totus animus in hac una -e defixus est. AVG. trin. 4, 18, 24. gen. ad litt. 3, 22 p. 88, 27 mens hominis distribuitur in aeternae -is veritatem. CLAVD. MAM. anim. p. 1, 18 CASSIOD. inst. div. 9). SEN. epist. 66, 6 animus intuens vera . . . in omnes *mundi* actus -em suam mittens. 76, 28 -o futuri operis iuvat. 100, 3 illud . . . multum est primo aspectu oculos occupasse, etiam si -o diligens inventura est, quod arguat. CVRT. 10, 9, 7 ad ordinem, a quo me -o publicae felicitatis averterat. COLVM. 1 praef. 24 -o . . . omnium . . . partium quanto cuique contigit. 3, 12, 4 ad quae -em suam derigat. PLIN. nat. 18, 206 sideralis difficultas . . . subicienda -i est. 27, 146 quae -o aufert nos ad ipsorum animalium naturas..., -e ante cuncta mirabili. 37, 143 omnia genera in -em universam vocari. QVINT. inst. 1, 12, 18 fructum *eloquentiae* ex animo suo et -e ac scientia petet. 3, 6, 90 rerum . . . *et* scripti -e (*cf. supra l. 5.* PLIN. epist. 2, 11, 7. SOL. 38, 1 obscurare et contegi -o rerum solet. EVSTATH. Bas. hex. 1, 1 p. 869^{A}). APVL. Plat. 2, 23 ipsa sumus -e contenti. PS. APVL. Ascl. 11 -e divinitatis. 12. VLP. dig. 40, 5, 24, 16 alia -e adgnovit legatum. TERT. anim. 9 hoc nos sapere interim primordii -o inducat. 43 id poterit audiri, quod dei -o suggerit (LACT. inst. 3, 9, 17 AVG. civ. 19, 19). CHALC. comm. 285 praesumpta eorum existentia -e possibilitatis. RHET. min. p. 588, 7 per ea, quae in -em possunt venire. HIL. in Matth. 14, 12 ipsa sensus subtilitas . . . ad rei -em . . . obstupescit. trin. 10, 53 si . . . causam radiantis lucis sollertius acies curiosae -is inquirat. AMM. 26, 2, 8 adhiberi oportere collegam -e poscente multiplici. COD. Theod. 9, 40, 10 (*a. 366*) formam ultionis, quam modus facti -oque dictitaverit. AMBR. Iac. 1, 2, 5. HIER. in Eph. 4, 4 p. 668 ad scientiam et -em, quae ab illis appellatur *θεωρία*. AVG. civ. 7, 31 a -e suae lucis aversos. 8, 4 -o perspectionem sibi vindicat veritatis. 19, 2 in -e vel inquisitione veritatis otioso. 22, 1 spiritus . . . suae -is habiles. serm. ed. Mai 107, 3 christiani . . . provocantur venire ad domum dei exemplo et -e peiori. c. Fort. 20 hoc etiam praesentium -o prosequi debet et suscipere. in psalm. 83, 11. gen. ad litt. imperf. p. 479, 4 dispositio, quae ab infirmioribus animis -e stabili videri non poterat, . . . quasi istis oculis cerneretur. PAVL. MED. bened. 9, 2 praedicatores ecclesiae, qui . . . noverunt . . . -is montes intrepide conscendere. SACR. Leon. p. 347 in martyrum -e constituens . . . salutiferae confessionis exemplum. EVSTATH. Bas. hex. 5, 9 p. 919^{C} -is aviditate. SIDON. epist. 9, 9, 16 sub tuae . . . -e conscientiae. APRING. in apoc. 1, 16 ad -em saepe maiorum minorum sumuntur exempla. CASSIOD. inst. div. 9 apocalypsis . . . animos ad supernam -em deducit et facit mente cernere, quod angeli videndo beati sunt. *nota i. q. vigor intuendi*: CHALC. comm. 104 ratio . . . perspicacem mentis -em convigetaverit. *i. q. ratio intuendi*: CHALC. comm. 193 -o facilis intentio est. 238 quae . . . dispergat undique lucem -is.

III *i. q. respectus, ratio, saepe inde ab* APVL. PAVL. sent. 2, 19, 2 -o enim publicae utilitatis privatorum commodis praefertur. VLP. dig. 35, 192 quod sibi relictum est hac -e, ut liberos suos emanciparet. PAPIN. dig. 36, 3, 95, 3 sine -e iuris praetorii. TERT. apol. 39 penes deum maior est -o mediocrium. IVST. 7, 5, 7 liberorum -o. ITALA Gal. 6, 1 (Cypr. epist. 55, 18) in -e habentes unusquisque (VVLG. considerans). SYMM. epist. 9, 140 amicitiae nostrae -em gerere. CLAVD. DON. Aen. 1, 637 Aeneae -o considerari . . . debuit. AMBR. Abr. 1, 2, 9 nec patriae contuitus nec parentum . . . gratia . . . nec uxoris -o nos revocare debet. 2, 9, 63 deus . . . etiam primae feturae . . . -em habens (COD. Iust. 4, 54, 6). off. 3, 9, 63 honestatis -o. HEGES. 3, 8, 2 nulla aetatis -e. TEST. Iulian. (Corp. XIV 2934) ob eadem -e. *ablativus saepe praepositionis loco ponitur, fere i. q. gratia, causa*: APVL. met. 8, 30 non meae salutis, sed simulacri iacentis -e in vita me retinendum censuere. PAVL. sent. 5, 4, 21 quod factum -e morum et causa publicae honestatis vindictam . . . expectat. dig. 18, 1, 58. VLP. dig. 3, 5, 3, 20

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pecuniam dedero tui -e. 3, 5, 5, 5 negotia mea gessit non mei -e, sed sui lucri causa. 5, 3, 13, 12 non videtur pro herede ... possidere, qui -e alterius possidet. 25, 6, 8 hic -e ventris non attigit hereditatem. EDICT. imp. Maximian. Lact. mort. pers. 34, 4 -e mitissimae nostrae clementiae. PS. HIL. libell. 11 -e sexus. QVEROL. p. 59, 19 DICT. 3, 25. 5, 14 AMM. 26, 8, 10. AMBR. Abr. 1, 3, 19 ut vel transfundendae hereditatis -e, si nullo contuitu pudoris moventur, digno studeant matrimonio. RVFIN. hist. 5, 24, 17 SVLP. SEV. chron. 2, 25, 3. OROS. hist. 6, 21, 20 -e pacis. MART. CAP. 5, 448 LEO M. epist. 65, 3 AVELL. p. 21, 22. 40, 5 *et saepe*. PRISC. gramm. III 112, 4 elementum est, quando in duo dividitur modo syllabico, id est -e temporum ut fieri pro firi. CASSIOD. var. 4, 17. THEOD. MOPS. ad I Tim. 4, 14 -e honoris presbyterium illud nominavit. LEX Visig. 4, 1, 1. 5, 7, 16. 9, 3, 4. CORP. III 6587 (*Alexandriae*). pro -e: LEO M. epist. 164, 5 pro divinae maiestatis -e. AVELL. p. 19, 17 pro -e Christi. CONC. Aurel. a. 549 p. 105, 4 pro dei -e. *nota*: CHALC. comm. 291 silvam vero -e opificis *a philosophis* dictam, quod eam fingat. *i. q. spectat ad aliquid*: EPIPHAN. Avell. p. 744, 23 -es quas *lapides in rationali pontificis appositi* ad divinum cultum referant. p. 765, 8 onychinum lapidem duodecimum invenimus positum, ita ut Beniamin -em sui modis omnibus adtrahat. p. 765, 10 iuxta -em. p. 765, 17 veluti fictam -em nos in istis lapidibus attulisse. p. 765, 25 propter veritatis -es berylli lapidi, quae in ipsum Ioseph explentur, coaptari. p. 766, 3 beryllus in Ioseph accommodatus ob -es eidem consonantes. p. 771, 22 habet ... et aliam -em nominis huius intentio. APRING. in apoc. 4, 6 per -em rerum spiritualium omnes sanctae divinitatis enuntiare fidem ... demonstrantur.

IV *teli intentio*: GLOSS. στοχασμός. IV 324, 15 intentus. PLIN. nat. 6, 194 sagittis praecipua -e utantur. *cf. p. 646, 80. 649, 70.*

contemplātīvus, -a, -um *a* contemplari.

i. q. θεωρητικός: GLOSS. -a θεωρητικά. II 556, 18 θεωρικά (*cf.* V 395, 32). FVLG. myth. 2, 1 p. 36 theoreticam *vitam* ... quam nos Latine -am ... nuncupamus (GLOSS. V 377, 40). ... -a est quae ad sapientiam et ad veritatis inquisitionem pertinet. SEN. epist. 95, 10 nulla ars -a sine decretis suis est ... philosophia autem et -a est et activa. spectat simul agitque *eqs.* (AVG. civ. 8, 4 studium sapientiae in actione et contemplatione versatur, ... -a autem ad conspiciendas naturae causas et sincerissimam veritatem. EVCHER. form. praef. p. 5, 23. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 3 p. 8, 6 Br. [*syn.* speculativa]. CASSIOD. var. 12, 15, 3. ISID. praef. test. 36 *disciplinam* theoreticam id est -am). PS. RVFIN. in psalm. 13, 9 vita -a (AVG. serm. ed. Mai 169, 4 POMER. 1 prol. 3 GREG. M. epist. 15, 7, 5. 15, 7, 22 ISID. sent. 3, 15, 1. 4. 5. diff. 2, 130 vita ... -a *est*, quae vacans ab omni negotio in sola dei dilectione defigitur). AVG. civ. 14, 22 virtus (POMER. 1 prol. 3 CASSIOD. in psalm. 96, 8). c. Faust. 27 ratione, quae partim -a est, partim activa, procul dubio contemplatio praecellit. BOETH. top. Arist. 6, 2 p. 972^{C} sicut Xenocrates prudentiam definitivam et -am eorum quae sunt dicit esse. *nota*: SIDON. epist. 7, 14, 2 si eloquentibus amicis numquam agnitio -a proveniat, *i. cognitio.* *de personis i. q. philosophi academici*: CASSIOD. hist. 5, 13 p. 994^{A} -i philosophi libros Platonis et Plotini declarantes ... sed Aetius -um doctorem non habens.

contemplātor, -ōris *m. a* contemplari. CLEDON. gramm. V 37, 23 -tor est verbum futurum passivi imperativi ut contemplator contempletur, est et nomen hic -r, huius -is.

1 *proprie*: CIC. Tusc. 1, 69 cum videmus ... hominem ... ipsum quasi -em caeli ac deorum cultorem. CYPR. mort. 17 deus ... est occultorum -r et cognitor. MACR. sat. 7, 14, 7 in speculis imago adversa -em suum respicit. APVL. flor. 18 p. 90 Thales ... geometriae ... primus repertor et naturae rerum certissimus explorator et astrorum peritissimus -r. **2** *translate*: SEN. dial. 11, 8, 4 animus -r admiratorque mundi. PANEG. 10, 4 recte factorum -r acerrimus. AVG. in psalm. 71, 13 hoc iam non expositorem, sed -em desiderat. *de deo*: AVG. in psalm. 38, 6 in caelo -r mecum erit amicus, non calumniator inimicus. SALV. gub. 2, 1 quibus *exemplis* deus noster -r sollicitissimus et gubernator piissimus et iudex iustissimus comprobatur. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 232 deorum fuisse -em. 2, 187 -es omnium atque iudices contentionum sacerdotes esse decreti sunt (*cf.* TERT. nat. 1, 10). *i. q. tutor*: CASSIOD. hist. 4, 32 providentia vestri -is estis alienati, id est pontificis Athanasii. **3** *de telo* (*cf. l. 28*): GLOSS. εὔστοχος, στοχαστικός. AMM. 19, 1, 7 ubi iam telo forte contiguum *Grumbatem* -r peritissimus advertisset, contorta ballista filium eius ... perfodit. *fem.* **contemplātrīx,** -īcis. CELS. 1 prooem. p. 10, 8 medicinam esse ... quasi viam quandam, quam μέθοδον *Graeci* nominant, eorumque quae in morbis communia sunt, -em esse contendant. APVL. Plat. 2, 8 hinc rhetoricae duae sunt apud eum partes, quarum una est disciplina -x bonorum, iusti tenax *eqs.* *ea, quae prospicit*: EPIST. Alex. p. 191 mira ... terra *India* ... -x (contemperatrix *Hey*) et pariens publica figurarum ac fructuum. *cf.* contemplator *l. 69.*

contemplātōrius, -a, -um *a* contemplator, contemplari. *i. q. contemplativus*: EVSTATH. Bas. hex. 1, 7 p. 874^{B} artium omnium aliae factrices, aliae negotiales appellantur, aliae -ae, et -arum quidem finis est sola mentis intentio.

contemplātus, -ūs *m. a* contemplari. **1** *proprie*: ITIN. Alex. 6 quod plus usui, quam -ui (contemptui *codd.*) lenocinaretur. FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 15 refugo quodam -u secretior humanos intuitus ... vitabat. **2** *translate*: OV. trist. 5, 7, 66 meque reduco a -u summoveoque mali. **3** *i. q. respectus*: PANEG. 7, 14 eum ... adhuc -u tui cogamur revereri. MACR. sat. 1, 10, 22 delectari deum honore servorum -u laboris. somn. 1, 1, 5 pro -u probi improbive meriti.

contemplor, -ātus sum, -ārī [*a* con *et* templum *derivatum esse videtur. Th.*]. PAVL. FEST. p. 38 -ari dictum est a templo, id est loco, qui ab omni parte aspici vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant. PS. ASPER gramm. suppl. 50, 27 verba deponentia ... ut ... -or. AVG. gramm. V 513, 42. *de quantitate e vocalis*: VLT. SYLL. gramm. IV 244, 2 paenultima ... interdum positione longa ut 'utinam contempler'. contemplo: VARRO ling. 7, 9 in hoc templo faciundo arbores constitui fines apparet, et intra eas regiones, qua oculi conspiciant, id est tueamur, a quo templum dictum et -are ut apud Ennium in Medea: '-a et templum Cereris ad laevam adspice'. -a et conspicare id⟨em⟩ esse apparet, ideo dicere, cum conte⟨m⟩plum facit, augurem conspicione *eqs.* PRISC. gramm. II 392, 9 plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae contra consuetudinem ... activam pro passiva ... habent terminationem, ut ...-o pro contemplor. *legitur apud scaenicos, qui, si versu iudicare licet, ante* TER., *activum solum admittunt (sed v.* PLAVT. Poen. **1129** *l. 44), nusquam deponens (cf. Langen, symb. p. 60 et infra l. 75), deinde rursus inde ab* APVL. *(v. p. 651, 41 et 652, 53) et* GLOSS. GLOSS. ἀτενίζω. -atur speculat(ur). considerat, conspicit. -ati contuiti. στοχάζομαι (*sine exemplo, sed v. p. 649, 28 et 652, 18*). -o καταιῶ, κατασκοπῶ. -are στοχάσασθαι, extimare, invenire vel compingere. V 185, 3 -bo videbo, intuebor. -or *invenitur apud* TER. (*sed v.* PLAVT. Poen. 1129) POMPON. CIC. LVCR. LIV. VERG. georg. HOR. carm. sat. VELL. VAL. MAX. SEN. phil. CVRT. COLVM. MELAM PETRON. PLIN. nat. STAT. QVINT. FRONTIN. *et recentiores.*

I *proprie i. q. oculis conspicere*: NAEV. trag. 3 -a placide formam et faciem virginis (*cf.* PLAVT. Persa 548 -emus [-emur *A P*] formam). PLAVT. Amph. 441 quom illum -o et formam cognosco meam. Asin. 538 meum caput -es. Cist. 702 sed is hac abiit. -bo. hinc huc iit, hinc nusquam abiit (*trad.* -or). Epid. 383 habere speculum, ubi os -rent suom. 622 aspecta et -a Epidice (TITIN. com. 21). Merc. 407 -ent, conspiciant omnes. Most. 172 quin me aspice et -a, ut haec me deceat. 282 agedum -a aurum et pallam, satin haec ⟨me⟩ deceat. 831 ut quicquid magis -o (-or *A P*), tanto magis placet (*cf.* Persa 564 edepol qui cum hanc magis -o, magis placet, *ubi A* -or). Poen. 1129 (*loco compluribus de causis suspecto*) mirari noli neque me -arier. Trin. 863 loca -at, circumspectat sese. ENN. trag. 101 corpus -atur, unde corporaret vulnere. 244 Athenas, anticum opulentum oppidum -a et templum Cereris ad laevam aspice. sat. 3 -o (*trad.* -or) indo loci liquidas pilatasque aetheris oras. TER. Haut. 617. Phorm. 210 voltum -amini. 550. TITIN. com. 91 -ari ancillas. ACC. trag. 556 -a hanc sedem. POMPON. Atell. 190 interim dum -or orcam ⟨...⟩, taxillos perdidi. CIC. Verr. 5, 33 accessit ad argentum, -ari unum quidque otiose et considerare coepit (*cf.* COLVM. 9, 8, 2. APVL. Socr. 23 p. 173 neque enim in emendis equis phaleras consideramus et baltei polimina inspicimus et ornatissimae cervicis divitias -amur). Planc. 2 cum intueor et -or unum quemque vestrum (*cf.* Tusc. 3, 33 LIV. 9, 5, 8. AVG. serm. ed. Mai 83, 2 in principio erat verbum ... hoc quis capit? quis colligit? quis intuetur? quis -atur? *cf.* ITALA *et* VVLG. Marc. 10, 27 *p. 651, 7*). CIC. orat. 9 nec vero ille artifex, cum faceret Iovis formam ..., -batur aliquem, e quo similitudinem duceret. rep. 6, 29 animus ... iam tum, cum erit inclusus in corpore, ... ea quae extra sunt, -ans. leg. 2, 4 studioseque *virorum* etiam sepulcra -or. nat. deor. 1, 52 deus ... terras et maria -ans. 2, 4 caelum suspeximus caelestiaque -ati sumus. 2, 98 oculis quodam modo -ari pulchritudinem rerum earum, quas divina providentia dicimus constitutas. fin. 5, 48 videmusne, ut pueri ne verberibus quidem a -andis rebus perquirendisque deterreantur. HOR. sat. 1, 1, 67 nummos -or in arca. 1, 2, 90 ne corporis optima Lyncei -ere oculis, Hypsaea caecior illa, quae mala sunt, spectes. carm. 3, 29, 7 VERG. georg. 4, 61. LIV. 9, 36, 11 -atus opulenta Etruriae arva. 24, 46, 1 -atus ... situm urbis (26, 10, 3. 30, 36, 6. 44, 13, 8 CVRT. 3, 4, 11. 7, 6, 12). 25, 23, 11 ex propinquo murum. 30, 32, 5 -antibusque ... hostium aciem, cum ⟨non⟩ oculis magis quam ratione pensarent vires. 31, 24, 4 regium agmen ex specula quadam. 35, 28, 2 ab omni parte loci naturam (CVRT. 4, 8, 1 COLVM. 8, 16, 7). 40, 40, 11 imperator Romanus aversos hostes -atus. CARM. epigr. 77 tumulum -a meum (82, 1. 83, 1. 1205, 1 nostrum -a sepulcrum). VELL. 2, 107, 2. SEN. epist. 115, 4 diu -atus multum extantem superque mensuram solitorum inter nos aspici elatam, oculis *eqs.* COLVM. 1, 2, 1 quo prudentius naturam soli ...-etur. 8, 17, 8 qualitatem litoris nostri -emur. MELA 1, 72 Corycius ... mentes accedentium primo aspectu consternat, ubi -ari duravere, non satiet. PLIN. nat. 35, 82 artificem protinus -atum subtilitatem. STAT. Ach. 1, 457 Graecia vires -ata suas. APVL. met. 9, 42 scrupulosius -antes singula. flor. 9 p. 29 -atus frequentiam tantam. Socr. 20 p. 167 facultas -andi divinam effigiem. apol. 15 semet in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

speculo -rentur. 41 an hariolis licet iocinera rimari, philosopho -ari non licebit? FRONTO p. 234, 14 N. in huius facie illum amissum -or. TERT. spect. 30 xystici -andi. ieiun. 6 nec ipsum Moysen deo pastum inediamque eius nomine saginatam constanter -ari valeret pinguior populus. praescr. 3 homo in faciem, deus in praecordia -atur *eqs.* PANEG. 11, 23 suspicere iam in caelum licet et securis -ari astra luminibus. ITALA Marc. 10, 27 (cod. n) -atus illos Iesus (*ἐμβλέψας*, VVLG. intuens). Phil. 3, 17 (Mar. Victorin. *ad l.*) -amini eos, qui ita incedunt (VVLG. observate). HIL. in Matth. 31, 5 deum . . . caesum et consputum et crucifixum essent -uri. trin. 5, 17 ut patriarcha videat et credat, quod apostolus -atur et praedicat. AMM. 15, 5, 12 -ans diligentius scripta. 18, 2, 10 quod hostes sollertissime -ati. 20, 5, 2 dum alte -atur praesentium vultus. 24, 2, 12 quae defensores intentius -ati. AVSON. 431 Patroclus . . . Eurypylum -atur aegrum ex vulnere. TRACT. in Luc. 6, 7 aspero et torto aspectu in circuitu -atis. HIER. epist. 96, 19 -antes corporum venustatem non quaerunt morum pulchritudinem, sed membrorum. VVLG. II par. 16, 9 oculi enim domini -antur universam terram (prov. 15, 3 bonos et malos). Iob 35, 5 -are aethera quod altior te sit. 39, 29 inde -atur escam (*ζητεῖ σῖτον*). Is. 21, 7 -atus est diligenter multo intuitu. 47, 13 augures caeli, qui -bantur sidera. 52, 15 qui non audierunt, -ati sunt. Nah. 2, 1 -are viam (*σκόπευσον*). Hab. 2, 1 -bor, ut videam quid dicatur (*ἀποσκοπεύσω τοῦ ἰδεῖν*). II Cor. 4, 18 non -antibus nobis, quae videntur, sed quae non videntur. AVG. vera relig. 33, 61 animus perverse iudicat, cui ad -andam summam pulchritudinem mens, non oculus factus est. 54, 106 nondum habet ad aeterna -anda idoneam mentis aciem, qui visibilibus tantum credit. CASSIAN. inst. 1, 1, 3. PALLAD. hist. mon. 2, 10 p. 359^{C} alium autem Macarium -atus sum . . . in loco qui dicitur Cellia. APRING. in apoc. 20, 7. *sequitur enuntiatum*: PLAVT. Most. 166 -a, amabo, mea Scapha, satin haec me vestis deceat. 172. 282 ENN. scaen. 114. LVCR. 2, 114 -tor enim, cum . . . fundunt radii per opaca domorum. 6, 189 VERG. georg. 1, 187. LIV. 3, 28, 1 -atusque, qui tractus castrorum quaeque forma esset. *seq. infinitivus*: FRONTIN. strat. 1, 2, 7 -atus procul avium multitudinem consurrexisse. FRONTO p. 147 N. antequam diu ex adverso -retur pro personae vultu gestum sibi capessere ac vocem. AMM. 22, 15, 31 -bitur umbras assumi. MIRAC. Theclae 3 p. 171, 14 interea -atur puellam . . . speciosissimam . . . sibi assistere. *nota de loco*: HIPPOCR. aer. 5 civitates quae contra septemtrionem -antur (*ἐστραμμένων*). MART. CAP. 6, 668 Siga oppidum e regione Malacam urbem Hispaniae -atur. contemplo *apud posteriores*: AMM. 31, 5, 9 barbari hoc -ato globos inrupere nostrorum. 31, 15, 6 portatis scriptis et recitatis utque decebat -atis. RVFIN. apol. Orig. 3 p. 559 intuitisque . . . creaturis eius visibilibus, fide quoque invisibilibus -atis. AVG. serm. ed. Mai 21, 3 in illa patria (*in domo dei*) euangelium recitabitur, ut ipsum dei verbum -bitur. PS. AVG. catacl. 12 visis corporibus puerorum et -atis artubus. EVGIPP. Sev. 46, 4 fenestram, de qua poterat vehiculum sancti corporis -ari. LEO M. serm. app. 20, 2 duos soles . . . cernebant . . . discipuli, unum, qui ab eis omnibus -batur in firmamento, et alterum, qui . . . a vatibus . . . cernebatur, facies Iesu. APRING. in apoc. 1, 12 in domino . . . sacramenta conspiciuntur, non facies -atur. GREG. TVR. Franc. 7, 1 locum, quem iam de longinquo -bamus. glor. conf. 5. 8. 35. glor. mart. 50 vestrorum oculorum acies -are. 91 rex quae placuerit liberius -bit. 101. 102. 109 Martinum . . . corporeis oculis -ret. MARCELL. chron. II p. 62, 390, 3 columna . . . , quae hactenus -atur. *cum infinitivo*: NEMES. auc. 3 cum pedicas necti sibi -erit adstans.

II *translate*: *mente, animo conspicere, considerare*: LACT. inst. 3, 9, 13 ipsum factorem rerum omnium -emur, id est mente cernamus. PLAVT. Mil. 1029 tu cetera cura et -a. CIC. Deiot. 40 id animo -or, quod oculis non potes. TERT. nat. 2, 10 PANEG. 3, 14. AVG. civ. 19, 14 mente aliquid -etur. *cf.* RVFIN. hist. mon. 1. CIC. Flacc. 26 totam causam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, -amini. de orat. 151 anquirentibus nobis omnique acie ingenii -antibus (APVL. Socr. 2 p. 121 est aliud deorum genus, quod natura visibus nostris denegavit, nec non tamen intellectu eos rimabundi -amur acie mentis acrius -antes. *cf.* CIC. Tusc. 1, 73 qui . . . solem intuerentur, ut aspectum omnino omitterent, sic mentis acies se ipsa intuens . . . -andi diligentiam amittit). CIC. de orat. 1, 161 ornamenta eius ingenii per quaedam involucra . . . perspexi, sed ea -ari quom cuperem, vix aspiciendi potestas fuit (Tusc. 1, 44 totos . . . nos in -andis rebus perspiciendisque ponemus). epist. 2, 9, 2 te autem -ans absentem et quasi tecum coram loquerer. rep. 2, 69 numquam a se ipso intuendo -andoque discedat (*cf.* Tusc. 3, 33 vetat igitur intueri ratio molestias, . . . hebetem facit aciem ad miserias -andas . . . incitat ad conspiciendas . . . varias voluptates. *cf.* AVG. immort. 6, 1 EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 964^{A} *et p. 650, 55*). CIC. rep. 6, 16. nat. deor. 1, 77 quis tam caecus in -andis rebus umquam fuit, ut non videret? 2, 37 ipse autem homo ortus est ad mundum -andum et imitandum (Cato 77). off. 1, 153 omnia . . . summo otio secum ipse consideret et -etur (*cf.* APVL. Socr. 23 p. 174 HIPPOCR. progn. 16). 1, 154 ei tractanti -antique res cognitione dignissimas. LIV. 36, 22, 6 -atus omnia, quae noscenda erant. VELL. 2, 81, 1 exercitus . . . . qui plerumque -atus frequentiam suam a disciplina desciscit. VAL. MAX. 2, 6, 1 civium suorum oculos a -anda Asia retraxit. 4, 6 praef. legitimi . . . amoris quasi quasdam imagines non sine maxima veneratione -andas lectoris oculis subiciam. 4, 7 praef. -emur . . . amicitiae vinculum potens et praevalidum. 6, 9, 10 casuum nunc -emur varietatem. 7, 1, 1 caelum -are. 9, 6 ext. 1 ipsum fontem perfidiae -emur. SEN. dial. 9, 15, 3 universa -atus. epist. 86, 5 -antem mores Scipionis. PLIN. nat. 25, 9 *herbas* -ari. APVL. met. 10, 16 Fortunae -atus faciem. apol. 63 accipe . . . Maxime et -are. flor. 9 p. 38 moderationem tuam in provincialium negotiis -or. mund. praef. nihil maius suspexerint neque ad aliud intenderint, quod maiori diligentia -andum esset. Socr. 23 p. 173 corpus *equi* et animum -amur. VLP. dig. 27, 2, 3, 2 aetatem . . . -ari. TERT. praescr. 3 *v. p. 651, 5*. PANEG. 7, 14 -atus praesentia acrius, ventura prolixius, ambigua certius, captiosa felicius. 11, 13 imperii . . . faciem amoenam . . . -antes. HIL. in Matth. 4, 12 admiratione operum suorum et -andus et intellegendus omnibus efferatur. 11, 2 ad euangelia contuenda lex mittit, ut infidelitas fidem dictorum -etur in factis. DICT. 6, 15 in parentem insigne iaculum emittit infelicissimum casum vulneri -atus (*cf. p. 650, 28*). AMM. 23, 3, 3 visorum interpretes praesentia -antes. VVLG. Ier. 9, 17 -amini et vocate lamentatrices (HIER. *ad l.* -amini sive intellegite). eccles. 1, 16 mens mea -ata est multa sapienter. 2, 12 ad -andam sapientiam. II Cor. 4, 18 *cf. p. 651, 23*. EVSTATH. Bas. hex. 9, 6 p. 964^{A} non enim solus oculus ea quae extrinsecus habentur, inspiciens, seipsum non valet intueri, sed etiam mens ipsa satis acute aliena delicta -ans *eqs.* AVG. civ. 9, 22 daemones autem non aeternas temporum causas . . . -antur, sed . . . multo plura quam homines futura prospiciunt. ord. 2, 12, 35 beate -ari. quant. anim. 33, 76. immort. 6, 1 quolibet modo . . . se habeat, non id posset -ari animus per seipsum nisi aliqua coniunctione cum *vero*. nam omne quod -amur sive cogitatione capimus aut sensu aut intellectu capimus. vera relig. 33, 61 animus perverse iudicat, cui ad -andam summam pulchritudinem mens, non oculus factus est *eqs.* APRING. in apoc. 21, 16 ne forte extenderemus nos, quasi communem hominem -ari. *sequitur enuntiatum*: AVIEN. Arat. 106 -are, sacras ut mundus subrigat arctos. AMM. 29, 4, 1 illud -ans, quod maius pretium operae . . . regendis . . . barbaris quam pellendis. VVLG. Hebr. 12, 15 -antes (*ἐπισκοποῦντες*) ne quid desit gratiae dei. ORIBAS. syn. 1, 9. 11 -andum est, ut febricantes in declinatione (*febris*) auferatur sanguis. 6, 29 -ari oportet, qualis praecessit dicta. *seq. infinitivus*: AMM. 17, 10, 7 ultimas fortunarum iacturas adesse -atus. 20, 8, 7 cum nullas sibi vices a Caesare rependi posse -retur. PANEG. 3, 14 id scilicet animo -atus . . . numen . . . eius ac mentem toto infusam esse mundo. CASSIAN. conl. 4, 13, 2 PRISC. gramm. II 458, 16. EPIST. imp. inc. de Tymand. (Corp. III 6866) 5 -ati sumus ⟨Tyman⟩denos voto praecipuo . . . optare *eqs.* *nota*: IREN. 2, 13, 2 de quo quis -atur, de eo cogitat *eqs.* HIPPOCR. progn. 24 -ari decet de apostasi (*ὑποσκέπτεσθαι τὰ περὶ τῆς ἀποστάσιος*). *i. q. reputare*: AMM. 14, 10, 14 multa -ans. 16, 12, 32. 17, 1, 12 quae illi maturata ad suam perniciem -antes. 23, 3, 3. 24, 2, 12 quae defensores intentius -ati. 30, 5, 5 -atus propositum principis. *cum infinitivo*: AMM. 14, 1, 9 si prodisset, conspicuum se fore -ans. 17, 13, 6 quae imperator accidere posse -ans. 27, 12, 12 operam teri frustra -ans *et saepe*. *i. q. agnoscere*: CASSIAN. inst. 1, 1, 3 ex quo habitu confestim rex -atus hominem dei. contemplo *apud posteriores*: APVL. flor. 7 p. 26 sapientiae studium -rent. PS. QVINT. decl. 3, 18 cum ei velut propius -are licuerit. PAVL. dig. 48, 8, 17 ictus unius cuiusque . . . -ari oportet. HIL. myst. p. 27, 30 praesentia etiam in praeteritis -retur. CARM. de fig. 47 mentem -a. AMM. 16, 8, 6 legibus -atis. GREG. TVR. Franc. 5, 11 Christum . . . in sacris litteris -rent. *nota*: AMM. 23, 5, 11 illo minime -ato, quod aliena petenti portendebatur exitium. *Jacobsohn.*

contemplum, -ī *n.*; *cf. c.* contemplari. VARRO ling. 7, 9 *v. p. 650, 20.*

contemporālis, -e [*a* con *et* tempus, *cf. c.* temporalis. *Th.*]. *i. q. eiusdem temporis, aequalis, adi. et subst.*: TERT. anim. 27 *species seminis* indiscretas tamen vindicamus et hoc modo -es eiusdemque momenti. adv. Hermog. 6 coaetaneos et -es. adv. Val. 5 haeresiarcharum -es. adv. Marc. 1, 15 materia . . . innata et infecta et -i deo. HIER. chron. praef. Euseb. Semiramim autem et Abraham -es fuisse. MAR. MERC. Nest. serm. 12, 12 ut deitatem, quae aeterna est, carni -em non audeas facere. PHOEBAD. c. Arrian. 9 p. 19^{A}. HYD. praef. chron. II p. 13, 20 -es annos.

contemporāneus, -a, -um [*a* con *et* tempus. *Th.*]. *i. q. contemporalis*: GELL. 19, 14 lemm. -os fuisse Caesari et Ciceroni M. Varronem et P. Nigidium.

contemporo, -āre [*a* con *et* tempus. *Th.*]. *eiusdem temporis esse*: TERT. resurr. 45 p. 92, 5 -ant fetu, coaetant natu *caro atque anima*.

? **contemptātor.** GLOSS. IV 516, 33 fastus superbia, -r (contemptus *c*) aut contemptor (contemptus *b*). *L.*

***contemptibilis,** -e [*a* contemnere, contemptus. *Th*]. ISID. orig. 10, 47 -is vel quia contemptui habilis vel quia contemptus et vilis, id est sine honore. *comparat.* -ior, -ius. *non inveni superlativum.* GLOSS. *ἐξουδενημένος. εὐκαταφρόνητος. κατάπτυστος.* *legitur inde ab* ITALA, *apud scriptores ecclesiasticos passim.*

i. q. contemnendus vel contemptus: **I** *i. q. non optan-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dus, aspernandus: ITALA I reg. 15, 9 (Rufin. Orig. in num. 19, 1) omne quod fuit -e (*πᾶν ἔργον ἠτιμωμένον καὶ ἐξουδενωμένον*, VVLG. quicquid vero vile fuit et reprobum). VLP. dig. 21, 2, 37, 1 si ... quid aliud non -e veneat (*ibid.* res quae pretiosiores essent). CYPR. epist. 75, 10 ut et invocatione non -i sanctificare se panem et eucharistiam facere simularet. HIER. adv. Rufin. 2, 26 et tamen apostolus -iora nostra magis necessaria iudicat (*cf.* VVLG. I Cor. 12, 21 *sqq.*). AVG. epist. 199, 45 non -i disputatione docere voluerunt. serm. 246, 3 modicum videtur granum sinapis, nihil -ius aspectu. 342, 4 oleaster -is, amaritudine bacarum aspernabilis per totum mundum erat. in psalm. 140, 21 quomodo accipit terra quandam pinguedinem de rebus -bus et abiectis (*i. de corporibus mortuorum. ibid. passim*). c. Iul. op. imperf. 6, 19 non -is quaestio. SALV. eccl. 4, 43 exituri de habitaculo vili et -i ac iam iamque ruituro. EVSTATH. Bas. hex. 2, 1 p. 879^{B} non -is merces. 8, 2 p. 947^{C} neque enim est -e, quod omisimus. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 20, 25 quid, rogo, hic -e in Christo superbia humana fastidiat? CASSIOD. in psalm. 78, 2 illam templi pulchritudinem singularem sic -em putaverunt tamquam casellulam pomorum, quae vilis atque despecta ... deseritur. GREG. M. epist. 3, 62 quia et cibi -es plerumque dulces ex condimento bene coquentis fiunt. ORIG. in Matth. 15, 21 et si minima et -ia Petrus cum fratre suo reliquit.

II *i. q. facile tolerandus; non timendus; cui resisti possit*: SERV. Aen. 2, 646 facilis *est iactura sepulchri*: -is et levis sapienti viro. SCHOL. Stat. Theb. 1, 176 manuque fortunam fecere levem, id est -em (*cf. infra l. 49 sq.*). TERT. apol. 45 Epicurus omnem cruciatum doloremque depretiat, modicum quidem -em pronuntiando, magnum vero non diuturnum. anim. 33 o iudicia divina post mortem humanis mendaciora, -ia de poenis, fastidibilia de gratiis, quae nec pessimi metuant, nec.... DON. Ter. Phorm. 984 'lege agito' dicebatur ei, cuius intentio -is adversario videbatur. AVG. epist. 167, 3 ne putarent -e esse peccatum. civ. 4, 5 ut ex parvo et -i latrocinio pervenirent *gladiatores* ad regnum. 7, 24 *haec* longe -iora atque leviora sunt prae ista turpitudine crudelissima vel crudelitate turpissima. 9, 21 quamvis in illo -is videretur carnis infirmitas. SVLP. SEV. dial. 2, 11, 6 -em enim reddit exercitum, si virorum cohortibus turba feminea misceatur. IREN. 1, 14, 4 tamquam -e (*εὐκαταφρόνητον*) putasti esse verbum, quod ab ore veritatis audisti. LAMPR. Alex. 20, 3 molliorem tibi potestatem et -iorem imperii fecisti. CAPITOL. Gord. 23, 7 post quod non puerile et -e videbatur imperium. LVCIF. moriend. 2 p. 286 advertis quomodo caduca dominatio ... quod tanto ea iudicetur esse infirmis, -is, inanis, debilis et abiecta. VVLG. II Cor. 10, 10 quoniam quidem epistulae ... graves sunt et fortes, praesentia autem corporis infirma et sermo -is (*ἐξουθενημένος*). Ps. RVFIN. in Os. 4, 16 nec -ia fuisse sacrae legis praecepta nec sua vel impunita crimina vel desideria fructuosa. AVG. epist. 100, 2 non tibi vile sit neque -e ... quod nos rogamus ne occidantur. 153, 7. CASSIOD. hist. 6, 1 remoto fastu palatii -e videbatur imperium.

III *i. q. non venerandus, despiciendus vel despectus, humilis*: PORPH. Hor. carm. 1, 25, 10 levis ... dicitur autem pro eo, quod est -is. SERV. Aen. 1, 151 gravem *pietate virum*: venerabilem; unde et -es leves dicimus (= GLOSS. IV 599, 8 ISID. orig. 10, 112). *de hominibus et animalibus*: DECL. in Catil. 37 nihil illis -ius. VLP. dig. 1, 16, 19, 2 circa advocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne -is videatur. ITALA (Ambr. epist. 82, 3) *et* VVLG. I Cor. 6, 4 saecularia igitur iudicia si habueritis, -es qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum (*ἐξουθενημένους. cf.* AVG. c. Faust. 5, 10 POSSID. vita Aug. 19). ITALA II Macc. 1, 27 (Ambros.) illos -es aspice (*τοὺς ἐξουθενημένους καὶ βδελυκτοὺς ἔπιδε*, VVLG. libera eos, qui serviunt gentibus, et contemtos et abominatos respice). IVL. VAL. 1, 40 tantum regem Darium ... sub dicionem homullorum ... -ium deventurum. ARNOB. nat. 4, 34 soli sunt apud vos superi inhonorati, -es, viles. DON. Ter. Phorm. 422 nihilo -iorem in hac causa sibi senem quam Antiphonem fuisse ⟨dicit⟩, sed aetatem in illo fuisse despectam. ITALA II Esdr. 4, 4 (Lucif. non parc. 14 p. 239) exaudi, deus noster, quia facti sumus -es (VVLG. facti sumus despectui). AMBR. hex. 5, 10, 29 an -is tibi videtur *piscis*, quia mutus est rationisque expers? AMBROSIAST. in I Cor. 12, 11 in iis, qui -es mundo sunt. 12, 13 quia in aliquibus gloriabantur, aliquos vero velut -es spernebant (*ibid.* nullius personam quasi despectam contemnendam). 12, 23 cum ergo videantur -es, magis honori sunt. (*ibid.* quidam ... egestate et habitu inhonesti). in Rom. 10, 11 aspicient inter ceteros se solos gloriosos et prudentes, qui aestimati fuerant -es et stulti. HIER. epist. 146, 2 diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba -es facit. VVLG. Abd. 2 parvulum dedi te in gentibus, -is tu es valde (*εὐκαταφρόνητος, cf.* Ier. 49, 15. Mal. 2, 9 dedi vos -es et humiles omnibus populis. *ἐξουδενωμένους καὶ ἀπερριμμένους εἰς πάντα τὰ ἔθνη*. HIER. in Abd. 2 p. 368 tamen parvus es in gentibus et -is, et non solum -is, sed cum *ἐπιτάσει* valde -is). AVG. in psalm. 45, 4 illi, quem ipsi crucifixerunt ... cogitantes, quam -is esset. serm. 363, 2. epist. 185, 15 quidam ... molam ... ducere tamquam iumenta -ia verbere adacti sunt. civ. 5, 7 (*opp.* admirabilis). 5, 11 qui ... nec exigui et -is animantis viscera ... dereliquit. 20, 3 in omni despecto, id est in omni etiam qui -is hic videtur et ideo non videtur. 22, 5. SVLP. SEV. Mart. 9, 3 -em esse

personam, indignum esse episcopatu hominem vultu despicabilem, veste sordidum, crine deformem. HERM. Pal. mand. 7, 2 is, qui caret virtute, -is est. OROS. hist. 2, 11, 7 Xerxes bello in Graecia infeliciter gesto -is suis factus. NICET. fid. 5 infirmum et -em aestimare Christum. AVELL. p. 390, 11 si autem in his ... extitit -is atque despectus *sacerdos*. MAX. TAVR. bapt. 3 p. 779^{C} quamvis ille in saeculo nobilis sit, pauperis et in hoc saeculo -is christiani lavare pedes non erubescat. OP. imperf. in Matth. 2 p. 642 oculi eorum (*magorum*) -em puerum (*i. Iesum*) aspicere non poterant, quia spiritus sanctus ... terribilem eum monstrabat. 25 p. 760 quasi homicida fugatus est, quasi mercennarius -is ovium factus est pastor *Moses*. 34 p. 821 nec ille sibi priorem honorem defendere debet, qui prior natus est, nec ille -ior debet esse, qui postea. ISID. sent. 3, 16, 3 magna apud deum refulget gratia, qui huic mundo -is fuerit.

de rebus: ITALA I Cor. 1, 28 (Tert. adv. Marc. 5, 5) nec inhonesta et minima et -ia, quae non sunt ... *elegit deus*, ut confundat, quae sunt (*τὰ ἀγενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα*, VVLG. *sim.*). AMBR. patr. 11, 51 in illo velut -i corpore praevaluisti ... propter benedictionem uberum. AMBROSIAST. in I Cor. 12, 22 quamvis aliquis dignitate sublimis sit, si subiectus tamen defuerit ... ipsa dignitas -is erit. VVLG. Is. 49, 7 haec dicit ... ad -em animam, ad abominatam gentem. Mal. 1, 12 mensa domini contaminata est, et quod superponitur, -e est (*ἐξουδένωται*) cum igne qui illud devorat. sap. 10, 4 cum aqua deleret terram, sanavit iterum sapientia, per -e lignum iustum gubernans (*δι' ἐυτελοῦς ξύλου*). AVG. serm. 62, 4, 7 esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphizamur: quid tam extremum, quid tam -e. epist. 205, 13 cum ... doceret *apostolus* nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia, ex -bus gloriosa, ex infirmis fortia. CANON. Migne 56, 834^{A} nec enim necesse est ibi, *ubi sufficit presbyter*, episcopum ordinare, ne -e fiat episcopi nomen. NICET. spir. 16 ne quis autem spiritum sanctum ... -e aliquid existimet (VICT. VIT. 2, 93). OP. imperf. in Matth. 3 p. 651 melius est de -i genere clarum fieri quam de claro genere -em nasci (*ibid. passim*). CASSIOD. var. 8, 13, 6 illi digne ad vitia generis sui redeunt, qui -i stirpe nascuntur. ORIG. in Matth. 12, 29 species eius (*Christi*) inhonorata et -is prae filiis hominum (*ἐλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*). 14, 5 quod putatur ..., satis mihi videtur -e et indignum. ISID. sent. 3, 37, 1 et qui non vivit, sicut docet, ipsam quam praedicat veritatem -em facit.

iuncturae notandae: AVG. civ. 7, 24 longe -iora atque leviora sunt prae ista turpitudine crudelissima. ORIG. in Matth. 12, 29 *v. l. 35.* TERT. anim. 33 iudicia ... -ia de poenis, fastidibilia de gratiis.

adv. **contemptibiliter**: SCHOL. Hor. sat. 2, 6, 87 ⟨tangentis⟩: -ius ossa tangentis. AVG. doctr. christ. 4, 28, 64 talis doctor ut oboedienter audiatur non impudenter non solum submisse ac temperate verum etiam granditer dicit, quia non -r vivit. PALLAD. hist. mon. II 13 non autem praetermittam narrare etiam de his, qui -r conversantur (*ἐν καταφρονήσει*).

syn.: aspernabilis, fastidibilis, parvus, exiguus, vilis, humilis, levis, infirmus, mollis (imperium), debilis, inhonoratus, ignobilis, inhonestus, despectus, indignus. *opp.*: pretiosus, metuendus, terribilis, clarus, gloriosus, nobilis, honorabilis, venerabilis, admirabilis.

contemptibilitās, -ātis *f.* *a* contemptibilis. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 158 ac si quicquam timere vel revereri consueverint *aegroti*, non erit itidem ac frequenter inducendum; continuatio enim -em parit. OP. imperf. in Matth. 3 p. 651 item qui de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo -is illius non eius solius sed etiam generis eius. 35 p. 831 diaconatus diaconi -as videtur a nobis, vere autem non est -as eius sed actus ipsius.

(**contemptīcius,** -a, -um). *a* contemptus. NOT. Tir. 43, 95 contemptitius.

contemptim *adv.* [*cf. e.* contemnere. *Th.*]. *comparat.* contemptius *v. p. 655, 13 sqq.* GLOSS. V 304, 11 incontemptim non -m. *i. q. superbe vel neglegenter, secure, sine timore*: NAEV. carm. frg. 46 superbiter -m conterit legiones. PLAVT. Persa 547 ut -m, carnufex (*sc. loqueris; cf.* PRISC. gramm. III 56). Poen. 537 ne nos tam -m conteras. LVCR. 5, 1126 deicit ictos invidia interdum -m in Tartara taetra. LIV. 2, 30, 11 itaque effusi et -m pugnam iniere. 2, 35, 2 -m primo Marcius audiebat minas tribunicias. 2, 56, 12 facile -m de iure disserendo perturbare Lactorium poterat. 6, 38, 8 adversus ea cum -m (*i. contumaciter*) tribuni plebis rem nihilo segnius peragerent. 7, 7, 2 Hernicos, morte consulis -m ad castra Romana cum haud dubia expugnandi spe succedentes. 9, 41, 9 magnifice de se ac -m de Romanis loquentes. 25, 36, 10 captum hostem teneri latentem post sarcinas haec -m duces increpabant. 25, 37, 15 postquam neminem insequi viderunt, metu substitisse rati -m rursus et sedato gradu in castra abeunt. 27, 18, 2 adeo -m impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utrique parti animorum esset. 37, 10, 2 cum audisset ... Pausistratum praefectum superbe quaedam et -m in se contionantem dixisse. CVRT. 8, 7, 18 et a Dioxippo -m militarem eludente ferociam accepta condicio est. 8, 13, 15 sed dum supervenientes -m et superbe quoque expectant, ... obruti telis sunt. 9, 5, 8 itaque -m et incaute qui proximi steterant incurrerunt. PLIN. nat. 8, 50 quamlibet magna ca-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

num et venantium urguente vi -m restitansque cedit *leo* (*cf.* Sol. 27, 18 cum *leones* premuntur a canibus, -im [-i *R*] recedunt subsistentesque interdum ancipiti recessu dissimulant timorem). 8, 149 iussit *Alexander* ursos, mox apros et deinde damas emitti, -im (-u *nonnulli codd.*) immobili iacente eo (*cane*). Tac. hist. 3, 9 recitatae pro contione epistulae addidere fiduciam, quod summisse Caecina..., ipsorum duces -im (-i *Med.*) tamquam insultantes Vitellio scripsissent. 3, 47 quin et barbari -im (-i *Med.*, -ius *edd. nonnullae*) vagabantur fabricatis repente navibus. 3, 58 dilabi paulatim senatores equitesque, primo cunctanter et ubi ipse *Vitellius* non aderat, mox -m et sine discrimine. Oros. hist. 5, 4, 6 ita omnes metu perculit, ut prospectantibus cunctis ipse -m atque otiosus abiret. *huc pertinere videtur comparativus* contemptius (contempte *v. p. 645, 52*): Sen. dial. 10, 12, 1 quos a basilica immissi canes eiciunt, quos aut in sua vides turba speciosius elidi aut in aliena -ius. Svet. Dom. 11 et quo -ius abuteretur patientia hominum, numquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronuntiavit. Avg. c. Adim. 18 tanto fit uberior, quanto -ius possidetur. Tac. hist. 3, 47 *v. l. 8.*

synonyma et opposita: incaute. superbe (superbiter Naev.) submisse. magnifice.

contemptio, -ōnis *f. a* contemnere. *pluralis non legitur.* Gloss. καταφρόνησις. *inde ab* Rhet. Her. *apud* Cic. Caes. Liv. Sen. philos. Cvrt. Plin. nat. Tac. Gell. Apvl. Vvlg. Evgraph. *v.* contemptus, -ūs.

I ***intransitive*:** **A** *proprie*: *i. q. tacere, silere, loqui, audiri desinere, obmutescere, hic illic etiam quiescere, silentium tenere, obticere*: **1** *de hominibus*: PLAVT. Asin. 448 Bacch. 798 Merc. 271 Mil. 410 Rud. 1356. VARRO ling. 7, 79 -erunt homines. rust. 1, 49, 1. CIC. Catil. 3, 10 repente -uit. Pis. 26 cum obmutuisset senatus, iudicia (*i. iudices*) -issent. har. resp. 23 si ludius constitit aut tibicen repente -uit (= ARNOB. nat. 4, 31. GRAN. LIC. p. 20 antequam tibicines -issent). de orat. 3, 143 haec cum Crassus dixisset ... ipse -uit et ceteris silentium fuit. ac. 2, 93 quo in numero -isti. Tusc. 2, 3 qui iam -erunt paene ab eo ipso foro inrisi. Att. 1, 16, 10 -uit et considit. ad Q. fr. 2, 8, 1 -ui ... quievi. VERG. Aen. 2, 1 -uere omnes (*quae clausula identidem in parietibus Pompeianis scariphata legitur, notandum* CORP. IV 2213 contíquere. IV suppl. 4665. 4675 *et* Röm. Mitteil. 8 p. 57 contiquere. AVSON. 457, 1). Aen. 2, 253. 3, 718 -uit factoque hic fine quievit. 6, 54 talia fata -uit. 9, 235 Rutuli somno vinoque soluti -uere. OV. met. 6, 293. 10, 430 LIV. 44, 36, 14 SEN. dial. 5, 23, 3. 5, 36, 3 epist. 10, 5. 56, 7 servorum turba. 87, 11 video non futurum finem in ista materia ullum nisi quem ipse mihi fecero. hic itaque -am (*i. desistam*). PETRON. 12 subito exanimatus -uit. VAL. FL. 1, 59. 295. SIL. 15, 68 -uit Voluptas finisque est addita dictis. STAT. Theb. 5, 195 -uere chori (CLAVD. rapt. Pros. 1, 210). QVINT. inst. 2, 15, 28 -it sed sermonem suscipit Polus. PLIN. epist. 1, 5, 7. 2, 18, 2. 7, 33, 7. FRONTO p. 234, 20 N. eam consolabitur ... loquendo pariter -endo. VLP. dig. 48, 19, 6 qui tam diu -erunt. APVL. met. 4, 35. 11, 16. LACT. inst. 4, 27, 14 in perpetuum -et. HIL. op. hist. frg. 2, 8. OPTAT. 2, 1 p. 36, 3 soli -ite. AMM. 19, 10, 3 vulgus ... lenitum -uit. 20, 4, 4 -uit hisque adquieverat Iulianus. 21, 15, 3 anhelitu iam pulsante letali -uit. AMBR. hex. 6, 7, 40 Iudaei -ant et Arianus cum suis parentibus obmutescant. parad. 8, 38 -ant ... repugnatores isti veteris testamenti. HIER. epist. 53, 8 -uit omnis populus. 120, 10 aeterno ... silentio -ere (in Zach. 1, 5 p. 818). VVLG. thren. 2, 10 -erunt senes filiae Sion (ἐσιώπησαν). AVG. in psalm. 145, 20 SVLP. SEV. dial. 1, 2, 6 (1, 27, 7) MART. CAP. 4, 424. 7, 725. 9, 996. SIDON. epist. 8, 1, 3 per omnia omnino -endum. 9, 13, 1 curam ... assumere -endi. EVGRAPH. Ter. Eun. 474 -ant potius quam satis laudent. Ad. 335. *de oraculis*: CASSIOD. in psalm. 64, 9 tunc enim et Delphicus Apollo -uit. *ibid.* cum sua numina -isse cernerent. *nota*: LIV. 30, 30, 2 attoniti -uere. SOL. 2, 35 homo quem prius viderit *lupus* -it. *cum praepositionibus*: QVINT. inst. 6, 1, 42 -unt ad hos casus. VIRG. gramm. epist. 2 p. 121 de pronomine magis -ere quam aliquid dicere. ARNOB. nat. 3, 38 ut de mediis -amus auctoribus. MAR. VICTORIN. rhet. p. 266, 33 de modo -ens. ISID. sent. 3, 45, 3 de plebibus sibi commissis. AMM. 16, 12, 70 super Iuliani gloriosis actibus -ens. ISID. sent. 3, 44, 4 -unt a docendo. **2** *de bestiis*: OV. fast. 4, 490 canes (5, 430 canis ... aves). PLIN. nat. 11, 26 *apes*. APVL. met. 5, 28 loquax ... avis. MACR. sat. 1, 3, 12 galli. **3** *de rebus personatis*: CIC. p. red. in sen. 17 dum -ret illa lamentatio et gemitus urbis (SEN. epist. 24, 14 gemitus et exclamationes). Marcell. 9 nec ulla umquam aetas de tuis laudibus -et. Phil. 14, 33 numquam ... de vobis eorum gratissimus sermo -et. Brut. 19 iam pridem quidem -erunt tuae litterae (*paulo aliter infra l. 65*). AETNA 379 post ubi -uere *venti* mora velocius urgent. HOR. epist. 1, 18, 43 -uit lyra. OV. met. 5, 574 undae. fast. 6, 348 vacuae -uere molae. Pont. 2, 5, 48 cum tu desisti mortaliaque ora quierunt, tectaque non longa -uere mora. ELEG. in Maecen. 52 postquam victrices -uere tubae (MART. 7, 80, 2). LIV. 2, 29, 11 -iscet furor. 2, 55, 10 -ente tumultu (22, 55, 8. 25, 10, 6. 26, 45, 6). 4, 1, 5 actiones tribuniciae. CORN. SEV. carm. frg. 13, 11 -uit Latiae tristis facundia linguae. LVCAN. 5, 132 muto Parnasus hiatu -uit. 6, 470 aequor intumuit, rursus ... -uit. PLIN. nat. 28, 27 convivium. VAL. FL. 2, 263 domos (STAT. Theb. 5, 310. 6, 46 MART. 7, 32, 2). 3, 302 mens conscia vatum -uit. 3, 732 flamina -uere (ARNOB. nat. 2, 37), tacet cum flatibus aequor. 7, 432 ora -isse viri. SIL. 1, 139 fibraeque repente -uere. STAT. Theb. 8, 268 uno ratis obruta somno -uit. PS. QVINT. decl. 19, 1 quidquid erumpere posset in proclamationem parricidio peractum est, in orbitate -uit. ARNOB. nat. 2, 37 orbis iste terrarum solitudinis vacuae silentio -es. QVEROL. p. 10, 2 assertio. HIER. in Dan. 10, 4 unde eorum deliramenta -ant. VVLG. Is. 24, 8 quievit sonitus laetantium, -uit dulcedo citharae (*utroque loco* πέπαυται). AVG. civ. 7, 26 p. 307 -uit oratio. COD. Theod. 11, 24, 6 pr. (*a. 415*) examinatio -at. *cum praepos.*: HIER. in Is. 39, 1 p. 476 de cuius seu morte seu vita scriptura -uit.

B *translate*: *i. q. perire, cadere, evanescere sim.*: **1** *de rebus personatis, plerumque incorporeis*: CIC. Mur. 22 artes ilico nostrae -unt. Brut. 324 studium nostrum -uit subito et obmutuit. off. 2, 3 illae ... litterae -erunt forenses et senatoriae. CVRT. 10, 7, 13 -erat magis quam elanguerat militaris favor. FRONTO p. 145, 11 N. comitium et rostra et tribunalia Catonis et Gracchi et Ciceronis ... hoc potissimum saeculo -ere. AMM. 22, 16, 17 nec harmonica -uit (*praecedit* doctrinae silent). 28, 6, 25 cladibus vexata -uit Tripolis. VVLG. Is. 15, 1 Moab -uit (*bis.* ἀπολεῖται). Ier. 25, 37 -erunt arva (παύσει). 47, 5 -uit Ascalon (ἀπερρίφη). **2** *de personis*: VVLG. I reg. 2, 9 impii in tenebris -ent (*gr. deest*). Ier. 48, 2 silens -es (παῦσιν παύσεται). 49, 26 omnes viri proelii -ent (*praecedit* cadent iuvenes; πεσοῦνται). 50, 30 omnes viri bellatores eius -ent (ῥιφήσονται). Os. 4, 6 -uit populus meus (Soph. 1, 11. *utroque loco* ὡμοιώθη *per errorem ex hebr. homonymo ortum*). Abd. 5 si fures introissent ... quomodo -isses? (ἀπερρίφης).

II ***transitive*:** *i. q. reticere, celare*: PS. CYPR. Iud. incred. 8 ut conversas mentes sileam ... multiplicatum ... credentium populum -am. ARNOB. nat. 5, 2 quid primum, quid ultimum exsequatur animus vel -at. EVGRAPH. Ter. Hec. 616 ne possit, quod rogatus est, -ere.

conticinnum, -ī *n. et* **conticinium,** -iī *n.* [*a* conticescere *ductum esse videntur.* conticinium *terminationem a voc.* gallicinium *accepit. Th.*]. *i. unum e septem temporibus noctis. scriptores ad unum omnes*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Varronem ultimum secuti sunt fontem. *traditur*: conticinnum *ap.* PLAVT. Asin. 685, conticinum *ap.* AVR. Fronto p. 31, 17 N. PRISC. gramm. III 472 (*cod. C*), conticuum *ap.* MACR. sat. 1, 3, 12, conticium *ap.* CENS. 24, 2. conticinium NON. p. 62 SERV. PRISC. ISID. orig. 5, 31, 8 nat. 2, 3 GLOSS. GLOSS. *ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυωφωνίας χρόνος. ἡσυχία.* primum tempus noctis cum omnia quiescunt. prima pars noctis a conticiscendo. est quando omnes silent. conticescere enim silere est (= ISID. orig. 5, 31, 8 nat. 2, 3). -o tempore noctis post galli cantum quod (*? l.* quo *vel* quando) cecinit et conticuit. PLAVT. Asin. 685 redito huc conticinno (*sic* VARRO ling. 7, 79 *et codd. Plauti*, conticinnio VARRO ling. 6, 7). VARRO ling. 6, 7 intempestam Aelius dicebat cum tempus agendi est nullum, quod alii concubium appellarunt . . . alii ab eo quod sileretur silentium noctis quod idem Plautus tempus conticinnium (*deest F*). 7, 79 putem a conticiscendo conticinnum (conticinnam *F*), sive, ut Opilius scribit, ab eo cum conticuerunt homines. frg. Serv. Aen. 2, 268 sunt autem solidae noctis partes secundum Varronem hae: vesper a conticinium, intempesta, nox, gallicinium, lucifer. AVR. Fronto p. 31, 17 N. media nox . . . tum autem gallicinium . . . , iam conticinum (conticinium *margo*) atque matutinum atque diluculum usque ad solis ortum. PRISC. gramm. III 472, 9 ipsa res (*sc. conticere*) conticinium (conticinum *C*). CENS. 24, 2 conticium cum *galli* conticuerunt. NON. p. 62 conticinium noctis primum (*sic*) tempus quo omnia quiescendi gratia conticescunt. SERV. auct. Aen. 3, 587 sane noctis septem tempora ponuntur: crepusculum . . . fax . . . concubium . . . intempesta . . . gallicinium, . . . conticinium, post cantum gallorum silentium, aurora vel crepusculum matutinum. MACR. sat. 1, 3, 12 gallicinium, inde conticuum, cum et galli conticescunt et homines etiam tum quiescunt.

conticisco *v. p. 695, 59.*

(**conticitor,** -ōris *et* **conticitrīx,** -īcis). PRISC. gramm. III 472, 9 dic nomen verbale ex eo quod est conticco: -r, -x quae quamvis regula concedat dicere tamen nisi in usu inveniamus auctorum non temere debemus proferre. *Gudeman.*

conticuum *v. l. 28.*

σκολοπένδρα **contifex** centipes GLOSS. II 433, 50.

contiger *a* contus *et* gero. *qui contum gerit*: PAVL. NOL. carm. 23, 188 clauserat hic manibus vultus et fronte supina contigero similis iuveni spectabat in altum.

contīgnatio, -ōnis *f. a* contignare. GLOSS. II 575, 33 tectio domus. V 617, 27 iunctura trabium quia tignum dicitur trabes. *cf.* II p. XIII. *tignorum coniunctio, contabulatio*: CAES. civ. 2, 9, 2 duo tigna transversa iniecerunt . . . quibus suspenderent eam -em quae turri tegimento esset futura *eqs.* 2, 15, 1 aggerem novi generis . . . ex latericiis duobus muris . . . atque eorum murorum -e (-em *codd., corr. Nipp.*) facere instituerunt. BELL. Alex. 1, 3 sine -e ac materia sunt aedificia *Alexandriae.* LIV. 21, 62, 3 in foro boario bovem in tertiam -em sua sponte escendisse. VITR. 2, 8, 17 *parietes* latericii vero nisi diplinthii . . . non possunt plus unam sustinere -em (PLIN. nat. 35, 173). *ibid.* altitudines . . . -bus crebris coaxatae. *ibid.* moenibus e -bus variis alto spatio multiplicatis. 2, 8, 20. 2, 9, 6. 4, 2, 1 trabes enim supra columnas . . . ponuntur, in -bus tigna et axes. 5, 1, 1. 5 supra basilicae -em ambulantes. 5, 1, 6 porticuum -es. 5, 10, 3. 4. 6, 3, 2. 9. 6, 6, 7. 7, 1, 1. 5. 7, 3, 1. 7, 5, 6. 9 praef. 7. COLVM. 1, 6, 3 in rustica parte magna et alta culina ponetur, ut et -o careat incendii periculo. PLIN. nat. 13, 101 templorum veterum -es. 29, 132. 36, 100 NERAT. dig. 39, 2, 47. PAPIN. dig. 8, 2, 36 binas aedes una -e tectas. PALLAD. 1, 9, 2 ut aequalis et solida fiat -o. 1, 13, 1. AMM. 19, 5, 5 ad -em turris tertiam ascenderunt. 31, 13, 14 agrestem casam secunda -e fabre munitam. VVLG. II par. 34, 11 ut emerent lapides . . . ad -em (*στεγάσαι*) domorum. eccles. 10, 18 in pigritiis humiliabitur -o (*δόκωσις*). RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 148^{B}. CORP. VIII 1338 contig⟨nationem . . .⟩. NOT. Tir. 100, 10.

contīgno, -ātum, -āre [*a* con *et* tignum. *Th.*]. GLOSS. -are comportare. *i. q. contabulare*: CAES. civ. 2, 15, 2 quidquid est -atum, cratibus consternitur. VITR. 1, 5, 4 ut itinera sint interioribus partibus turrium -ata neque ea ferro fixa. PLIN. nat. 9, 7 ossibus tecta -are. HIER. in Ier. 22, 14 p. 990 aedificasti tibi . . . cenacula . . . -ata cedro (*ex* LXX *qui ἐξυλωμένα ἐν κ.*, VVLG. laquearia cedrina. *cf.* PAVL. NOL. carm. 27, 400 quasi -ata sacris cenacula tectis). in Agg. 1, 3 p. 743 si quis . . . in voluptate et luxuria saeculari suam -at domum. 1, 8 p. 746 tantum ad -andum ligna fuisse necessaria.

contignum frustum carnis cum septem costis demptum PAVL. FEST. p. 65. *L.*

contiguitās, -ātis *f. a* contiguus. BOETH. top. Arist. 4, 2 p. 945^{A} -em id ipsum quod est continuitatem . . . . non . . . necessarium -em continuitatem esse, sed e converso continuitatem -em; non enim omne contiguum continuatur, sed quod continuatur contiguum est.

1. contiguō *v. p. 699, 15.*

2. contiguo, -āre *a* contiguus. VEN. FORT. carm. 7, 9, 8 litoris Oceani contiguante (continguante *R*, contingante *F*) salo. *i. vicinante.*

contiguus, -a, -um [*cf. c.* contingere. *Th.*]. GLOSS. proximus, coniunctus, pessimus, dictus (proximus, tactus?). -um proximum aut tactum, iuxta mentum, coniunctum vel propinquum, quod contingi potest. -a prope, proxima. -i sub uno manentes. -is iugis vel competentes. *inde a* VERG. (*sensu passivo*). *singulis locis legitur apud* VERG. PLIN. nat., *binis*: OV. GRATT., *tribus*: TAC., *saepius apud posteriores, imprimis* AMM.

1 *sensu* ***activo*****:** *i. qui ita propinquus est, ut contingat aliquem, vicinus, finitimus*: *res*: *absolute*: OV. met. 4, 57 -as (continuas *Ns*) tenuere domos. GRATT. 8 -as (*i. affines*) . . . ex artibus artes proserere. 37 -um (*i. -o*) sorbens de flumine rorem. CYPR. GALL. Ios. 291 -is . . . arvis. VIGIL. TRID. ad Ioh. 6 p. 555^{A} in horti, qui -us iungebatur, secreta secessit, hoc est ab ecclesia non recessit. AVSON. 369, 14 *sol* -os nullum transfundit lumen in ortus (*i. in locum conceptionis*). AMM. 16, 2, 10 dies umectus . . . vel -um eripiebat aspectum. 20, 8, 10 mortem -is assultibus intentarent. 24, 4, 19 muri -um latus. 31, 15, 4 parietibus moenium aedibusque -is (*Petschenig*, continuis *codd.*). ANON. de mach. bell. 3 a societate . . . -ae terrae prohibiti. CLAVD. rapt. Pros. 1, 170 lambit -as innoxia flamma pruinas. PAVL. NOL. carm. 16, 79 ad quem -is fecissent verba loquellis. 23, 207. 28, 112 -am . . . accurrimus aulam. SVLP. SEV. dial. 1, 14, 2 fiscella. COD. Theod. 11, 30, 63 (*a. 405*) in proximis atque -is provinciis. 10, 10, 27, 5 (*a. 415*) intra -as vicinasque provincias (10, 1, 13. 11, 31, 9). NOVELL. Theod. 5, 3, 1 (*a. 441*) fundos -os vel propinquantes. RVT. NAM. 1, 531 portum. CAEL. AVR. chron. 5, 2, 34 -os vel superpositos lacertos . . . pati. *cf.* 1, 4, 97. 2, 13, 180. SIDON. carm. 15, 62 Martis -um . . . sidus. 18, 6 collis. epist. 7, 10, 1. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 368 agrum. 2, 182. 5, 417. 627. 6, 73 *fluvius* moenibus urbis iunctus -is adlambit saxa fluentis. *cf.* 6, 300. 481 visit. nepot. 9. MIRAC. Theclae 1 p. 170, 1 silvam. *neutr. pro substantivo*: HIL. in psalm. 60, 2 -a oceani. AMM. 17, 7, 2 -a vel apposita cernebantur. 27, 12, 17. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 2 -a quaeque ac vastissima ruinarum purgari. CLAVD. MAM. anim. p. 144, 17 a terrae -is. MART. CAP. 1, 39 *virginem* cum Iuppiter . . . de proximo -oque suspexit. *additur dativus*: PLIN. nat. 2, 43 *luna* alias admota caelo, alias -a montibus. TAC. ann. 6, 45 *pars circi* Aventino -a. 15, 38, 5. PANEG. 7, 22 *aedificia* sideribus et caelo -a (*Bähr.*, digna *M*) et vicina. HIL. in psalm. 59, 8 mons . . . Arabiae Mesopotamiaeque -us. AMM. 14, 8, 13 Arabia . . . Nabataeis -a. 17, 13, 4 insularem anfractum aditu (*dat.*) Parthisci paene -um. 20, 11, 10 crates . . . parietibus -ae. 25, 7, 14 loca -a flumini. 27, 4, 6. 28, 2, 7 (*in imagine*) *Romanorum* fortunam sempiterna fides caelo -am fecit. 29, 5, 11. 29, 6, 19 *al.* SCHOL. Stat. Theb. 5, 347 cuius lacus -us est Arethusae. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 167^{B} *saxum* muro . . . -um. CLAVD. 8, 481 aquas . . . hostibus . . . -as. AVG. civ. 8, 21 aer . . . aetheri terraeque -us. serm. 164, 2 ut sibi (*apostolo*) sint eadem verba -a. c. Secundin. 20 p. 938, 1 terris vel regionibus sibimet vicinitate -is. conf. 8, 6, 15. SVLP. SEV. dial. 1, 3, 3 *tugurii* tectum . . . -um terrae. 1, 3, 6. 1, 10, 1. 1, 15, 3. 1, 17, 2 *montis* cacumen caelo paene -um (*cf.* AMM. 28, 2, 7). 3, 10, 3 PAVL. MED. bened. 4, 1. OROS. hist. 1, 2, 61 qua *Italia* continenti terrae communis et -a est. 2, 18, 7. 7, 35, 17 ad -a miscendae pugnae spatia. PS. VICT. VIT. pass. 16 GREG. TVR. Franc. 7, 34. *inde translate vel in imagine*: AMM. 21, 6, 2 suspiciones -ae veritati. 26, 1, 1 ut et pericula declinentur veritati (-tis *V*) saepe -a. 28, 1, 56 -a morti tormenta. EVSTATH. Bas. hex. 5, 6 p. 915^{A} *rosae spina* adiuncta est, ut esset . . . voluptati sollicitudo -a. BOETH. mus. 4, 1 ut tarditas proxima stationi est, ita gravitas -a taciturnitati. *animantia*: OV. ars 3, 410 Ennius (*i. simulacrum Enni*) emeruit . . . -us poni, Scipio magne, tibi. TAC. ann. 2, 60 Cappadoces. PANEG. 12, 24 proximus nobis Italus et -us . . . Hispanus. AMM. 14, 2, 3 *nautae* litoribus . . . -i. 16, 9, 3 ducem parti (*i. regioni*) nostrae -um. 19, 1, 7 venientem iam telo forte -um. 21, 12, 6. 23, 6, 60. 71 (continui *codd.*). 24, 6, 10 ubi vicissim -ae se cernerent partes. *in imagine*: 15, 5, 37 Constantius . . . iam caelo -us (*i. iam paene deus*). CLAVD. 5, 219 parcite -o . . . hosti. SVLP. SEV. dial. 2, 3, 2 -a . . . iumenta. 2, 9, 1 *vacca* nobis coepit esse -a. LEO M. serm. 82, 2 (continua *cod. Bon. et prima ed.*). *incerta lectio*: CYPR. GALL. exod. 1288 (contagia *libri*). VEN. FORT. vita Germ. 72, 193 -ae gentes. CARM. epigr. 1516, 1 (*a. 479*) sanctis -us sacroque patri. *de consanguineis*: MART. CAP. 1, 24 certum est . . . nostrum ex -is (*i. ex eadem stirpe*) venire pectus. *de tempore*: AMM. 31, 14, 1 perit Valens quinquagesimo anno -us (24, 1, 10 *senex* centenario iam -us). AVG. c. Iul. 1, 5, 20 doctores et defensores antiquos et nostrae aetati -os. EVSTATH. Bas. hex. 2, 8 p. 888^{B} nox *diei* sua vicinitate -a est. *nota*: AVG. epist. 55, 28 *pars anni* confinis atque -a (continua P^1P^2M) dominicae passionis (passioni *PR edd.*). *hinc transit in notionem continuus* (*cf.* BOETH. top. Arist. 4, 2 p. 945^{A} quod continuatur -um est): GELL. 9, 1, 2 ut -i magis directioresque ictus fiant. CASSIAN. inst. 2, 5, 5 cum . . . psalmos . . . -is versibus . . . cantasset. EVCHER. instr. 1, 18 *homines* qui tunc -o tempore subsecuti sunt. PAVL. PETRIC. Mart. 3, 421 ducens -os sera in ieiunia soles. 4, 347 -o . . . sermone loquemur. 4, 520. 629. 5, 113. 651 -um . . . per annum. CORIPP. Ioh. 4, 1011 sanguis perfundit harenas -o rivo. ISID. praef. test. 10 duodecim *libri prophetarum* breves sunt et -i. *nota*: LEO M. serm. 43, 2 vicinum nimis atque -um est, ut etiam magnos animos ista concutiant. *cf.* CLAVD. MAM. anim. p. 161, 18 -us . . . gradus est, ut . . . feraris in deum.

2 *sensu* ***passivo:*** *i. qui contingi potest, accessibilis; cf.* DVB. NOM. gramm. V 573, 7. CHALC. comm. 202 -um, quod tactui resistit.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VERG. Aen. 10,456 hunc ubi -um missae fore credidit hastae (ARVS. gramm. VII 462, 7). ARNOB. nat. 2, 15 *animas esse* divinas ... neque ulla[m] corporis attrectatione -as. 2, 30 quod ... -um non est et ab legibus dissolutionis amotum. CHALC. transl. p. 31B *mundus* corpulentus visibilisque et ... -us (ἁπτός. CIC. Tim. 13 tractabile). p. 32C machinam visibilem -amque fabricatus est. p. 45C acies -ae imaginis occursu repercutitur (comm. 248). comm. 345 quomodo ... possumus dicere tangi aliquid, quod ex natura sua minime -um est! 255 pura puris -a fore miscerique.

syn.: *ad 1*: vicinus (COD. Theod. 10, 10, 27, 5), proximus (COD. Theod. 11, 30, 63), propinquans (NOVELL. Theod. 5, 3, 1), admotus (PLIN. nat. 2, 43), finitimus, confinis (AVG. epist. 55, 28), appositus (AMM. 17, 7, 2). *opp.*: *ad 1*: remotus.

adv. **contiguē**. *i. q. ex ordine, deinceps, statim*: SERV. Aen. 7, 139. MART. CAP. 9, 909 eam -e sequebatur. **contiguō**. IORD. Get. 2, 13 accolas -o vocatos. *Hoppe.*

? **contila** μεσαύλιον GLOSS. II 521, 53 (= cortina*?* cortile *Italorum conf. Heraeus et Bücheler*). *L.*

continēns, continenter *v. sub* contineo.

continentia, -ae *f.* [*a* continere, continens. *Th.*]. *plur.*: HIER. epist. 100, 5 -is ac ieiuniis. *definitiones*: CIC. inv. 2, 164 -a est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. PS. HIL. libell. 17 est -a appetendarum omnium rerum malarum refrenatio. ISID. diff. 1, 84 inter castitatem et -am hoc interest, quod castitas est corporis incorruptio, -a vero post corruptionem sexui renuntiatio (*cf.* CASSIAN. conl. 12, 11). DIFF. ed. Beck p. 29, 5 abstinentia est, quae ab alienis abstinet, -a, quae continet se a suis. *legitur inde a* TER., *christianis adamata.*

1 *i. q. abstinentia, modestia, temperantia sim.*: **a** *absolute*: GLOSS. ἐγκράτεια. TER. Andr. 92 magnum exemplum -ae. CIC. Verr. 3, 10 cuius fidem -amque cognoverant (AMM. 16, 7, 6). 4, 1 legem sibi ipsi dicunt innocentiae, -ae virtutumque omnium, qui ab altero rationem vitae reposcunt. 5, 115 conferte ... huius libidines cum illius -a (Catil. 2, 25 hinc -a *pugnat*, illinc libido. SALL. Catil. 2, 5 pro -a et aequitate lubido atque superbia invasere). Mur. 23 Flacc. 28 Planc. 3 *al.* inv. 2, 164 eius (*temperantiae*) partes -a, clementia, modestia. Brut. 272. leg. 1, 50 quid de -a, quid de verecundia, pudore pudicitiaque dicemus? parad. 12 quid -a C. Fabrici, quid tenuitas victus M'. Curi sequebatur? off. 2, 77 abstinentia et -a (VAL. MAX. 4, 3 *tit.* de abstinentia et -a. QVINT. inst. 5, 10, 73). 3, 96 altera *pars honestatis* in conformatione et moderatione -ae et temperantiae cernitur. 3, 116 restat quarta pars, quae decore, moderatione, modestia, -a, temperantia continetur. ad Q. fr. 1, 1, 8 summa integritate -aque. epist. 15, 4, 1 aequitate et -a (CASSIOD. var. 1, 4, 5 vixit tanta -a, ut aequitatem ... doceret exemplis). CAES. Gall. 7, 52, 4 nec minus se in milite modestiam et -am quam virtutem atque animi magnitudinem desiderare. NEP. Att. 13, 4. frg. 46 video ... qui in schola de pudore et -a praecipiant argutissime, eosdem in omnium libidinum cupiditatibus vivere. VAL. MAX. 2, 5, 5. 2, 10, 8. 4, 3, 2 ex eodem naturae utero et -a nata est et Cato. SEN. dial. 6, 2, 3 frugalitatis -aeque. 9, 9, 2 -am augere, luxuriam coercere. CVRT. 4, 10, 23 mansuetudinis et -ae. 6, 6, 1 -amque et moderationem ... in superbiam ac lasciviam vertit. PS. FRONTIN. strat. 4, 3 *tit.* TAC. ann. 14, 56. APVL. Plat. 1, 3 -am et castitatem magis cupiebat imitari. TERT. ieiun. 5 puniendae simul gulae et exercendae -ae causa. CAPITOL. Pert. 8, 10 ex omnium -a vilitas nata est. EDICT. imp. Diocl. I 6 si ea ... aliqua -ae ratio frenaret. RVFIN. hist. 2, 17, 16 -am (ἐγκράτειαν) velut fundamentum quoddam primo in anima collocant (BARNAB. 2, 2). MACR. sat. 7, 4, 3 et est quidem superba et contumax et velut sui ostentatrix -a, contra amoenam se et comem adpetentia vult videri. SIDON. epist. 8, 14, 5 tunc simulam frictam in quadam -ae sartagine consecraturos. SERM. de conf. diab. 117 per -am (*κατ' οἰκονομίαν*) facta sunt omnia. PALLAD. hist. mon. II 9 p. 355D gestum -ae (πρᾶξις τῆς ἀσκήσεως). CORP. VIII 7012 -ae, patientiae, fortitudinis. 7013. X 4863. *nota*: SVET. Claud. 32 edictum, quo veniam daret flatum crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam prae pudore ex -a repperisset. *apud christianos i. q. castitas, pudicitia*: TERT. pudic. 1 propter -am incontinentia necessaria est (*cf.* SALV. gub. 5, 54 cum profiteantur -am corporum, incontinentia debacchantur animorum). CYPR. testim. 3, 32 *tit.* de bono virginitatis et -ae. PS. HIL. dedic. eccl. p. 883A ieiuniis et -a (HIER. epist. 100, 1). libell. 17 est castitas species -ae. HIER. epist. 22, 20. 48, 9 quomodo tres gradus virginitatis viduitatisque vel -ae et coniugii fecerim (*cf.* AVG. civ. 1, 27 ad virginalem integritatem sive ad -am vidualem). 107, 11 flammam libidinis ... extinguere -ae frigore. VVLG. Gal. 5, 23 modestia, -a, castitas. AVG. contin. (*tit.*). PASS. Petr. 10 dolet (*sc. diabolus*) vasa contumeliae (*i. meretrices*) per me ... facta esse diversoria -ae (*cf.* CASSIOD. var. 6, 5, 5 -ae domicilium, virtutum omnium sedem). **b** *c. genet.*: CIC. Manil. 67 propter animi -am (CVRT. 3, 12, 18 ASCON. Scaur. p. 21). LIV. 30, 14, 5 temperantia et -a libidinum. SEN. dial. 5, 16, 2 cum utilis sit servientibus adfectuum suorum et huius (*i. irae*) praecipue rabidi atque effreni -a. PS. APVL. Ascl. 2 celeriter de vera rationis -a decidisti. RVFIN. hist. mon. 6 qui perhibebatur triginta annis silentii habuisse -am. THEOD. PRISC. eup. faen. 30 ciborum -a et potionis. 32 vini (35. 78. 95 log. 10 *al.*). BOETH. top. Arist. 4, 5 p. 949B -am irae, ..., timorum et lucrorum -am. *cum* in: CIC. Tusc. 5, 99 adde siccitatem, quae consequitur hanc -am in victu. off. 2, 86 -a in victu omni atque cultu. VVLG. II Macc. 14, 38 -ae propositum tenuit in Iudaismo. *adduntur adiectiva*: APVL. met. 5, 12 religiosaque -a domum maritum ... libera. 11, 23 venerabili' -a. AVG. civ. 1, 6 nec illius castam misericordiam nec huius facetam -am. 1, 18 sanctae -ae bonum. OP. imperf. in Matth. 3 p. 648 zona pellicea est -a corporalis. PASS. Mar. Iac. 3 p. 49, 9 carnalis -ae.

2 *i. q. cohaerentia, contextus sim.*: GLOSS. συνοχή, περιοχή, συνέχεια. CHALC. transl. p. 32C quattuor illa integra corpora ... ad mundi -am (ξύστασις) sumpta sunt. comm. 246 oculi ipsius -am in quattuor membranis seu tunicis notaverunt. 304 mens dei ... excoluit omnem -am corporis. CHALC. comm. 44 ex his *vocibus elementariis* totius orationis constituitur -a (OPT. PORF. schol. carm. 23 hi ... versus ... hanc habent -am. HIL. trin. 9, 55 per -am dictorum ad id veniens ait). COD. Theod. 2, 18, 3 (*a. 325*) nulli audientia praebeatur, qui causae -am dividit. HYD. praef. chron. II p. 14, 13 quorum -am gestorum et temporum qui leges ita discernes. IORD. Get. 46 ossa carentibus chartellagine tantum habentes in corporis -am (*de piscibus*). *apud geographos*: SOL. 7, 26 in hac -a Opuntius sinus, Larisa oppidum, Delphi. COSMOGR. 1, 2 de omni eius (*orbis terrae*) -a perlatum est ad senatum. 1, 14 oceani occidentalis -a habet: maria XI *eqs.* (1, 27 IVL. HON. cosmogr. A 14 *tit.* 39 *tit.* 49 *tit. al.*). 1, 39 hic -a oceani septemtrionalis terminatur. incipit -a sinus meridiani. 2, 1 quadripertitam totius terrae -am. IVL. HON. cosmogr. A 1 *tit.* excerpta eius sphaerae vel -a. ARNOB. nat. 2, 19 ut terrarum -as metiamur. MACR. sat. 5, 15, 5 invenies illum -am regionum secutum (5, 15, 3 cohaerentiam regionum). *apud philosophos et rhetores*: BOETH. arithm. 2, 40 p. 137, 15 proportio est duorum terminorum ad se invicem quaedam habitudo et quasi quodammodo -a (*cf.* herm. pr. 2, 11 p. 160, 25 in termini -a). in top. Cic. 5 p. 367, 40 fatum dicunt *Stoici* esse praecedentium causarum subsequentiumque rerum perplexionem quandam atque catenae more -am. herm. sec. 1, 1 p. 26, 9 in illis (*quae significant voces*) prius est eorum ordo et -a; post redundat in voces. *i. q.* περιεκτικόν: FORTVN. rhet. 2, 8 p. 106, 34 divinatio quot locis *dividitur*? quinque: ... -a [qua] id est cum quaeritur, an in alterius postulatione alterius quoque postulatio contineatur. IVL. VICT. rhet. 2 p. 375, 40 in hac (*sc. controversia*) ... ex causatione ἐκ τοῦ αἰτίου et -a ἐκ τοῦ συνέχοντος, τὸ κρινόμενον apparet. BOETH. Porph. isag. p. 40, 19 commune generi et differentiae -a (περιεκτικόν) specierum. continet enim et differentia species, etsi non omnes quot genera. p. 43, 8 in Porph. comm. pr. 1, 24 p. 74, 20. 298, 8 *al.* CASSIOD. var. 2, 40, 2 ab harmoniae -a non recedit. *adde*: FILASTR. 51, 1 cum salvator non dixit filium in patrem intrare ... non introitum aut -am *docuit*. *latiore sensu*: *i. quod libris continetur*: FVLG. myth. 3, 6 p. 68, 21 Apuleius pene duorum -a librorum tantam falsitatum congeriem enarravit. Virg. cont. (*tit.*) *i.* expositio Virgilianae -ae secundum philosophos moralis. p. 90, 20 primi nostri libri -am narra (91, 5. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 31 quorum *librorum* iam paene omnem -am in aliis libris scripseras. hist. 3, 10, 2 *libri* paulo minus ad tria milia annorum -am gerunt. AVELL. p. 590, 22 libellum cuius -a subter adnexa est. p. 605, 11). aet. mund. p. 131, 21 dum unitos -ae nodulos in ordinem rei digestos inspexeris. HIER. epist. 59, 3 hoc ex ipsius loci -a sciri potest. 123, 3 p. 901 omnem loci huius -am discutere. in Hab. 1, 1 p. 602. in Is. 1, 11 p. 20 omnis capituli huius -a (POMER. 2, 8). 23, 11 p. 230 haud dubium est ex ipsa sermonis -a. 66, 15 *sq* p. 814. c. loh. 7 totamque paradisi -am (*i. quod in paradisi historia continetur*) tropologica interpretatione subvertat. AVG. trin. 2, 18, 35 -a lectionis (AVELL. p. 431, 27. PETR. CHRYS. serm. 116 p. 518A talis hodiernae extitit -a lectionis). MACR. somn. 1, 6, 28 si in medio posuerimus ipsam -am sensus de Timaeo Platonis excerptam. 2, 12, 2 ut breviter a principio omnem operis -am revolvamus. COD. Theod. 4, 4, 3, 2 (*a. 396*) iisdem scripturae -a non fuerit intimata. 10, 10, 29, 4 (*a. 421*) cur -am venditionis alienae inquisitio palatina rimetur? VICT. VIT. 3, 7 quod ipsarum legum -a demonstratur. SEDVL. op. pasch. 5, 10 p. 281, 18 secundum psalmi -am. COD. Iust. 7, 16, 40 iuxta edicti nostri -am. *nota*: IVL. VAL. 1, 41 Darius ad satrapas talem -am scribit (*Ps. Callisth. 1, 39* ἐπιστολὴν περιέχουσαν οὕτως).

3 *varia*: *i. q. sustentatio*: GREG. M. epist. 1, 18 ut ipsi pro victu ac vestimento stratoque vel -am pueroque eius annuam ... constituas. 1, 42 p. 67, 34 liberato negotiatori, qui se ecclesiae commendavit ... annuam -am a te volumus fieri. cuius -ae summam ipse aestima. p. 68, 23 ut ei (*ancillae*) -am facias, ..., aut certe donationem quam fecit reddas. 13, 37 p. 401, 13. 3, 28 eminentiae vestrae tuitionem et -am praestolatur. 5, 35 p. 316, 17. *cf.* 1, 5 p. 5, 19 quod in me conlatas dudum -as vestras ex hac moderna pastoralis officii -a distraxistis. 5, 57 p. 361, 18 cunctis diebus vitae suae eorundem locorum -am (*commoda sua*) ... percipiant. *i. q. contrectatio*: CAEL. AVR. acut. 3, 5, 58 utendum etiam articulorum blandi tactus -a.

synonyma: *ad 1*: abstinentia, castitas, moderatio, modestia, pudicitia, sobrietas, temperantia. *opposita*: *ad 1*: cupiditas, insolentia, lascivia, libido, luxuria, superbia.

comp.: incontinentia.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

continentīvus, -a, -um *a* continere. BOETH. top. Arist. 4, 5 p. 949B si memoriam habitum continentivum opinionis dixerit.

***contineo,** -uī, -tentum, -ēre [*a* con *et* tenere. *Th.*]. GLOSS. *κατέχω, περιέχω, συνέχω, συγκροτῶ.* IV 37,36 contine pace conterere. 324, 27 -ui inhibui. *formae*: contenere: ITALA psalm. 138, 10 (Veron.) -tenebit. CHIRON 855 (*incantatio*) -tenes. CONC. Carpent. a. 527 p. 41, 2 -teneantur. CONC. Vas. a. 529 p. 56, 5 -tenere. ORIBAS. syn. 1, 19 -tenetur (5, 1. 17). PLAVT. Asin. 582 contini (continui *codd.*). *cf. p. 704, 30. vox inde ab* ENN. *floret per totam latinitatem, deest* VAL. FL. MART. [*it.* contenere, *francog.* contenir, *hisp.* contener. *M.-L.*]

1 *i. q. coercere, coniungere, conectere*: **a** *proprie*: VARRO ling. 5, 130 quod capillum -ret dictum a rete reticulum. 5, 141 qui aggerem -ret moerum (CAES. civ. 1, 25, 6 cum agger altiore aqua -eri non posset). 7, 75 temo dictus a tenendo; is enim -et iugum et plaustrum. rust. 2, 2, 10 iugum -et sirpiculos. CIC. Verr. 5, 117 pars oppidi ... mari disiuncta angusto, ponte rursus adiungitur et -etur. Vatin. 12 cum te non custodem ad -endas sed portitorem ad partiendas merces missum putares. ac. 1, 24 neque materiam ipsam cohaerere potuisse, si nulla vi -retur. nat. deor. 2, 25 quod magna vis terrae cavernis -eatur caloris eaque hieme sit densior ob eamque causam calorem insitum in terris -eat artius (SEN. nat. 4, 2, 26 hieme calorem sub terris -eri). 2, 54 tenuis aether non satis aptus ad stellas -endas videtur. 2, 58 qui *mundus* omnia complexu suo coercet et -et. 2, 64 Saturnum eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem spatiorum ac temporum -ret. 2, 84 sic ... mundi partium coniunctio -etur. 2, 116 si mundus globosus est ob eamque causam omnes eius partes undique aequabiles ipsae per se atque inter se -entur (*cf.* AVG. civ. 7, 11 quod tamquam tigillus mundum -ret ac sustineret. CORP. V p. 706, 12 -et ista manus mundum). 2, 139 a quibus *nervis* artus -entur. LVCR. 1, 818 primordia cum quibus et quali positura -eantur (2, 761). CAES. Gall. 5, 24, 7 omnium legionum hiberna ... milibus passuum centum -bantur (*cf.* HIRT. Gall. 8, 2, 2 *et* BELL. Afr. 73, 3 ut legiones non in uno loco -ret). 7, 23, 3 singulae *trabes* singulis saxis interiectis arte -eantur. civ. 2, 10, 4 quae *regulae* lateres, qui super musculo struantur, -eant. BELL. Alex. 1, 3 aedificia structuris ac fornicibus -entur. Ov. met. 11, 432 qui carcere fortes -eat ventos (VVLG. prov. 30, 4 quis -uit [*συνήγαγεν*] spiritum in manibus suis?). LIV. 26, 10, 2 senatum frequentem in foro -eri (PLIN. epist. 2, 11, 18 senatum ... triduo -eri). VITR. 2, 4, 3 *fossiciae harenae* non possunt -ere caementa. 2, 5, 2. 2, 8, 2 uti materia ex calce et harena crebriter parietes satiati diutius -eantur. 2, 8, 6. 5, 12, 6 uti maxime medii lapides coagmentis -eantur. 6, 3, 2 circa parietes stillicidia defluentia -ent fistulae. PHAEDR. 3, 6, 7 ora frenis -et spumantibus (*cf.* VVLG. Is. 52, 15 super ipsum -bunt [*συνέξουσι*] reges os suum). SEN. dial. 10, 3, 1 astricti sunt in -endo patrimonio. COLVM. 6, 2, 4 retinaculis eos (*buculos*) -eant. PLIN. nat. 4, 9 angusta cervice Peloponnesum -eat Hellas. 10, 58 qui gregem voce -eant. 13, 7 resina aut cummis adiciuntur ad -endum odorem in corpore (21, 39). 17, 187 iuga ad pedamentum quam artissimo nodo vinciri oportet, vitem levi -eri (17, 209). 37, 131 *asteria* inclusam lucem pupilla quadam -et. QVINT. inst. 11, 3, 140 *toga* sedet melius et -etur. PLIN. epist. 2, 17, 7 qui *angulus* purissimum solem -et et accendit. 5, 6, 36 aqua ... cavato lapide suscipitur, gracili marmore -etur (*cf.* FRONTIN. aq. 10 -endarum scaturriginum causa. VVLG. Iob 12, 15 si -erit [*κωλύσῃ*] aquas, omnia siccabuntur [*opp.* emiserit]). GELL. 5, 3, 5 acervum illum ... brevi vinculo comprehensum, ratione quadam quasi geometrica librari -erique animadvertit. ITALA deut. 11, 17 (Lugd.) *deus* -bit caelum (*συσχῇ*, VVLG. claudat. *cf.* VVLG. Sirach 48, 3 verbo domini -uit [*ἀνέσχεν*] caelum). psalm. 68, 16 (Hil. in psalm. 68, 13) neque -eat (*συσχέτω*, VVLG. urgeat) puteus super me os suum. SYMPH. 205 tres mihi (*tridenti*) sunt dentes unus quos -et ordo (248 quas *scalas* unus -et ordo). AMM. 23, 4, 4 compagem, ne dissiliat, -entes. 23, 4, 6 claustrum, quod totius operis -et vincula. HYG. astr. 1, 4 maximi *circuli* sunt, qui eodem centro quo sphaera -entur. VVLG. exod. 26, 26 facies et vectes de lignis ... ad -endas tabulas in uno latere tabernaculi. num. 17, 3 nomen Aaron erit in tribu Levi, et una virga cunctas seorsum familias -bit. II reg. 24, 16 nunc -e (*ἄνες*) manum tuam (*opp.* cumque extendisset manum). act. 7, 57 -erunt (*συνέσχον*) aures suas (*cf.* SEN. dial. 6, 1, 5 defessos exhaustosque oculos ... magis iam ex consuetudine quam ex desiderio fluentis -bo). MARCELL. chron. II p. 61, 380 plebem catholicam in beatae Anastasiae oratorio catholico cotidiana allocutione -uit. CASSIOD. art. 6 p. 1215A *rhomboides* nec rectis angulis nec aequis lateribus -etur. in psalm. 72, 21 *renes* corpus -ent. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349A terra atque aqua sese mutuo -entia. *in arte medicina*: BELL. Afr. 88, 4 -ere vulnus atque obligare (*opp.* divellere). CELS. 1 praef. p. 10, 2 si corpus adstrictum est, digerendum esse; si profluvio laborat, -endum. 5, 26, 24 *fascia* deliganda est, ut et -eat neque adstringat. 5, 26, 28 si praecisi nervi sunt, qui -bant, debilitas eius partis sequitur. 6, 7, 1 super lana mollis addenda est, quae umorem intus -eat. 6, 9 ore umor calidus cum medicamentis aliquibus -etur (6, 11. 13. SCRIB. LARG. 66 ore et faucibus. PLIN. nat. 20, 111. 23, 54. 31, 101 salem -eat sub lingua). SCRIB. LARG. 142 diutius vaporem -et. PLIN. nat. 9, 79 fluxus gravidarum utero sistens partusque -ens ad puerperium (16, 199. 28, 99. 30, 125 *al.*). 20, 218 menstrua -eri. 20, 227 adalligant bracchio genitale non -entium. VLP. dig. 21, 1, 14, 4 vitio vesicae collectum umorem -ere non potest. CENS. 11, 7 post partum fetae ... nec sanguinem interdum -ent (PELAGON. 24 *tit.* si sanguis nimius per venam percussam exierit et -eri non potest). **b** *translate*: VARRO Men. 111 hoc -et coagulum convivia (*de vino*). CIC. Arch. 2 omnes artes ... quasi cognatione quadam inter se -entur. de orat. 3, 21 omnem doctrinam harum ingenuarum et humanarum artium uno quodam societatis vinculo -eri. part. 88 coniuges et liberi ... amore maxime -entur. rep. 3, 45 mihi populus non est ..., nisi qui consensu iuris -etur (leg. 1, 35 omnes *homines* inter se naturali quadam indulgentia ... tum etiam societate iuris -eri). 6, 17 qui *globus* reliquos omnes complectitur, summus ipse deus arcens et -ens ceteros. Tim. 7 quod ratione sapientiaque comprehenditur atque aeternitate inmutabili -etur. NEP. Lys. 1, 5 horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui eius hospitio -retur. Dat. 10, 3 ut non beneficiis mutuis sed communi odio ... -eri viderentur. RVT. LVP. 1, 13 quem ad modum catenam multi inter se circuli coniuncti vinciunt, sic huius schematis utilitatem complures sententiae inter se conexae -ent (1, 14 hoc schema [*i. πολυσύνδετον*] efficitur, cum sententiae multorum articulorum convenienti copia -entur). COLVM. 5, 1, 1 quae unitas eius scientiae -ret. QVINT. inst. 11, 2, 1 nisi ceterae partes hoc velut spiritu -entur. APVL. mund. 38 fatum Graeci himarmenen a tractu quodam invicem causarum se -entium volunt dici. HIER. epist. 98, 13 sancto spiritu omnia -eri et illius maiestate circumdari. *aliquid in suo statu -ere*: CIC. Q. Rosc. 16 fidem frangere, quae -et vitam (fin. 1, 12. div. 1, 118 esse quandam vim divinam hominum vitam -entem. PAVL. FEST. p. 3 *aqua et ignis* humanam vitam maxime -ent). Verr. 3, 149 quo uno *genere hominum* et summa res publica et illa provincia maxime -etur (leg. 2, 69 quod constituta religione rem publicam -eat maxime. 3, 12. off. 2, 84 nec ulla res vehementius rem publicam -et quam fides). Lael. 20 haec ipsa virtus amicitiam et gignit et -et. PROP. 3, 20, 24 -eant nobis omina prima fidem (TAC. hist. 1, 9 ad -endam militarem fidem). LIV. 39, 1, 2 ad -endam inter magnorum intervalla bellorum Romanis militarem disciplinam (VAL. MAX. 2, 1, 2 magis ad rem pertinet dearum quam mulierum disciplinam -eri. FLOR. epit. 3, 12, 2 dumque Poenorum hostium inminens metus disciplinam veterem -bat). SEN. epist. 95, 12 quae ... totam rerum naturam simul -eant. 109, 1 sapientiam in suo statu -ent. QVINT. inst. 10, 6, 4 augenda vis et exercitatione multa -enda est. 10, 7, 24 non minore studio -etur haec facultas *extemporalis* quam paratur. FLOR. epit. 4, 2, 13 generi socerique concordiam matrimonii foedere -bat. CHIRON 117 calidis quoque locis ad -endam curationem gurabis (*i.* gyrabis) eum. ORIBAS. syn. 1, 19 sucorum decoctio nutriunt infirmum et -ent corpus. AVG. civ. 8, 6 omnem vitam, quae nutrit et -et, qualis est in arboribus.

2 *i. q. cingere, includere, saepire*: **a** *proprie*: ENN. scaen. 285 tuo lumine mare terram caelum -es, *Sol.* PACVV. trag. 86 quod complexu -et terram (LVCR. 5, 319 quod omne⟨m⟩ -et amplexu terram). CIC. Catil. 1, 19 quod isdem moenibus -remur. 3, 16. Sull. 42 ut illae tabulae privata custodia ... -rentur (dom. 11 frumentum ... custodiis suis clausum -bant. Scaur. 48). Flacc. 30 omnes sinus, promunturia, ..., urbes maritimas claustris imperii nostri -eri (*cf.* VELL. 1, 3, 3 Corinthum ... claustra Peloponnesi -entem. CLAVD. 8, 231 sinceram patri mentem furatus Olympo -uit claustris indignantemque revinxit. SOL. 1, 124 qui supplicii causa claustris poenalibus -batur). dom. 110 cum principem orbis terrae virum inclusum domi -res (*cf.* AVG. civ. 19, 5 qui una -entur domo). Phil. 13, 5 quibus saeptis tam immanis beluas -bimus? (*cf.* COLVM. 7, 3, 25 intra saepta). rep. 3, 14 quod deos ... inclusos parietibus -eri nefas esse duceret (QVINT. inst. 1, 2, 1 intra privatos parietes studentem -ere). nat. deor. 2, 27 *vapor* existit motu eius caloris, qui aquis -etur. 2, 40 qui *ignis* corporibus animantium -etur. LVCR. 6, 877 gelum, quod -et in se, mittit et exsolvit glaciem. CAES. Gall. 1, 2, 3 undique loci natura *Helvetii* -entur (civ. 1, 48, 3 omnes his angustiis -bantur. PLIN. nat. 6, 67 insula ... gentem -ens unam. SVET. Aug. 19. AMM. 22, 8, 43 quas *civitates* litora -ent Thraciarum. CARM. epigr. 606, 2 fleverunt populi quos -et Ostia dia). TIB. 1, 1, 46 dominam tenero -isse sinu. LIV. 34, 1, 5 matronae nulla nec auctoritate nec verecundia ... -eri limine poterant (PLIN. epist. 9, 13, 4 quia me recens adhuc luctus limine -ret). CELS. 3, 18 aeger, si vires habet, loco lucido, si non habet, obscuro -endus est (*cf.* AVG. civ. 22, 29 incorporea illa natura, quae non -etur loco, sed ubique tota est). 4, 14 clausis fenestris aegrum -ere. 5, 26, 3 membrana, quae -et cerebrum. SEN. dial. 5, 40, 2 quas *murenas* ingentes in piscina -bat. 8, 4, 1 duas res publicas animo complectamur, alteram ... qua di atque homines -entur. PLIN. nat. 7, 91 sublimitatem omnium capacem, quae caelo -entur (*cf.* TERT. idol. 4 quae caelo, quae mari, quae terra -entur. VVLG. Esth. 13, 10 quidquid caeli ambitu -etur. AVG. civ. 7, 12). 18, 80 fragili stipula et tenuissima palea granum -etur (*cf.* PAVL. dig. 50, 16, 77 *lupinus et faba* non arista sed siliqua -entur). QVINT. inst. 1, 10, 39 quod spatium his lineis -etur. 10, 3, 4 ut maiora animalia diutius visceribus parentis -rentur. 11, 3, 138

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quorum bracchium ... veste -batur (SVET. Galba 6 ut manus paenula -rent). TAC. ann. 16, 1 specum altitudine inmensa, quo magna vis auri -retur (*cf.* VVLG. sap. 17, 4 quae -bat [κατέχων] illos spelunca). PLIN. epist. 1, 8, 3 erit et post emendationem liberum nobis vel publicare vel -ere *librum* (5, 12, 4 vel cautior in -endo *libro* vel constantior in edendo). 9, 25, 3 *passerculos* -endos cavea nidove curabis. SVET. Tib. 65 quem vinculis adhuc Romae -bat (*cf.* VVLG. Gal. 5, 1 nolite iterum iugo servitutis -eri [ἐνέχεσθε]. SVLP. SEV. chron. 1, 25, 8 depulsa captivitate, quae septem annos populum -erat). VLP. dig. 47, 7, 3, 5 radix arboris terra -eatur (*cf.* APVL. mund. 17 qui *ignes* terrae secretariis -entur). APVL. met. 8, 22 quicquid horreo reconditum -batur. ARNOB. nat. 1, 2 *constructio* machinae huius et molis, qua universi tegimur et -emur inclusi. AMM. 24, 5, 2 spatium destinatas regiis voluptatibus -ens feras. OPTAT. 2, 13 p. 47, 23 quae *ecclesia* -etur toto orbe terrarum. CARM. epigr. 63, 2 quo *tumulo* -entur ossa parvae aetatulae (74, 2 INSCR. christ. Hisp. 123. 129). intra: QVINT. inst. 12, 10, 21 semper manum intra pallium -entes. COLVM. 4, 24, 14 vitis ... intra iugum -catur. 6, 6, 2 clausum intra tecta -ent. AMM. 15, 11, 6 quarum *partium* Narbonensis Viennensem intra se -bat et Lugdunensem. SVLP. SEV. chron. 1, 4, 7 filiis Noe ita divisus orbis fuit, ut Sem intra orientem, Iaphet occidentem, Cham mediis -retur. sub: CELS. 3, 6 -ere aeger sub veste satis multa manus debet. *in re militari*: CAES. Gall. 7, 80, 4 qui munitionibus -bantur (BELL. Hisp. 41, 3 oppidum magna munitione -batur). civ. 1, 83, 2 sagittarii funditoresque media -bantur acie, equitatus latera cingebat. 3, 45, 1 ut quam angustissime Pompeium -ret. 3, 47, 3 incolumes copias Caesar inferiore militum numero -bat. 3, 58, 1 quo facilius equitatum Pompeianum ad Dyrrhachium -ret. *al.* *i. q. retinere*: GALBA Cic. epist. 10, 30, 2 cum equites Antonii apparuissent, -eri neque legio Martia neque cohortes praetoriae potuerunt. *ibid.* Antonius ad Forum Gallorum suas copias -bat. CAES. Gall. 1, 48, 4 Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris -uit (TAC. hist. 4, 19 intra castra. SVET. Tib. 37). 5, 57, 4 Labienus suos intra munitionem -bat. 6, 34, 6 ad signa manipulos. civ. 1, 42, 1 omnem exercitum intra fossam -et. BELL. Afr. 7, 4 equitatumque in navibus omnem -ere. LIV. 22, 43, 6 ut insidiarum par priori metus -ret Romanos. 31, 34, 9 -uere suos intra vallum. 35, 5, 2 legiones -bat in subsidiis. SEN. nat. 5, 18, 12 non -eat intra terminos arma. *de locis*: CIC. Verr. 6, 96 urbe portus ipse cingitur et -etur. Pis. 91 Aetoliam, quae ... medio fere Graeciae gremio -etur. CAES. Gall. 1, 1, 5 una pars ...-etur Garumna flumine. 1, 38, 5 reliquum spatium ..., qua flumen intermittit, mons -et magna altitudine. 3, 1, 5 qui vicus positus in valle ... altissimis montibus undique -etur (4, 23, 3). civ. 2, 23, 2 hic locus ... duobus eminentibus promunturiis -etur. PANEG. in Mess. 147 Oceanus ponto qua -et orbem. LIV. 30, 30, 25 quidquid insularum toto inter Africam Italiamque -etur mari (HYG. astr. 1, 8 terras -eri *Oceano*). VITR. 2, 10, 1 ulterior *curvatura montis Appennini* ...-etur umbrosis et opacis perpetuitatibus. MELA 1, 91 *sinus* oppida eodem quo dicta sunt ordine adiacentia -et. SVET. Iul. 25 omnem Galliam, quae saltu Pyrenaeo Alpibusque ... fluminibus Rheno ac Rhodano -etur. EPIT. Alex. 7 *oppidum* circuitu murus stadium LXX continuus -bat. *reflexive*, se -ere *i. morari, commorari* (*cf. p. 704, 22*): PLAVT. Capt. 804 -ete vos domi (Curc. 298 se domi -eant. CIC. Sest. 26. 89 *al.*). TER. Phorm. 364 ruri se -bat. CAES. Gall. 2, 18, 3 intra eas silvas hostes in occulto sese -bant. 2, 30, 2 *Aduatuci* circummuniti oppido sese -bant. 5, 44, 5 sese vallo -et. 6, 24, 3 quae gens ad hoc tempus his sedibus sese -et. BELL. Alex. 18, 1 neque vero diutius ea munitione se -ere potuerunt (BELL. Afr. 41, 1 intra suas -ere se munitiones). OV. met. 13, 208 urbis se moenibus hostes -uere diu. LIV. 3, 6, 6 non diutius se in Hernico hostis -uit. 22, 55, 6 matronas publico arceant -erique intra suum quamque limen cogant. 25, 22, 9 ut postremo portis muroque se -ret Campanus. 34, 58, 3 si se ille Asiae finibus non -eat et in Europam transcendat (45, 9, 4). 38, 40, 2 agrorumque suorum terminis se -rent. VELL. 2, 86, 3 cum se post Brundusinam pacem -isset in Italia. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 Dionysio Syracusano adhuc se -ente Himerae. CELS. 2, 12 -ere se in lectulo debet aeger (PLIN. epist. 3, 1, 4 mane lectulo -etur. PS. APVL. herb. 115, 2). PLIN. nat. 11, 43 *apes* alvo se -ent. SIL. 12, 651 nec se castris Oenotria pubes -et (LACT. inst. 2, 7, 22 IVST. 42, 4, 8). VVLG. II Macc. 4, 33 Onias ... in loco tuto se -ens. SVLP. SEV. chron. 1, 35, 9 intra eremum se -bat. dial. 2, 11, 7 mulier se intra murorum munimenta -eat. SVET. Iul. 81 diu cunctatus, an se -ret et quae apud senatum proposuerat agere differret. *nota*: LIV. 2, 23, 7 non iam foro se tumultus -et, sed passim totam urbem pervadit.

b *translate*: RHET. Her. 4, 43, 55 animus tantis angustiis invidiae -etur (*cf.* ARNOB. nat. 2, 35 *animas* in medio limite vitae atque interitus -eri). CIC. Catil. 1, 6 nec privata domus parietibus -ere voces coniurationis potest. 4, 21 cuius res gestae ... isdem quibus solis cursus regionibus ac terminis -entur. Mur. 28 *res* et perpaucis et minime obscuris litteris -etur (de orat. 1, 192 omnia sunt posita ante oculos ... neque ita multis litteris aut voluminibus magnis -entur. rep. 3, 14 quae *gens Aegyptiorum* plurimorum saeculorum ... memoriam litteris -et. *cf. p. 704, 50*). Arch. 23 quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus ...-entur. p. red. ad Quir. 8 coniugis miserae squalor ... lacrimaeque pueriles ... tectis ac tenebris -bantur (CVRT. 10, 5, 18 nec muris urbis luctus -batur). nat. deor. 2, 145 gustatus praeclare saeptus est; ore enim -etur. LIV. 34, 2, 10 si sui iuris finibus matronas -ret pudor (*cf.* ARNOB. nat. 7, 34 intra suos fines humilitatis suae modestiam -rent). AMPEL. 2, 2 Neptunus sensum humanum figura tauri -bat (APVL. Plat. 1, 13 prudentiam sensusque omnis non alias quam illa parte corporis [*i. capite*] -eri). ARNOB. nat. 1, 2 omnia cetera, quibus vita succingitur et -etur humana. 1, 26 quid in intimis sensibus -eamus. 6, 3 esse se sentiunt et vitali in substantia -eri (*cf.* SVLP. SEV. Mart. 21, 1 sive se in propria substantia -ret, sive in diversas figuras ... transtulisset *diabolus*). HIER. epist. 121, 8 p. 872 lex quae in corde scribitur omnes -et nationes. VVLG. psalm. 88, 51 quod -ui (ὑπέσχον) in sinu meo. sap. 18, 14 cum quietum silentium -ret omnia (σιγῆς περιεχούσης). Marc. 9, 9 verbum -erunt apud se (τὸν λόγον ἐκράτησαν πρὸς ἑαυτούς). AVG. civ. 7, 5 per simulacrum, quod formam haberet humanam, significari animam rationalem, quod eo velut vase natura ista soleat -eri. *nota*: VVLG. psalm. 76, 10 aut -bit (συνέξει) *deus* in ira sua misericordias suas? intra (*cf. p. 703, 16*): SVLP. SEV. chron. 2, 14, 7 ut ... intra sua tantum mysteria -retur historia *sacra*. CASSIOD. art. 3 p. 1181^{C} huiusmodi propositio aliquotiens quidem intra argumenti ambitum -etur. *reflexive* (*cf. p. 703, 52*): LVCR. 3, 210 quamque loco se -eat parvo *animus*, si possit conglomerari. SEN. epist. 95, 10 nec me intra contubernium mortale -o. LACT. inst. 1, 3, 6 cum intra praescriptam portionem se quisque -eat. PHOEBAD. c. Arrian. 12 se mali doctores intra artis suae secreta non -ent. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 16 haec forma in cadis aut in situlis aliisque ... corporibus quae se sua capacitate -ent, proprie pervidetur.

3 *i. q. tenere, retinere* (*opp.* solvere): **a** *proprie*: PLAVT. Amph. 690 an te auspicium commoratum est an tempestas -et (continit *Luchs*). Rud. 510 -e quaeso caput (CELS. 7, 7, 14 caput eius minister -eat). CIC. Arat. frg. 15 hic *Anguitenens* pressu duplici palmarum -et Anguem. VERG. Aen. 2, 593 dextraque prehensum -uit (SVET. Tib. 25 dextram. *cf.* PASS. Matth. 239, 22 Plato a sinistra parte -bat beatum Matheum). OV. ars 1, 544 pressas -et arte iubas. epist. 7, 172 nunc levis eiectam -et alga ratem. CELS. 4, 31 recteque in aqua quam frigidissima articuli -entur. 7, 16 quam *acum* dextra -uit. SEN. epist. 87, 2 sine ullis rebus, nisi quae corpore nostro -bantur. COLVM. 4, 20, 4 eam partem, quam nos praecipitamus, ..., crebris viminibus innexis -ent. 7, 12, 12 *catuli* catenis per diem -endi et noctibus solvendi. PLIN. nat. 24, 49 defluentes *capillos* -et (27, 17. 28, 166 PLAC. med. 2, 14 THEOD. PRISC. eup. faen. 8). PLIN. epist. 10, 20 ad -endas custodias plures commilitones converti. GEST. Pilat. 1, 1, 6 eligite vos viros potentes et fortes, et ipsi -eant signa (*var. lect.* teneant. κατάσχωσιν). *nota*: CVRT. 9, 5, 27 Critobulus ... hortari eum coepit, ut se -endum praeberet, dum spiculum evelleret.

b *i. q. inimicus, adversarius*: *α de animantibus*: VARRO ling. 5,70 -is diis. CIC. nat. deor. 2,70 cum duo exercitus -os alii dei ex alia parte defenderent (*cf.* SEN. nat. 6,32,7 non arma -is disposita vexillis). BELL. Hisp. 22,6 principibusque, qui sibi -i fuissent, interfectis. PROP. 1,5,9 si forte tuis non est -a votis *puella*. VAL. MAX. 9,2,1 quattuor legiones -ae partis fidem suam secutas (9,10 ext. 1 inter infesta -ae partis agmina. SIDON. epist. 9,9,12 in acie -ae partis). PHAEDR. 4,11,17 quos ipse alueris tibi inveniri maxime -os. SEN. nat. 2,34,1 quicquid fulmine denuntiatum est, nec extis nec ave -a refellitur. STAT. Theb. 10,70 scit fata suis -a Grais aversumque Iovem (*cf.* CARM. epigr. 102,1 fata brevia -aque mihi). PS. CATO dist. 1,4 sperne repugnando tibi tu -us esse. COMM. apol. 721 -um nullus patitur sibi filium esse. LVCIF. non parc. 21 p. 254,7 tu -us inveniris esse nomini domini. TRACT. in Luc. 5,19 adversarii -i proelia pia exercent. VVLG. sap. 2,12 *iustus* inutilis est nobis et -us est (*ἐναντιοῦται*) operibus nostris. AVG. civ. 9,7 quod aliquis daemon fuerit Graecis favens Troianisque -us. GREG. TVR. Franc. 8,15 ne dicerer -us iussionibus sacerdotum. ARATOR act. 2,1197 anguis origo necis . . . -a iustis. LIB. iubil. 24,29 quoniam inimici et -i sunt filiis meis. BENED. reg. 23,2 si quis frater contumax . . . vel in aliquo -us existens sanctae regulae. *c. genet.*: FERRAND. epist. 7,14 -ii veritatis. GREG. TVR. Mart. 1,2 quidam vir huius operis invidus atque -us fuit. LEX Visig. 2,1,19 iudex -us aequitatis. *pro substant.*: RHET. Her. 4,23,33 subicimus id quod . . . nobis adiumento futurum sit aut offuturum sit -o. VITR. 3 praef. 2 in ambitione certationis -orum superatio obstitit eorum dignitati. ITALA exod. 23,22 (Lucif. Athan. 1,3 p. 70,4) inimicus ero inimicis tuis et resistam -is tuis (VVLG. affligam affligentes te). Is. 26,11 (Aug. civ. 20,12) ignis -os comedet (VVLG. hostes). prov. 14,9 (Cypr. sent. episc. 7) domus -orum legis (*παρανόμων*) debent emundationem (VVLG. *deest*). COMM. apol. 82 spero, reus non est, qui Caesaris dictus obaudit, -us autem perdit sua⟨m⟩ vita⟨m⟩ superbus. CAPITOL. Maximin. 10,2 placuerat, ut -i (*i. coniurati*) cum eo transirent. VVLG. II reg. 2,16 defixit gladium in latus -i (*τοῦ πλησίον αὐτοῦ*). sap. 2,18 liberabit eum de manibus -orum (*ἀνθεστηκότων*). Sirach 47,8 extirpavit Philisthiim -os (*τοὺς ὑπεναντίους*). RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 197[A] inimici veritatis fideique -i. CASSIOD. var. 10,7,3 ut probaretur -i animum non laesisse. IORD. Rom. 370 -us cum exercitu venerat. NICET. spir. 3.

i. q. diabolus: CLEM. ad Cor. 51 quaecumque . . . deficimus propter quasdam incursiones -i (*τοῦ ἀντικειμένου*), postulemus remitti nobis. HIER. in Eph. 4,27 p. 629 *diabolus* lingua hebraea Satan appellatur, id est adversarius, sive -us (BACHIAR. repar. laps. 20. ORIG. in Matth. 12,21 satana autem dixit ei . . . quod Hebraei interpretati sunt -us [*σατανᾶ τοῖς Ἑβραικοῖς ἀντικείμενος*]). BARNAB. 2,1 cum . . . -us (*τοῦ ἐνεργοῦντος*) habeat huius saeculi potestatem. *β de rebus* (*cf. l. 31. 32*): OV. am. 1,8,29 stella tibi oppositi nocuit -a Martis. met. 2,380 -a flumina flammis (8,737 undis -us ignis). 10,709 stat monitis -a virtus. trist. 1,5,41 qui non -a fovi arma (2,51 qui nec -a dicor arma nec hostiles esse secutus opes. VAL. MAX. 5,1 ext. 6). VAL. MAX. 1,8,6 per mediam hostium aciem ad -a castra evasit (5,6 ext. 1. 9,2,4). PLIN. nat. 11,58 acies -as (AMM. 26,7,15). SIL. 10,67 qui nunc -a bella ipsi ferre Iovi valeat. 9,15 -a Paulo auspicia incusante deum. IREN. 1,15,6 habens te praecursorem -ae adversus deum nequitiae (*ἀντιθέου πανουργίας*). VVLG. num. 22,32 perversa est via tua mihique -a (*ἐναντίον μου*). *nota*: AVG. serm. ed. Mai 90,2 in aegritudine sanitas, in -is prosperitas . . . optatur.

4 ***varia*:** *i. q. mutuus*: FRONTIN. strat. 1,8,6 missosque eos velut -a pignora retinuerunt. COD. Theod. 5,18,1,3 (*a. 419*) ut pro filiis quoque -i praebeantur. PAVL. FEST. p. 64 -um aes (*ἀντίρροπον*), grave aes. VVLG. Sirach 23,15 loquela -a morti (*λέξις ἀντιπεριβεβλημένη*; *i. in conspectu mortis*).

synonyma: adversus, disiunctus, diversus, inimicus, noxius.

compos.: subcontrarius.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

subst. **contrārius,** -ī *m. et* **contrārium,** -ī *n. v. sub* contrarius.

adv. **contrāriē.** **1** *proprie*: CIC. Tim. 31 bifariam -e (*Plato p. 39B κατὰ τὰ ἐναντία*) simul procedentia *sidera.* **2** *translate*: RHET. Her. 3,6,11 quae videmus -e paucis verbis commutatis dici posse (TAC. dial. 34 nemo *oratorum* impune stulte aliquid aut -e dicit. SCHOL. Stat. Theb. 5,422). CIC. de orat. 1,140 aut ambigue quid sit scriptum aut -e (part. 108). 2,263 verba relata -e (*i. ἀντίθετα*). PS. VARRO sent. 59 -e opinari pluribus. BOETH. arithm. 1,10 p. 22,7 omnes partes -e denominatas (1,11 p. 26,10). 2,47 p. 153,28 -e harmonica medietas proportiones habet. herm. pr. 1,7 p. 93,3 -e (*i. ἐναντίως*) vero universalem affirmationem et universalem negationem. 2,14 p. 211,22 sunt autem ista contraria. sed non eo quod contrariorum sint contrariae sunt sed magis eo quod -e. herm. sec. 6,13 p. 430,3 idem significat necessarium et impossibile sed -e (*i. ἀντεστραμμένως*). p. 431,10 conversim et -e. ORIBAS. syn. 5,50 totum corpus calidum est, praeter si non -e agat cor. *seq.* quam: BOETH. arithm. 2,44 p. 145,3 numeri quantitas multitudoque neglegitur -e quam in arithmetica medietate. *Spelthahn.*

contrāscrība, -ae *m.* [*cf. c. gr. ἀντιγραφεύς. Th.*]. *i. q. contrascriptor*: CORP. XIII 5698 Paullínus contra scriba.

contrāscrībo, -ere [*a* contra *et* scribere; *cf. c. gr. ἀντιγράφειν. Th.*]. *i. q. consignare*: APVL. apol. 78 praesente et -ente Aemiliano. OPTAT. app. 1 p. 187,4 -ente Victore Aufidi in brevi sic. *aliter v. p. 742, 12.*

✖**contrāscrīptor,** -ōris *m.* [*cf. c. gr. ἀντιγραφεύς. Th.*]. *officialis, cf. Hirschfeld, Die Kaiserl. Verwaltungsbeamten² p. 462, 2.* CORP. VI 8641 -i domus Aug(ustae). 8950 -btori rationis summi choragi. 8999 contra script. pistorum. III 14062 Aug(usti) n(ostri). XIV 2493 ser(vus?) co⟨n⟩trascriptor. V 7213 -r fin(ibus) Cotti vovit, arcar(ius) Lugud(uni) s. l. m. *et saepe in* INSCR. *notatur*: ↃS ↃSC. ⅂SC ⅂SCR.

contrāsentio, -īre *a* contra *et* sentire. CHALC. comm. 171 ita ut a -entibus asserebatur. *cf. p. 741, 15.*

contrāsisto *v. p. 742, 14.* **contrāsto** *v. p. 742, 20.*

?**contrāstringo,** -ere *a* contra *et* stringere. CHIRON 683 deponito iumentum et -ito diligenter (*videtur scrib.* constringito *vel* contra ⟨eum locum⟩ str.). *cf. p. 741, 61.*

contrāvenio *v. p. 742, 29.* **contrāversia** *sim. v.* controversia.

contrectābilis, -e *a* contrectare. *quod contrectari potest*: TERT. anim. 57 solida et -i et satiata veritate praeiudicatum est. LACT. inst. 2,8,39 quidquid est solido et -i corpore (AVG. enchir. 59,15 FVLG. RVSP. ad Monim. 3,2). 7,21,2 cum in se nihil habeant solidum et -e *animae* (*syn.* tractabilis. PRVD. apoth. 958 corporis effigiem, nil -e habentem). HIL. trin. 4,42 deus certe noster est et visibilis in homine et -is deus. AVSON. 168,3 nec -e fulmen (vulnus *Peiper*). AVG. civ. 8,23 ille visibilia et -ia simulacra velut corpora deorum esse asserit. 14,5. MAR. MERC. Nest. serm. 7,8 (*syn.* 7,9 palpabilis). *adv.* **contrectābiliter:** LVCR. 4,660 illi ... levissima corpora debent contractabiliter caulas intrare palati.

contrectātio, -ōnis *f. a* contrectare. contractatio *traditur* DON. Ter. Eun. 96. *legitur apud* CIC. *bis et rursus inde ab* APVL.

i. q. contactus, tactio, palpatio: CIC. rep. 4,4 quam -es et amores soluti et liberi! nat. deor. 1,77 cur non gestiret taurus equae -e, equus vaccae. APVL. met. 8,23 taedio -is eorum qui de dentibus meis aetate⟨m⟩ computabant. Socr. 6 p. 132 non enim illos *deos* a cura rerum humanarum, sed -e sola removi (*cf.* AVG. civ. 9,16 ut eos *deos* sublimiter separatos humana -o contaminare non possit. *ibid. saepius.* 9,18. 23). ARNOB. nat. 1,51 manus -e (EVSTATH. Bas. hex. 8,3 p. 948C). DON. Ter. Eun. 96 hoc totum nimis blande et cum -e adulescentis dicit meretrix. HIL. in psalm. 118 gimel 4 tamquam per -em mortui quisquam fiat immundus. PELAG. in Col. 2 p. 857D illo tactu et gustu et -e. AVG. civ. 9,17 corporalium -um facere mentionem. quaest. hept. 1,161. enchir, 59,15 quomodo Iacob cum angelo tam solida -e luctatus sit. serm, 361,13 cicatricum. AVG. in psalm. 50,6 -o coniugis alienae. *apud iurisconsultos, rei alienae amotio* (*cf. p. 774, 52*): PAVL. dig. 47,2,1,3 furtum est -o rei fraudulosa lucri faciendi causa. 41,2,3,18 furtum sine -e fieri non potest (VLP. dig. 47,2,52,19). 47,2,83 pr. ex -e eorum *vestimentorum* furtum fecisse videtur. *cf.* POMPON. dig. 47,2,9 pr. VLP. dig. 47,2,52,19.

contrectātor, -ōris *m. a* contrectare. *is qui rem alienam aufert* (*cf. p. 774, 52*): VLP. dig. 47,2,36,2 si cum rebus aufugerit fugitivus, posse furti actione sollicitatorem (*i. qui persuasit servo, ut fugeret*) conveniri rerum nomine, quia opem consilium -i tulit. *fere i. q. adiutor*: DIDASC. apost. 27,23 presbyteros constituet et consiliarios sibi et contractatores diaconos.

✖**contrecto,** -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* tractare. *Th.*]. *traditur* contracto: PLAVT. Poen. 698 (*P*, -e- *A*). 1311 (*A P*). LVCR. 2,853. 6,854 SEN. contr. 1,2,3 (*p. 774, 12*). 7,1,21 SEN. epist. 41,6 SVET. Dom. 1 (*cod. A*) FRONTO p. 219,15 N. CYPR. epist. 65,3 HIL. myst. p. 14,34 VVLG. Col. 2,21 *cod. Fuld.* AVG. conf. 10,8,13 MAXIM. eleg. 5,58. 6,4. GLOSS. *ψηλαφῶ.* DIFF. ed. Beck p. 31,29 attrectat aliquis manu semel, -at saepius. *legitur inde a* PLAVTO; *singulis locis*: CELS. COLVM. VAL. FL., *binis*: CIC. LVCR. OV. TAC. ann. APVL., *quaternis*: PLAVT. SEN. philos. SVET. FRONTO, *quinque*: SEN. rhet.

1 *proprie: tangere, palpare, apprehendere*: **a** *generatim*: PLAVT. Asin. 523 Argyrippum ... compellare aut -are, colloquive aut contui. Mil. 1052 te compellare et complecti et -are. Poen. 698 lepidam mulierem complexum -are. 1311 tune hic amator audes esse ... aut -tractare quod mares homines amant. LVCR. 6,854 sol nudum -tractans corpus aquai. OV. epist. 19,141 -atque sinus et forsitan oscula iungit. Pont. 2,2,60 quod *vulnus* cum sanabile non sit, non -ari tutius esse puto. PAVL. FEST. p. 155 matronae a magistratibus non summovebantur, ne pulsari -ari[q]ue viderentur. SEN. contr. 1, 2,3 omnes partes corporis et inspectae et -tractatae (contractae *codd. optimi*). 1,2,9 -ata es alicuius manu, alicuius osculo, alicuius amplexu (SEN. Med. 680 triste laeva -ans [complicans *vel* comprecans *trad.*] sacrum manu. TERT. anim. 24. ARNOB. nat. 2,71 quas *rationes* possit videre et -are, quemadmodum dicitur, manibus. 5,14. AVG. civ. 22,8 scrutatur oculis digitisque -at. EVSTATH. Bas. hex. 7,1 p. 937B. SIDON. epist. 6,1,4 despicatissimi vermis ulcera digitis exhortationis -are. *cf.* RVFIN. hist. 5,1,38 *gloriam* sibi iam iamque manu contingere et -are dexteris videbantur). SEN. contr. 1,2,13 virginem ...-atam osculis (oculis *trad.*) omnium. CELS. 2,8 p. 46 si -ato ventre nullus motus eius sentitur (*de medico*: SEN. dial. 2,13,2). SEN. Thy. 694 ipse devotos neci -at et componit. epist. 41,6. 114,24 *populus* quae non potest haurire, -at. COLVM. 12,4,3 ne -entur pocula vel cibi. VAL. FL. 6,669 monilia. SVET. Cal. 42 -andae pecuniae cupidine incensus *eqs.* Nero 34 membra. FRONTO p. 134,23 N. corpus meum. TERT. nat. 2,11 qui *dei* visi retro, auditi -atique sunt. anim. 50 videat illos meus Thomas, audiat, -et et credid⟨er⟩it. ITALA psalm. 113,7 (Tert. scorp. 2) dii nationum ... *habent* manus nec -ant (*ψηλαφήσουσι*, VVLG. palpabunt). I Ioh. 1,1 (Tert. anim. 17) *et* VVLG. manus nostrae -erunt. ARNOB. nat. 5,11 virilia dormientis. 5,26. 6,16 signa quorum plantas et genua contingitis et -atis orantes. 7,28. AVR. VICT. Caes. 5,7 utrique sexui genitalia vultu. HIL. myst. p. 14,34 non sine suspicione *Iacob* -tractatus a caeco *Isaac* est. trin. 3,20 palpandi corporis et -andi vulneris obtulit facultatem. AMM. 17,4,12 recens advectum *obeliscum* nec -are ausus est nec movere. 22,16,22. 23,6,35 hostiam. VVLG. Col. 2,21 ne tetigeritis neque gustaveritis neque -eritis (*θίγῃς.* -tract- *cod. Fuld.*). AVG. civ. 1,18 nullo -antur attactu *eius membra* (GREG. TVR. vit. patr. 14,3 tactuque blandissimo membra eius -ans). 9,16 si et -ari miscerique hominibus nec tamen contaminari daemones possunt. 11,26 dura et mollia -ando sentimus. 21,2 *aquarum calidarum* fervorem nemo impune -at. in psalm. 139,4 -a radices ipsarum *spinarum* et vide si sentis dolorem *al.* LEO M. serm. 64,1 quod -erunt *testimonia apostolica*, palpavimus. *nota i. q. perscrutari*: SVET. Claud. 35 ne feminae praetextatique pueri et puellae -rentur. APVL. met. 10,10 -atis nequissimi servi manibus. *cf. supra l. 17.* **b** *speciatim*: *mulieres contingere*: PLAVT. Poen. 698 *v. supra l. 5* SEN. contr. 1,2,9 *v. supra l. 13.* TAC. ann. 14,35 -atam filiarum pudicitiam ulcisci. SVET. Dom. 1 -atis multorum uxoribus. APVL. met. 8,7 studium -andae mulieris. IVST. 7,3,4 Persis petulantius -antibus *mulieres.* AMM. 24,4,27 nec -are aliquam *feminam* voluit nec videre. *res alienas auferre*: GAIVS inst. 3,195 furtum autem fit non solum cum quis intercipiendi causa rem alienam amovet, sed generaliter cum quis rem alienam invito domino -at (INST. Iust. 4,1,6 COD. Iust. 6,2,70,1). 3,198 *bis.* 209. PAVL. dig. 47,2,6 quamvis enim saepe furtum -ando fiat. 47,2,21,8. 47,2,22 pr. si quid fur fregerit aut ruperit, quod non etiam furandi causa -erit, eius nomine cum eo furti agere non potest. VLP. dig. 47,2,66. 47,4,1,1 *et saepe* DIG. AMM. 17,9,5 quae (*aurum et argentum*) olim nec -are potuimus nec videre. 30,8,9 de civili luctu (*sc. proscriptionibus*) fructum -are. *i. q. violare, laedere* (*cf. supra l. 11*): FRONTO p. 166,13 N. pleraque animalia ... ova atque catulos suos unguibus aut dentibus male -ant, nec odio sed imperitio nutricandi obterunt. p. 219,15 *operae culinarii* piscem -antes (*i. conficientes*). VVLG. II Macc. 5,16 sancta vasa ... bat indigne et contaminabat. AVG. civ. 1,28 si nec hostium violentiā -ata esset *caro.* LIB. iubil. 35,7 infirmitas non -vit eam (*Rebeccam*). *nota*: COD. Theod. 9, 23,1,2 (*a. 356*) pecunias ... vetitas -are (*i. in usum convertere*). COD. Iust. 12,49 (50),7,1 irritis his quae vetita -vit (*i. fecit*).

2 *translate*: *oculis tractare* (*cf. supra l. 21*): TAC. ann. 3,12 nudare corpus et -andum vulgi oculis permittere. LACT. opif. 1,15 quae *res* neque oculis -ari neque tangi manu possunt. inst. 2,6,6 ut ... pocula insatiabili contemplatione -ent. *mente tractare, versari in*: CIC. de orat. 3,24 qui, quae complecti tota nequeunt, haec facilius divulsa et quasi discerpta -ant. Tusc. 3,33 impellit *ratio* ... ad conspiciendas totaque mente -andas varias voluptates. SEN. contr. 7,1 (16),21 Albucius in argumentis plura posuit et omnes fere colores -tractavit. 10 praef. 1 *studia* leviter tacta delectant, -ata et propius admota fastidio sunt. FRONTO p. 62,12 N. *verba* inscie -are. GELL. 17,19,3 disciplinas philosophiae -are et physica adire. CYPR. epist. 65,3 ne apud altare consistere et -tractare ulterius perseverarent pudorem incesti. ARNOB. nat. 1,29 ut subiectas res cernere, ut -are, ut considerare possetis. AMM. 28,4,4 nulla volumina praeter haec (*sc. Marii Maximi*) -antes. MAXIM. eleg. 6,4 -tractata

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diu crimina crimen habent. EVSTATH. Bas. hex. 2,1 p. 879B quis ergo sit ausus impossibilia -are? 2,2 p. 882A cessent . . . fabulosis figmentis . . . virtutem incomprehensibilem . . . -are.

syn.: contingere, tangere, palpare; complecti. contaminare, obterere, pulsare.

comp.: praecontrecto. *L.*

contremebundus, -a, -um [*cf. c.* contremere, contremiscere *et c.* tremebundus. *Th.*]. ITALA psalm. 76,19 (Veron.) contremibunda (AVG. *ad l.* contremebunda) facta est terra (ἔντρομος ἐγενήθη, VVLG. contremuit).

contremīsco (-ēsco), -uī, -ere *a* con *et* tremere, *cf.* contremere. *formae in* -isco *et* -esco *variant in libris, ex. gr.* CIC. de orat. 1,121 SEN. contr. 2, 3, 1. *legitur singulis locis apud* ENN. CATVLL. LVCR. SALL. HOR. OV. SEN. rhet. SEN. philos. VAL. FL., *binis*: VERG. SIL. TAC., *quater*: CIC., *frequenter apud* ECCL.

1 *intransitive*: *tremere incipere, horrescere*: SERV. georg. 3,199 horrescunt -iscunt. *res -unt*: ENN. ann. 541 -uit templum magnum Iovis. CIC. har. resp. 63 cum . . . mundus cumque agri atque terrae motu quodam novo -unt. CATVLL. 64, 205 quo nutu tellus atque horrida -erunt aequora (ARNOB. nat. 1, 53 tellus mota -uit). LVCR. 3, 835 omnia cum belli trepido concussa tumultu horrida -uere. VERG. Aen. 3, 673 quo *clamore* pontus et omnes -uere (intremuere *FP*) undae (FIRM. err. 28, 6 sub remis vestris . . . unda -uit). 7, 515 qua *voce* . . . omne -uit nemus. OV. met. 8, 758 -uit gemitumque dedit . . . quercus. SIL. 17, 406 -uere aurae. ITALA Nah. 1, 5 (Cypr. testim. 3, 20) colles -erunt (ἐσείσθησαν, VVLG. desolati sunt. *cf.* VVLG. Is. 54, 10 [μεταχινηθήσονται]). LACT. ira 23, 13 caelum et terra et rerum natura omnis -it (FIRM. err. 24, 2. VVLG. II reg. 22, 8. psalm. 17, 8 [ἔντρομος ἐγενήθη]. 76, 19 *v. l.* 8 Iob 26, 11. Ioel 2, 10 a facie eius -uit terra [συγχυθήσεται]. Nah. 1, 5 [ἀνεστάλη]. ZACCH. 1, 25 aspectu dei metuens -it terra. ORIG. in Matth. 18, 134). HIER. in Am. 5 p. 289 de Aetnae motu Trinacria -at. VVLG. Hab. 3, 16 a voce -erunt labia mea. I Macc. 2, 24 -erunt (ἐτρόμησαν) renes eius. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 42 *ptarmicis* stomachus commotione capitis -at. *translate*: CIC. Sest. 68 cuius in mea causa nunquam fides virtusque -uit. SEN. contr. 2, 3, 1 quid -escis (-iscis *VD*, -escit *B*), senectus? PS. RVFIN. in psalm. 63, 5 -it potestas et non -it immanitas. 64, 8 -it amaritudo paenitentiae. OROS. hist. 2, 6, 14 rei publicae moles . . . magis imbecillitate . . . quam alienae concussae viribus -unt. *animantia -unt*: CIC. div. 1, 58 me -isse timore perterritum. de orat. 1, 121 *ut* artubus omnibus -am. CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 4 toto corpore -o (CHIRON 286 *iumentum* -it toto corpore. 331 HIST. Apoll. rec. A 33. 37 rec. B 50). SALL. Iug. 114, 2 quo metu Italia omnis -uit (VAL. FL. 7, 80 *Medea* -uit . . . metu). SIL. 9, 441 adventu deum . . . ambae -uere acies. TAC. hist. 2, 32 provinciam . . . incursu classis et adverso proelio -isse. ann. 6, 9 -erant patres. PANEG. 2, 7. 3, 10 Poeno ex summis Alpibus viso Italia -uit. 5, 10 Roma subducta . . . qua sustentata fuerat dextera tua -uit ac paene consedit. ARNOB. nat. 7, 50 *sub Hannibale* res Romana -uit. LACT. inst. 7, 11 trepidabunt omnes et . . . -ent. FIRM. err. 28, 11. CLAVD. DON. Aen. 11, 420 ante sonitum tubae graviter -imus. CHIRON 501 quodcunque *iumentum* ⟨aquae⟩ potione . . . -erit. *ibid.* ex qua re -unt. VEG. mulom. 2, 97, 1 iacentia *animalia* -unt. HIER. tract. in psalm. I p. 122, 10 morderis a cimice et -is. epist. 46, 8 *angeli diaboli* -unt. 123, 16 Hispaniae . . . cotidie -unt. VVLG. deut. 2, 25 in morem parturientium -ant (ὠδῖνας ἔξουσι). IV reg. 19, 26 humiles manu -erunt (ἠσθένησαν τῇ χειρί) et confusi sunt. Is. 37, 27 habitatores *civitatum* breviata manu -erunt. Iac. 2, 19 daemones . . . -unt (φρίσσουσι). RVFIN. Orig. in gen. 16, 5 -o haec dicens. PS. RVFIN. in psalm. 6, 4 anima . . . in semet ipsa -it. 45, 8 quis non -it gaudio? CLAVD. rapt. Pros. 3, 192. AVG. serm. ed. Mai 107, 2 quis ad hoc . . . intentus non visceribus -at? in Iob 26 p. 563, 7 ut robustissimi -erint . . . ab increpatione domini. in psalm. 140, 19. ZACCH. 3, 7 *antiquus serpens* totum undique -it. PHYSIOGN. 54 interdum -ere eos (*homines*) cervicibus pervidebis. PETR. CHRYS. serm. 109 p. 502B ad obsequium regis militaris statio -it. SIDON. epist. 9, 3, 4. POMER. 1, 21, 3 quis ad haec non -at? CORIPP. Iust. 3, 399 -uit stupefactus Avar. PALLAD. hist. mon. II 15 p. 370C valde territus et -ens. PASS. Theclae B c 38 p. 110, 18 ut ipsis vocibus omnis civitas motu quodam -ret (C 38 p. 111, 1 vocibus earum tota civitas -uit. p. 111, 16 a vocibus. p. 111, 9 ad [has] voces). PASS. Petr. 16 PASS. Matth. p. 242, 27.

2 *transitive i. q. cum tremore metuere*: HOR. carm. 1, 12, 8 unde periculum fulgens -uit domus Saturni. SEN. epist. 65, 24 non -amus iniurias, non vulnera, non vincula, non egestatem. MIN. FEL. 28, 9 nec Serapidem magis quam strepitus per pudenda corporis expressos -unt. IVST. 32, 4, 10 *Hannibalem* Romano tonante bello Italia -uit. LVCIF. moriend. 3 p. 289, 20 *diabolus* -it praesentiam cultorum dei. PS. RVFIN. in psalm. 75, 10 -at tormenta. AVG. serm. ed. Mai 85, 2 inferi -unt vivum *Christum*. 87, 3 -emus siccum caelum. grat. 21, 42 quis non ista iudicia divina -at? epist. 138, 18 cui angeli serviunt, quem daemones -unt. divers. quaest. 79, 4 -unt . . . haec *signa*. in psalm. 48 serm. 2, 1 stulti non -entes vocem Christi. CASSIAN. conl. 12, 12, 3. SALV. eccl. 4, 23 nec remunerationem *domini* desideras, nec iracundiam -is. SIDON. epist. 9, 11, 2 cum mihi rigor censurae tuae . . . sit . . . -endus. CEREAL. 2 fidem -unt daemones. VEREC. in cant. 6, 28 *voluntas dominica* in investigandis debet dispensationibus -i. CORIPP. Ioh. 4, 800 -uere tonantem . . . Gigantes. PALLAD. hist. mon. I 30 p. 316A. CASSIOD. compl. in Hebr. 3, 1 -enda est siquidem poena priscorum. compl. in apoc. 14, 1 fit autem poenae ipsorum terribilis et -enda descriptio. *seq. infinitivus*: PS. CYPR. singul. cler. 22 *Paulus* collegas suos imitari -uit. HEGES. 5, 16 l. 24 -o tanta recensere mirabilia. CAES. AREL. grat. 104 reprehendere deum non -is et metuis. *seq.* ne: CAES. AREL. grat. 117 *homo* -at ne in eo impleatur illud quod scriptum est.

3 *i. q. terrere*: SERM. de conf. diab. 110 vox illius sola me -it et dissolvit virtutem meam.

syn.: tremere; terreri, horrescere, trepidare, metuere.

contremo, -ere *a* con *et* tremere. *i. valde tremere*: PACVV. trag. 413 caelum tonitru -it. LVCR. 5, 1221 fulmini⟨s⟩ horribili cum plaga torrida tellus -it. SEN. rem. fort. 1, 2 ad hoc praecipue gens humana -it. CLAVD. DON. Aen. 9, 715 pilae casu multa alia -unt. AVG. civ. 22, 8 *intuebatur populus* alteram membris omnibus -entem. conf. 10, 36, 59 -unt fundamenta montium. *transitive*: AMM. 20, 11, 14 *Romani* ne prompta quidem pericula -bant (*sic Langen*; contemneliant *V*, contemnebant *Pbga*). MART. CAP. 1, 31 paterna -ens praecepta.

contremulus, -a, -um [*cf. c.* contremere, contremiscere *et c.* tremulus. *Th.*]. VARRO Men. 400 *luna* contremula aquilenta.

contrībulātio, -ōnis *f. a* contribulare. *i. q. contritio*: ITALA Is. 65, 14 (Tert. adv. Iud. 13) a -e (ἀπὸ συντριβῆς, VVLG. contritione) spiritus ululabitis. Os. 13, 13 (Weing. Lact. inst. 4, 19, 9 epit. 42, 2) in -e filiorum. FVLG. aet. mund. p. 152, 5 clementia -es dum commodat, non habet modum. AVG. serm. 216, 6 vestri cordis scrutatione et -e. in psalm. 103 serm. 4, 18 -o cordis tui. 120, 1 a convalle plorationis id est ab humilitate -is.

contrībūlis, -is *m.* [*a* con *et* tribulis *vel* tribus. *Th.*]. GLOSS. -es consanguinei, quasi ex eadem tribu. -bus parentibus, simul contribulatis. NOT. Tir. 52, 61b. CORP. VI 33998 -i h(onoris) c(ausa). CYPR. GALL. lev. 257 proximus hunc redimat, aut si non affuit ille, -is. ITALA (codd. d. g) *et* VVLG. I Thess. 2, 14 eadem passi estis et vos a vestris -bus (συμφυλετῶν) (THEOD. MOPS. ad I Thess. 1, 1). CLEM. ad Cor. 4 audivit a cumtribule suo. AMBR. epist. 6, 8. HEGES. 5, 14, 4 si forte -es suos inflecteret. 5, 31 l. 55 cum civium manibus -is suus fuerit extinctus. HIER. in Zach. 3, 13 p. 910 virum cohaerentem mihi, id est προσκεκολλημένον μοι Aquila interpretatus est . . . virum -em meum, id est σύμφυλόν μου (*v. l.* μοι). in Gal. 1, 2 p. 405 -bus, cognatis et parentibus suis. VVLG. lev. 25, 17 affligere -es (τὸν πλησίον) vestros. I reg. 20, 6 victimae . . . ibi sunt universis -bus suis (ὅλῃ τῇ φυλῇ). II Macc. 4, 10. 15, 31. RVFIN. Orig. in gen. 17, 4 a fratribus suis id est a ceteris -bus (patr. 1, 1). hist. 2, 5, 1 pro -bus suis Iudaeis. CASSIAN. conl. 16, 2, 2 qua *dilectione* vel -es vel coniuges vel parentes seu fratres ac filii naturaliter ceteris praeferuntur. SIDON. epist. 9, 3, 4 turmis -ium levitarum. GREG. TVR. glor. conf. 94 Martinus cum Albino -e (-i 4) ingrediatur basilicam. EVANG. de nativ. Mar. 2, 1 cum nonnullis -bus suis. 2, 2 ORIG. in Matth. 18, 28. *nota de eo qui eiusdem religionis est*: SIDON. epist. 8, 13, 3 commendo . . . nostrum nuper effectum vestris orationibus -em. **contrībūlus,** -ī *m.*: GLOSS. consanguineus (consanguinis *cod.*). -i consanguinei quasi ex eadem tribu. quasi ex una tribo (!), participes. parentes. BACHIAR. fid. 2 p. 1023B ille . . . ait -is suis. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 187 erat Ezechias . . . apud -os maximus.

contrībulo, -āvī, -ātum, -āre *a* con *et* tribulare. GLOSS. συντρίβω. *quid proprie sit, discas ex* ANTIDOT. Brux. 145 flores . . . colligito et siccato atque -ato. SCHOL. Germ. Bas. p. 70, 9 *cancrum* Hercules calcatum -vit. *legitur autem plerumque latiore sensu conterendi, vexandi, delendi, opprimendi, comminuendi, percutiendi.* [*val.* cutrierare. *M.-L.*]

1 *proprie*: ITALA gen. 49, 24 (Lugd.) -atae sunt (συνετρίβη) cum virtute sagittae eorum. exod. 32, 10 (Lugd.) -bo (ἐκτρίψω) eos. lev. 26, 13 (Lugd.) -vi (VVLG. confregi) iugum obligamenti vestri. deut. 28, 7 (Lugd.) inimicos tuos . . . -atos ante faciem tuam (συντετριμμένους, VVLG. corruentes). 28, 24. 52. 33, 20 *leo* -ans (VVLG. cepit) brachia et principem. Ios. 7, 5 (Lugd. Lucif. non parc. 3) -erunt (VVLG. ceciderunt) illos. 7, 9 (Lugd.) -bunt (VVLG. delebunt) nos a terra. 10, 10 (Lugd.) -vit illos contritione magna (VVLG. contrivit . . . plaga). iud. 2, 15 (Lugd.) *manus dei* -vit eos valde (ἐξέθλιψεν, VVLG. vehementer afflicti sunt). 10, 9. 12 Madiam et Amalec -erunt (VVLG. oppresserunt) vos. 1, 34 (Aug. quaest. hept. 7, 11) -vit (VVLG. arctavit) Amorrhaeus filios Dan. exod. 23, 24 (Ottob.) -ans conteres (συντρίβων συντρίψεις, VVLG. confringes) titulos (*i. statuas*). Is. 45, 2 (Barnab. 10, 4) ostia aerea -bo (VVLG. conteram). I reg. 4, 18 (Lucif. Athan. 1, 11) -atum est (VVLG. fractis cervicibus) dorsum eius (VVLG. Sirach 35, 22). IV reg. 23, 14 (Lucif. non parc. 7 p. 224, 11) -vit titulos (VVLG. contrivit). Am. 8, 4 (Gild. Brit. 53 p. 57, 17) -atis (ἐκτρίβοντες, VVLG. conteritis) immane pauperem. VVLG. psalm. 73, 13 capita draconum. Sirach 35, 23 sceptra iniquorum -et. MAR. AVENT. chron. II p. 236 a. 539 exercitus loci infirmitate gravatus valde -atus est.

2 *translate, i. q. aerumnis vel plagis afficere, affligere, humi-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liare, cf. AVG. in psalm. 83, 1 accedens quisque ad servitutem dei ad torcularia se venisse cognoscat: -bitur, conteretur, comprimetur: ITALA psalm. 50, 19 (Tert. adv. Iud. 5) cor -atum et humiliatum hostia deo est (TERT. *ibid.* cor -atum acceptabile sacrificium deo demonstratur. *cf.* CLEM. ad Cor. 18 ZENO 1, 7, 2 FILASTR. 110, 6 PAVL. NOL. epist. 40, 4. AVG. epist. 121, 2 cor humile et -atum). Ezech. 34, 4 (Cypr. epist. 57, 4. 68, 4) quod -atum est, non consolati estis (LXX *et* VVLG. *aliter*). ITALA (Cypr. mort. 11) *et* VVLG. psalm. 50, 19 spiritus -atus (CLEM. ad Cor. 18. ZENO 2, 17, 3 spiritum ... tota humilitate -atum. AMBR. Ioseph 7, 39 RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 108^{C} PAVL. NOL. epist. 49, 13 AVG. in psalm. 50, 23 *passim.* OROS. apol. 14, 3 VICT. VIT. 3, 52 EVGIPP. Sev. 43, 5 *al.*). ITALA Dan. 3, 39 (Rufin. Orig. in lev. 4, 5) in anima -ata. HERM. vulg. mand. 10, 1 tristitia ... -at (*ἐκτρίβει*, Pal. exterit) spiritum sanctum. AVG. epist. 111, 8 in anima -ata (VEREC. in cant. 4, 14). VEN. FORT. expos. orat. 9 filius qui non -at genitorem. ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 125, 10 artam illam et -atam euangelii semitam tenens. *nota dativum cum verbo coniunctum*: ORIG. in Matth. 18, 73 cum ipso sum in tribulatione h. e. -or ei. *part. perf. more substantivi*: ITALA Is. 57, 15 (Lucif. Athan. 1, 43) dans vindictam -atis corde (VVLG. cor contritorum). 61, 1 (CYPR. testim. 2, 10 Barnab. 14, 9) curare -atos (VVLG. contritis) corde. VVLG. Sirach 4, 4 rogationem -ati (*ἱκέτην θλιβόμενον*) ne abicias. PS. RVFIN. in psalm. 36, 21 pro -ato orat. AVG. in psalm. 69, 2 vox -atorum. 83, 10 lacrimae piae -atorum mustum sunt amantium. MAR. MERC. Cypr. apol. p. 256 discite audire -ati. *cf. p. 776, 33.*

contribūlus *v. p. 776, 53.*

contribuo, -uī, -ūtum, -ere *a* con *et* tribuere. GLOSS. -it *συνέμει*. *legitur inde a* CAES., *singulis locis ap.* CAES. TIB. OV. VELL. CVRT. SVET., *bis*: SEN. phil., *9^{ies}*: LIV., *10^{ies}*: PLIN. nat., *11^{ies}*: COLVM.

1 *proprie*: *t. t. iuris publici: adiungere terram, populum alicui, sub dicionem redigere vel dare, assignare*: *alicui*: CAES. civ. 1, 60, 1 *Calagurritani* erant tum (*sic Kindscher*, cum β, *del. Ciacc.*) Oscensibus -uti (tributarii *vel* attributi *Kraffert*). LIV. 26, 24, 15. 33, 34, 8. 36, 35, 7 Elei ... maluerunt Achaico -i concilio. 38, 3, 9 *Ambracia* -erat se Aetolis. 39, 26, 2. COLVM. 3, 3, 2 *Gallicus ager* nunc Piceno -itur. 9, 13, 9 (*in imagine*) apibus vetustate corruptis examen novum -ere. CVRT. 5, 3, 16 Vxiorum ... gentem subactam Susianorum satrapae -it. PLIN. nat. 3, 18. 4, 23 Aegosthenenses -uti Megarensibus. 5, 107. 14, 62 coloniam ... Capuae -utam. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 103, 3 colon⟨os⟩ incolasque -utos ... colon(iae). SVET. Aug. 48 *regna* alienigenis -it. SOL. 9, 1 partitiones ... Macedonum nomini -utae. *pecunias*: PAVL. dig. 35, 2, 22, 4 nullum legatum erit nec ceteris -etur. PAPIN. dig. 35, 2, 15 pr. quod bonis ... -endum est a debitore. 39, 6, 42, 1 coheredes eius bonis -i donationes ... vellent. *aliquem* (*aliquid*) in *aliquid vel aliquo*: LIV. 31, 30, 6 ne in unam urbem quidem -uti maiores (*opp.* pagatim habitantes). 32, 19, 4 Corinthum -uros *se esse* in antiquum gentis concilium. 42, 37, 9 Elei ... in Achaicum -uti concilium. VELL. 2, 20, 2 ut in octo tribus -rentur novi cives. COLVM. 9, 11, 1 duas vel tres alvorum plebes in unum -ere (GAIVS dig. 35, 2, 79 quae ... relicta sunt in unum -untur). PLIN. nat. 3, 19 in eam *coloniam* -untur Icositani. 4, 108 in oppidum -uti Convenae. 4, 117. *nota*: 3, 99 -uta eo maritima colonia. IVST. 12, 5, 8 in unam cohortem eos ... -it. CORP. VIII 3157 Nestor ... -utus ex leg. III Gallicae in leg. III. *cf.* INSCR. Korr.-Bl. d. Westd. Zeitschr. 1903 p. 202 (*saec. II*) con⟨t⟩r⟨i⟩buti ex Ger(maniis) duobus (*sic*). LIV. 32, 5, 5 quae ad condendam Megalen polin ex concilio Arcadum -utae forent. PLIN. nat. 5, 74 et regna -untur Trachonitis, Panias. VLP. dig. 42, 6, 1, 12 qui causatur bona -uta, cum praedia -i non possint. 35, 3, 1, 1 -utis legatis. 29, 4, 6, 2 -i fideicommissa. *ibid.* fideicommissarios. 47, 8, 2, 10 neque furti actio neque legis Aquiliae -utae sunt in hoc edicto. POMPON. dig. 41, 1, 27, 1 simul plura -untur, ex quibus unum medicamentum fit. TRYPH. dig. 29, 1, 18, 1 -bantur omnia.

2 *i. q. tribuere, attribuere, dare; saepissime additur dativus*: TIB. 1, 6, 64 proprios ego tecum ... annos -isse velim. OV. met. 7, 231 Spercheïdes undae -uēre aliquid. SEN. dial. 10, 15, 1 suos *annos* tibi -et (-it *A*). benef. 6, 5, 4 alterum alteri -ere. COLVM. 1, 9, 1 quibus operibus quemque habitum corporis aut animi -endum putemus. 2, 2, 2 generibus singulis senae species *terreni* -untur. 2, 2, 15 *campis salinarum* -untur praedicti colores. 2, 9, 17 leguminibus *panicum ac milium* -erim. 3, 1, 5 sicco *loco* recte -i diversae naturae semina. 3, 10, 7. 4, 1, 1. 5, 5, 8. TERT. spect. 29 voluptates a deo -utas tibi. AVSON. 38, 2 carmina Musis, licia -unt, casta Minerva, tibi. PS. RVFIN. in Ioel 2, 21—23 deus depellat tristia et secunda -at. 3, 1—3 ultionis gloriam ... -at. AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 482, 24 a *deo* haec scriptura humano generi -uta est. CAPREOL. epist. 2, 9 p. 855^{D} potestatem divinam homini ... -utam. CASSIOD. var. 11, 39, 2 illa numerositas molarum, quam specialiter -utam constat ad victum. COD. Theod. 6, 30, 20 (*a. 413*) *privilegia* scholae a nostra sunt mansuetudine -uta. 6, 26, 16 (*a. 413*) sciant a nobis licentiam -utam (COD. Iust. 12, 19, 5, 1). NOVELL. Iust. 89, 7 *Anastasii constitutio* naturales adoptare -it (*διδοῦσαν*). NICET. psalm. 5 omnibus ... suscipientibus se apta medicamenta psalmus -it. CARM. epigr. 439, 1 (= CORP. XI 6565) ver tibi -at sua munera florea grata. 1027, 2 coniugis ossa exspectan⟨t⟩ ... suís ut mea -am. *nota*: PLIN. nat. 32, 42 utilius est vitae -uta (*sc. uni cuique*) habere remedia, cum alii aliud prosit. *seq. inf.*: FVLG. Virg. cont. p. 92, 10 a partu recentibus matrem videre datur, non tamen statim cognoscere meritum -itur. MART. CAP. 1, 24 illum (*Iovem*) -as (*i. moneas*) favere iussis.

syn.: coniungo, misceo, attribuo, do. *opp.*: seiungo (SOL. 9, 1). depello (*cf. p. 777, 76*).

contribūtārius, -a, -um *a* con *et* tributarius. NOVELL. Iust. 128, 7 superindictionem cuiuslibet possessionis conservae aut -ae fieri (*κτήσεως ὁμοδούλων ἢ ὁμοκήνσων*). 128, 8 qui conserva aut -a praedia (*ὁμόδουλα ἢ ὁμόκηνσα χωρία*) possident.

contribūtio, -ōnis *f. a* contribuere. **1** *i. q. actus contribuendi (v.* contribuo *1), computatio, collatio* (*cf.* MOD. dig. 16, 2, 1 compensatio est debiti et crediti inter se -o): MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 8 non veniunt in -em quae ipsi heredi ... commissa sunt (VLP. dig. 24, 3, 7, 4 *fructus* ... non debere in -em venire. PAPIN. dig. 35, 2, 14, 2). PAPIN. dig. 35, 2, 11, 5 -i locus est. 39, 6, 42 pr. liberi ... -i ... tenebuntur. 35, 2, 11, 6 -o legatorum ... capiunt et formam et originem. 31, 73 pretii -e facta (PAVL. dig. 14, 2, 2, 7. 35, 2, 1, 12). 14, 2, 3 -o debetur. 35, 2, 11, 7 inducant -em. PAVL. sent. 2, 7, 3 vectores ad -em non tenentur. dig. 14, 2, 1 ut ... omnium -e sarciatur quod pro omnibus datum est (*loco gemino* sent. 2, 7, 1 intributione). VLP. dig. 28, 5, 35, 2 -o admittenda erit. HERMOG. dig. 14, 2, 5, 1 aequitas -is habebit locum. LEX colleg. Aesc. et Hyg. (Corp. VI 10234) 18 in -e sportularum. **2** *quod contribuitur (v.* contribuo *2), tributum*: ALF. dig. 19, 2, 30, 1 ut pro portione temporis ... pecuniae -o fieret. MOD. dig. 26, 7, 32, 6 onera annonarum et -um temporariorum (temporalium *dett.*) sustinere. COD. Theod. 12, 1, 173, 1 (*a. 410*) *aurum* ex huiusmodi -e redigitur. CORP. VIII 8210 ⟨so⟩luta -e a Cirtensib(us). *Hoppe.*

contrīco, -āvī, -āre *a* con *et* tricare. VITR. 10 2, 14 sic Paeonius ducendo et reducendo pecuniam contricavit (contrivit *edd.*) ut ad solvendum non esset.

[contrifītio] ITALA Is. 59, 7 (Didasc. apost. 20, 11) contrifitio et infelicitas (*σύντριμμα*, VVLG. contritio. *quod restituendum*).

contrīstātio, -ōnis *f. a* contristare. *i. q. luctus*: TERT. pudic. 7 nec congratulationem advocat vicinarum sed -em proximarum fraternitatum. adv. Marc. 2, 11. 5, 12 ad dissolutionis -em. AMBROSIAST. in Eph. 4, 30 -o itaque eius (*spiritus sancti*) indignitas nostra est. HIER. in Is. 66, 15 p. 813. PAVL. NOL. epist. 35 in tempore -is. AVG. serm. 173, 3 pereat -o, ubi tanta est consolatio. CASSIOD. in psalm. 68, 22 compl. in II Cor. 1, 23.

contrīstis *cf.* contristare. GLOSS. *σκυθρωπός*. DON. Ter. Ad. 865 nulli laedere os: adeo ut nulli se contristem (secum tristem *cod. Cuiac.*, nullum secum tr. *Wessn.*) faciat.

✖contrīsto, -āvī, -ātum, -āre [*a* con *et* tristis. *Th.*]. GLOSS. *ἀνιῶ, λυπῶ, στυγνοποιῶ*. -at tristem facit *λυπεῖ*. *legitur inde a* RVT. LVP. *et* CAEL. *singulis locis*: RVT. LVP. CAEL. HOR. sat. SEN. suas. PLIN. nat. STAT. Theb. APVL. *binis*: VERG. VAL. FL. *6^{ies}*: COLVM. *9^{ies}*: SEN. phil. *frequentant recentiores.*

1 *proprie: tristem reddere, dolore maerore afficere; apud posteriores i. q. laedere, affligere. saepe* -ari *sensu reflexivo ponitur.* CAEL. Cic. epist. 8, 9, 5 -vit haec sententia Balbum Cornelium. SEN. suas. 6, 16 nolo autem vos ... -ari, quod ... transeo. SEN. dial. 1, 2, 5 matrēs ... volunt numquam -ari (*sc. filios*), numquam flere, numquam laborare. 4, 2, 5 -at nos turba maerentium. 9, 16, 1 epist. 74, 34. 85, 14. 116, 2 naturale est opinionibus hominum tangi et adversis -ari. PS. SEN. epist. Paul. 12 putasne me haut -ari? FRONTIN. strat. 1, 12, 5 -atis militibus. TERT. apol. 39 neminem laedentes, neminem -antes. scorp. 5. pudic. 14 alii qui apostolum -verint incondite agentes et -ati sint ab illo. anim. 45 et oblectamur et -amur et conterremur in somniis. ITALA gen. 4, 5 (Lucif. Athan. 1, 2) -atus est Cain valde (VVLG. iratus). deut. 15, 10 (Lugd.) non -beris corde tuo (*λυπηθήσῃ*, VVLG. *aliter*). Is. 57, 17 (Ps. Cypr. ad Novat. 10) propter peccatum modice -vi eum (VVLG. iratus sum) ... et -atus est et abiit tristis (VVLG. et indignatus sum et abiit vagus). Ion. 4, 1 (Lucif. Athan. 2, 33) -atus est Ionas tristitia magna (VVLG. afflictus afflictione). II Cor. 2, 5 (Tert. pudic. 13 *et* VVLG.). Eph. 4, 30 (Tert. mart. 1 Herm. Pal. mand. 10, 3, 2 *et* VVLG.) nolite -are spiritum sanctum. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 75 (*opp.* gaudere) CYPR. epist. 65, 1 IREN. 1, 2, 3 *al.* MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 27 p. 1216^{B} -rer et tristitiam haberem. HIER. epist. 43, 2 laetamur ad nummum, obolo -amur. 82, 2 imperfectum opus ... volentes maerore -at. in Ezech. 16, 35 p. 176 -asti me, quem bonis operibus debueras ad gaudia provocare. *saepius.* VVLG. exod. 22, 21 advenam non -bis (*i. laedes. κακώσετε*) neque affliges. lev. 25, 14 ne -es fratrem tuum. II reg. 13, 21 -atus est valde et noluit -are spiritum Amnon. Ier. 22, 3 et advenam et pupillum et viduam nolite -are (Ezech. 22, 7). Dan. 3, 50 et non tetigit eos omnino ignis neque -vit nec quidquam molestiae intulit. II Macc. 4, 37 -atus itaque animo Antiochus propter Oniam. Marc. 10, 22 qui -atus in verbo, abiit maerens. Rom. 14, 15 si enim propter cibum frater tuus -atur. II Cor. 2, 2 (*opp.* laetificare). 7, 9 *et saepe in* VVLG. AVG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

civ. 9, 5 irasci peccanti ut corrigatur, -ari pro afflicto ut liberetur, timere periclitanti ne pereat. 14, 8 stultum autem non nisi cupere laetari, metuere -ari. 21, 18 quando sanctum suum prophetam fuerat parcendo -urus *et saepe*. AVELL. p. 302, 5 *al.* LEO M. epist. 30, 1 multum doleo multumque -or. PS. APVL. herb. 20, 6 si infans -atus fuerit (*opp.* hilariorem facies). CAEL. AVR. salut. praec. 53 ut animus aegrotantium nulla novitate bibendi -etur. 64. ENNOD. opusc. 2, 108 p. 320, 20 diabolo, qui -at ecclesiam. 3, 138 p. 366, 25 interpellat me terra..., cum aratris impexa -at. NOVELL. Iust. 22, 16, 1 si... mulier virum ... -et (*λυπεῖν*). 22, 20, 1 procreatam sobolem sequentibus matrimoniis ... -are. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 255[B] ne viderer eum vel -are vel perdere. FERRAND. epist. 10 sororis affectum piissimum. *nota*: *i. q. una tristare* (*cf. l. 40*): TERT. mart. 2 -etur illi, qui fructum saeculi suspirat. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 18 in toto... homine tristi non est divinitas -ata et in homine toto patiente non est divina natura compassa. *i. q. irasci*: PASS. Matth. p. 231, 30 -atus tunc imperator (*ὀργισθείς*). *cf. l. 30. 38. p. 778, 65.* *additur causa*: SEN. epist. 102, 27 quid -aris? APVL. met. 6, 23 nec tu, filia, quidquam -ere. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281[B] dic potius, quid te -verim. ob: SEN. dial. 4, 7, 1 concitari -arique ob scelera. de: TERT. spect. 16 de aliena infelicitate -antur, de aliena felicitate laetantur. ITALA Matth. 20, 24 (cod. e Hil. in Matth. 20, 11) -ati sunt de duobus fratribus (*ἠγανάκτησαν περί*, VVLG. indignati sunt de). OPTAT. 5, 10 p. 140, 10 cum praesentia multorum gaudeat et de aliquorum absentia -etur. HIER. epist. 21, 1. 75, 1 RVFIN. epist. Clement. 19. LEO M. epist. 120, 3 utinam ... non nos etiam de suo aeternae damnationis interitu -asset. 140, 2. FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 21. super: ITALA Ezech. 27, 35 (Tycon. 4 p. 46, 5) -ati sunt super te (*ἐστύγνασαν ἐπὶ σέ*, VVLG. obstupuerunt super te). 32, 10 (Tycon. 4 p. 44, 20). Ion. 4, 9 (Lucif. Athan. 2, 33) si valde -atus es (VVLG. irasceris) super cucurbitam. Matth. 15, 32 (cod. e) -atus sum super turbas (*σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον*, VVLG. misereor turbae). VVLG. I reg. 20, 34 Is. 51, 19 Ezech. 31, 15. Marc. 3, 5 super caecitate cordis eorum. AVG. civ. 14, 9 super duritia cordis Iudaeorum. AVELL. p. 188, 4. PASS. Paul. 2 -atus est rex *Nero* usque ad animam super mortem (morte *v. l.*) Patrocli. CLEM. ad Cor. 56 supra quam *doctrinam* nemo debet -ari. VVLG. III reg. 21, 5 quid est hoc unde anima tua -ata est? VVLG. Tob. 2, 13 non est -atus contra deum (*i. non iratus est*). *cf. infra l. 43.* in *c. abl.*: CASSIAN. conl. 24, 11, 2 utrum in eorum damnis vel adversis casibus -eris (*opp.* congaudeas). PASS. Andr. brev. 2 in his quae mihi contigerint, nolo vos -ari. pro: CASSIOD. hist. 1, 13 -amur pro eorum perditione. PS. THOM. euang. 5 quomodo cives -ati sunt adversus Ioseph pro factis Iesu. *c. acc. c. inf.*: AVG. epist. 262, 4 quod minus te observasse -or. c. Iul. op. imperf. 4, 122 sed te sic insanire -or.

2 *translate*: *obscurare, contrahere, corrumpere*: RVT. LVP. 2, 13 simul ac se fortuna -verit. VERG. georg. 3, 279 pluvio -at frigore caelum *auster* (Aen. 10, 275 sirius ... laevo -at lumine caelum. *cf.* VAL. FL. 6, 622 iamque pater *Iuppiter* maesto -at sidera vultu. STAT. Theb. 7, 46 durus -at sidera fulgor). HOR. sat. 1, 1, 36 simul inversum -at aquarius annum (*cf.* AVSON. 417, 102 effusaque hiemem -at aquarius unda). SEN. epist. 84, 2 altera res (*sc. scribere*) -bit vires et exhauriet, de stilo dico, altera (*sc. legere*) solvet ac diluet. COLVM. 3, 2, 20 nec caloribus tamen -antur *vites* (3, 20, 1. 3, 21, 8). 5, 9, 18 tota arbor -bitur. 8, 8, 4 ne quasi gravi perpetuae custodiae servitio -atae senescant *columbae* (*cf.* 9, 14, 11 ne saepius iniuria -atae velut desperatione rerum profugiant *apes*). PLIN. nat. 35, 198 quodam nitore exhilarat -atos sulpure *colores cimolia*. TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 23 potiorem honorem sabbati servat non -andi quam vacandi. ARNOB. nat. 2, 71 et quid istud aut vos iuvat aut nostram causam rationemque -at? PALLAD. 2, 13, 1 *solum* salsum ... vitium sapore corrupto vina -at. ZENO 2, 10, 2 non -at frontem ... Abraham. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 1, 4 refugio ... videre horrorem aliquem et omne quod conturbat et -at aspectum. ALC. AVIT. epist. 94 p. 102, 8 -are noluistis obsequium. *nota*: VAL. FL. 3, 427 humiles aras ... instituit silvaque super -at opaca (*i. densa fronde obtegit*). CORIPP. Ioh. 2, 252 ungula ... -at pulvere campos. PRVD. apoth. 345 unguine amaro -are comas desuescas, *oliva*. ORIG. in Matth. 13, 2 quae non -ant virtutem scripturae (*i. oppugnant, contradicunt*).

syn.: conterrere, laedere. dolere, maerere. *opp.*: exhilarare (OP. imp. in Matth. 15 p. 717), laetificare, consolari (AVG. civ. 3, 28), delectare (AMBR. parad. 15, 75), oblectare. gaudere, laetari. *L.*

contrītio, -ōnis *f.* *a* conterere. GLOSS. *συντριβή*, *σύντριμμα*.

1 *proprie*: *i. q. tritus, frictus, contusio*: GLOSS. IV 221, 42 mola (*Ellis*, mota *cod.*). HIER. in Ezech. 4, 16/17 p. 46 (*in imag.*) vereorque ne ista panis -o etiam in vestra inveniatur Ierusalem (*cf.* PAVL. NOL. epist. 23, 6 in -e permixta panes illos tribulationis imitatus est). VVLG. Is. 30, 14 sicut conteritur lagena figuli -e (*σύντριμμα*) pervalida. AVG. serm. 227, 1 per aquam coniuncta sunt *grana* et post quandam -em. DAMIG. lapid. 12 narratur *lapidem ceraunium* ... ex -e nubium inter se fieri. CAEL. AVR. acut. 2, 9, 152 facit etiam nucleorum -o mulso admixta. *cf.* CASSIOD. in psalm. 83 praef.

2 *translate*: **a** *i. q. extinctio, eversio, ruina, miseria, calamitas*: ITALA exod. 12, 13 (Gaudent. serm. 6 p. 877[C]) non erit in vobis plaga -is (*πληγὴ τοῦ ἐκτριβῆναι*, VVLG. plaga disperdens). num. 15, 31 (Aug. quaest. hept. 4, 25) -e conteretur (*ἐκτρίψει ἐκτριβήσεται*, VVLG. delebitur) anima illa. Ios. 10, 10 (Lugd.) contribulavit illos -e (*συντρίψει*, VVLG. plaga) magna. Is. 13, 6 (Tycon. 4 p. 50, 24) -o (*συντριβή*, VVLG. vastitas) a deo aderit. Dan. 10, 8 (Weing.) conversa est in -em (*διαφθοράν*). LACT. inst. 7, 17, 6 erit pressura et -o, qualis numquam fuit a principio mundi. AMBR. virginit. 6, 32 -em tamen habebit carnis. paenit. 1, 14, 77 Satanam ... corporalis huius -is ... auctorem scriptum ostendit. HIER. hom. Orig. in Ezech. 10 p. 975 in puncto horae fractura manus et pedis -o (*i. ruptura*) accidit. vir. ill. 16 ignis, crux, bestiae, confractio ossium membrorumque divisio et totius corporis -o et tormenta diaboli in me veniant. epist. 78 mans. 39 ante -em ... elevatur cor viri et ante gloriam humiliatur. VVLG. II reg. 22, 5 quia circumdederunt me -es (*συντριμμοί*) mortis. psalm. 13, 3 -o (*σύντριμμα*) et infelicitas in viis eorum (= Rom. 3, 16. *cf.* AVG. civ. 3, 18 vel salutis -o vel infelicitas irruisse monstratur). prov. 16, 18 -em (*συντριβῆς*) praecedit superbia. 18, 7. Sirach 40, 9 fames et -o et flagella. Is. 15, 5. 24, 19. 30, 13 dum non speratur, veniet -o (*πτῶμα*) eius. 51, 19 vastitas et -o et fames et gladius (59, 7. 60, 18 Ier. 48, 3). Ier. 4, 6. 20 -o super -em (*ταλαιπωρίας συντριμμόν*) vocata est. 6, 12 malum visum est ab aquilone et -o magna. 8, 21. 10, 19. 14, 17 -e magna contrita est virgo filia. 17, 18 duplici -e contere eos. 30, 15. 48, 5. 50, 22 vox belli in terra et -o magna. 51, 54. thren. 2, 11. 13 magna est enim velut mare -o tua. 3, 47 facta est nobis vaticinatio et -o. 3, 48. 4, 10. Ezech. 7, 7 venit -o super te qui habitas in terra. 7, 10 ecce dies, ecce venit, egressa est -o. 21, 6 ingemisce in -e (*i. confractione*) lumborum. 32, 9 cum induxero -em (*αἰχμαλωσίαν*) tuam in gentibus. Am. 6, 6. Soph. 1, 10 et -o magna a collibus. I Macc. 2, 7 *bis.* 4, 32 commoveantur -e sua. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 7 quibus *bracchiis* imminere -em comminatur. AVG. civ. 6 praef. terrenarumque -e ac mutatione rerum. gen. ad litt. 11, 35 p. 370, 15 labores, dolores, mortes et omnis -o saeculi. serm. 38, 10. 217, 3 labores et -es praesentis saeculi. epist. 122, 2 ne vos vincat et pigros faciat -o huius mundi. 209, 4 de rapinis et diversis oppressionibus et -bus. OROS. hist. 7, 27, 11 octavam Aegypti -em fecere excitatae undique lucustae. LEO M. epist. 156, 5 in cuius (*tyranni*) -e (*vox active usurpata*) omnium christianorum est iniuria. FAVST. REI. grat. 1, 1 p. 10, 16 hanc lugendam -em (*mortem*) super humanum genus non praevaricator putetur transmisisse, sed conditor? 1, 10 p. 33, 29 sine laboriosa -e. 2, 1 p. 60, 3 pro imposita sibi -e (*syn.* plagarum). 2, 10 p. 85, 29 ut ... hinc absolutio filii, inde -o exerceatur inimici. 2, 12 p. 91; 14 ut hominem... hic prius agonibus et -bus exploraret, illuc vero donis et retributionibus adimpleret. epist. 5 p. 195, 8 hic finem infinitis -bus imponamus. ENNOD. opusc. 4, 32 p. 390, 29 caules ... immani ingrediens -e vastavit *ursus*. 5, 1 p. 393, 21 terrena in -e anima convalescat. CASSIOD. in psalm. 4, 1 martyres coronantur, totaque turba iustorum -bus semper augetur. 13, 9 *via impiorum* -o est, quia et terit et teritur. 70, 12. GILD. Brit. 21 chron. III p. 36, 18 *Pictae* praedas et -es nonnumquam facientes. NOVELL. Iust. 6 praef. quae omni difficultate et laesione atque -e privent. GREG. TVR. vit. patr. 11 prol. dum illa ergastularis -is revinctio paradisi ianuam patefacit.

b *i. q. vulneratio, vulnus in imagine*: GLOSS. IV 221, 42 plaga. HIER. in Is. 21, 11—12 p. 308 ego sanabo -es vestras. VVLG. psalm. 146, 3 alligat -es eorum (*cf.* PROSP. in psalm. 146, 3 per alligationes autem -um significatur diversitas remediorum, quae summus medicus misericorditer et scienter apponit, quia multarum elisionum non est curatio una). Ier. 6, 14 curabant -em filiae populi mei (= 8, 11). Os. 14, 5 sanabo -es eorum. Nah. 3, 19. *de terrae fissuris*: VVLG. psalm. 59, 4 sana -es eius (*terrae*), quia commota est.

